



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

R. P. Iosephi Sperenzæ, Congregationis Oratorii Fanensis Presbyteri,  
Observationes, & Affectus Scripturales, In Christi Domini Passionem.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

R. P. IOSEPHI  
SPERANZÆ,  
CONGREGATIONIS  
ORATORII FANENSIS  
PRESBYTERI,  
Observationes, & Affectus Scripturales,  
IN CHRISTI DOMINI PASSIONEM.



*Amor meus Crucifixus est.*

Ad Ignat. epist. ad Roman.





# PROLOGUS AD LECTOREM.

**N**IL est, quod Deo magis sit gratum, aut hominibus salutare, quam Passionis Christi frequens, & pia meditatio: quid enim gratius amico accidere potest, qui plurima præstitit, maxima pertulit, ut alterius amorem sibi conciliaret, quam si illum videat beneficiorum memorem, ac proinde redamantem? *Maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Ioan. xij.

Hoc autem, & amplius fecit Christus Deus noster, qui vitam suam, tot, ac tantis doloribus, contumeliis, opprobriis, sanguinis effusionibus cumulatam, non solum pro amicis posuit, verum etiam pro suis inimicis. Postulat ipse quidem à nobis huiusmodi memoriam, *Recordare, inquit, Thron. 3. paupertatis, & transgressionis meae, absinthii, & fellis.* Atque adeo postulat, ut cum esset transiturus de hoc mundo ad Patrem, & in signum suæ in nos dilectionis perpetuum, seipsum sacramentaliter relinquere vellet, id non sine memoria suæ Passionis, immò in ejusdem memoriam fieri præcepit: *Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Canon. Missæ. Dum enim in Consecratione ex vi verborum transubstantiatur panis in Corpus Christi tantum, & postea vinum in Sanguinem ejusdem Christi Domini, per concomitantiam utrobique est ejus Corpus, & Sanguis in memoriam Sacrificii cruenti, & Sanguinis Christi in Passione pro nobis fusi; unde in recognitionem tanti beneficii exclamat Ecclesia: *O sacrum Convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis eius.* Hanc igitur grati animi ergo suæ Passionis memoriam Christus à nobis requirit, quæ non sine ingratitude vitio omitti potest. Unde Bernardus in persona Christi ait: D. Bernard. O homo vide, quæ pro te patior: non est dolor, sicut quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior. Vide pœnas, quibus afficio: vide clavos, quibus confodio: & cum sit dolor tantus exterior, interior est planctus gravior, cum te tam ingratum experior.

Vuu 3

Quantum

D. Bonav.  
Passionis Christi  
meditatio  
quæ fructuosa.

Quantum verò nobis salutaris meditatio, atque memoria Christi Passionis sit, longum esset referre. Satis modò sit, quod præter cetera, docet D. Bonaventura, dicens: Si vis, ô homo, de virtute in virtutem, de gratia in gratiam, de bono in melius proficere, quotidie, quanta potes devotione, mediteris Domini Passionem: nihil enim in anima ita operatur universalem sanctitatem, sicuti meditatio Passionis Christi.

Hanc ob causam licet nonnulla in superioribus dicta sint, cum ageretur de Beneficiis, materia Orationis, Punctis 153. & 154. operæpretium tamen existimavimus nos esse facturos, si uberiores hujus rei materiam ad meditando præberemus, & de singulis, iisque præcipuis, quæ in Passione Domini evenere, mysteriis, unâ cum Patribus ageremus. Hac enim distincta suæ Passionis memoria maximè Christus delectatur.

Origen in  
Matth. 25.  
Homines pij  
amant minu-  
tatim discipere,  
que ad salutem  
pertinent.

Proprium piarum mentium inquit Origenes esse, distinctam habere de rebus ad Deum, propriamque salutem pertinentibus cognitionem. Hinc notat discrimen responsionis iustorum, atque impiorum ad Christi dicta in die Iudicii. Iusti enim singillatim respondent, dicentes: *Quando te vidimus esurientem, & pavimus: sumentem, & dedimus tibi potum: Quando te vidimus hospitalem, & collegimus te, aut nudum, & cooperuimus te: Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?*

Psal. 1.  
Impij obiter,  
summatimque  
considerant.

*Non sic impij, non sic.* Non enim singula ponderant. *Quando te vidimus esurientem, aut sumentem, aut peregrinum, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi: verbum, ministravimus tibi,* ad omnia referentes, & quasi præcidentes, & præteruentes crimina singula, ut non graviora videantur diligenter, & singillatim enumerata.

Levit. 2.  
Gloss. Interl.  
& Ord.

Huc facit illud Levitici 2: *Si oblatio tua fuerit de sartagine, divides eam minutatim.* Vbi Glossa interlinearis inquit: Si dispensatio Passionis fuerit de Cruce, divides eam minutatim, singulas partes passionis distinguendo, proditionem scilicet, sputa, colaphos, coronam spineam, &c. quod & confirmat Glossa Ord. & alij.

Pet. Cellen. de  
panibus. Bern-  
nard. de Pass.  
cap. 36. Ecce.  
Passionē Chri-  
sti particula-  
tim meditando  
expenderunt  
Sancti.

Id etiam facere consueverunt pii, & sancti viri: unde Bernardus singillatim de septem effusionibus Sanguinis Christi egit; alij guttas Sanguinis; alij itinera Christi in Passione; alij alaparum, colaphorum, & hujusmodi numerum efferre conantur; alij spinarum punctiones; alij sputa, ac flagellorum percussiones. Quin & ipse Deus revelari voluit ex his plurima singillatim piis fræminis, & præ ceteris S. Brigittæ, Mithildi, & Elisabethæ; quò scilicet homines ex hujusmodi accurata consideratione magnitudinem, ac multitudinem dolorum Christi in sua Passione considerantes, ac proinde ejus eximiam in eos charitatem pensulantes, in eiusdem amore, atque imitationem excitarentur.

Bernard.

Neque verò satis esse nobis debet, rem ipsam considerare, verum etiam modum, & causam, ut monet Bernardus. In passione Domini, inquit ille,

Ille, tria specialiter convenit inveni, opus, modum, & causam: nam in opere quidem patientia, in modo humilitas, in causa charitas commendatur. Patientia singularis, humilitas admirabilis, sed charitas inestimabilis. Quae tria in singulis, quae sequentur, punctis considerari poterunt; nunc tamen libet hoc tertium aliquantulum delibare in praecipuis Passionis mysteriis.

*Scitis, quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, ut crucifigatur.* Principium pulcherrimum Passionis, non tam ob acerbitatem dolorum, quam excellentiam amoris. *Filius hominis tradetur.* Origenes: A quo autem traditus est, hic non est scriptum. Congregabis autem de Scripturis, quoniam & Pater tradidit eum, secundum quod scriptum est. *Qui unico Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Secundum autem alias Scripturas Iudas tradidit illum, sed & Satanas, qui intravit in Iudam, tradidit eum, sed & Principes Sacerdotum tradiderunt eum, sed non omnes eodem proposito tradiderunt. Deus enim tradidit eum propter misericordiam circa genus humanum.

Imò etiam *Tradidit (Filius) in mortem (sponte) animam suam (vitam).* Ita Interlinealis, addit Lyranus, ex maxima charitate.

Non ergo Hebraei manu, sed amoris, Iesus sanguinem fudit in horto, captus, ac ligatus est, ad Praesides perductus, flagellatus, coronatus, & in crucem actus, ac lancea perforatus.

Amor minister, & carnifex. *Egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & discipuli eius.*

En rogaturus Patrem sanguinem fundit. Sed ubi terror? ubi Sanguinis laniena? ubi carnifex? Egregie D. Bernardinus Senensis: Super timore reiiciendum fortissimus, & ferventissimus amor, tanquam mirae magnitudinis malleus repercuciens, & ipsum excludens, omnes poros corporis Iesu, ad venam largiter relaxavit, quasi diceret: Amoris manu eductus est Sanguis; pia amoris laniena. *Factus est sudor eius, sicut gutta Sanguinis decurrentis in terram.* Imensus planè (subdit ille) & ferventissimus amor in hoc manifestatur, saepe enim fervens ebullitio emittit ad extra. Proinde quantum anima Christi charitatis igne in intimis bulliendo ferveret, scaturitio haec sanguinis clariùs manifestat.

At cur in hortum initium Passionis facturus secessit? Ut ibi se, velut capivum amoris, declararet. Ad locum proditori notum properat (inquit pulchrè Chrysostomus) ut laborem ei demeret, & ostendit Discipulis, se ad mortem sponte proficisci, etenim in horto, tanquam in carcere, commoratur.

Causatur mox, quòd cohortes ad eum, tanquam ad invitum, capiendum properassent, quasi agere tulisset, spontaneum se, ac amantem non haberi. Ita Cyrillus: Nocte proditor ministris Iudaeorum, & cohorte armata accedit, ut ab eum multitudinem fretus, vel invitum posse illum

Matth. 26.  
Christus à  
multis, sed ex  
filio non uno  
traditus.  
Orig. ibid.  
Rom. 8.

Isa. 53.

Interl.

Lyran.

Amor Christi  
erga nos tradi-  
tor illius praeci-  
pius.

Et Carnifex

Ioan. 18.

Bernard Sen.

serm. 55. de

Pass. c. 2.

Cur in horto

passionem suam

excorsus Chri-

stus.

Chryf. hom.

82. in Ioan.

Egre tulit,

quod invitus

patiputaretur.

Cyrl. l. 11. in

Ioan. c. 33.

lum

lum capere. Invenit autem in loco illum solito, quò quasi ad diverforium nox illum deduxit: sed Christus, ut eum temerè cogitasse argueret, sponte pravenit, & obviam factus, nec se ignorasse, quæ fiebant, ostendit, & potuisse facillè præscium effugere demonstrat, quasi ultrò ad Passionem properaretur. Quasi diceret: Cur tanquam ad invitum properatis, qui sponte ad mortem vadit? Et *Oblatus est, quia ipse voluit.*

Isa. 53.  
1. Reg. 21.  
August. in  
Expos. tit.  
Psal. 33.

Ingeniosam planè commentum illud, quo fugitivus David aulicorum Achis, & ejusdem Regis machinamenta delusit: *Immutavit os suum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia porta.* D. Augustinus hic detegit Sacramenta, ac totum in Christum referens, illud, *Immutavit os suum, & collabebatur inter manus eorum,* transfert, *Affectabat, & tympanizabat ad ostia civitatis, & ferebatur in manibus suis.* Miraloci perdifficilis translatio, ad Christum tamen relata, facillè enucleata. Quid est, inquit, *affectabat*? Affectum habebat. Quid est affectum habere? Quia compassus est infirmitatibus nostris. Miserrus est nos de supernis, *humiliavit se, factus subditus usque ad mortem, mortem autem Crucis.* Et quoniam, qui crucifigitur, in ligno extenditur, ut autem tympanum fiat, caro, id est, corium in ligno extenditur, dictum est: *Et tympanizabat;* id est, crucifigebatur, in ligno extendebatur.

Bern. de pass.  
Domini, c. 6.

Nihil prorsus ad rem magis. Et Augustinum secutus Bernardus eam jam de Christo jam Cruci affixo, sic fatur: Corpore nudo, in modum tympanicæ pellis distento: *tympanizabat ergo.*

Sed quomodo *ferebatur manibus suis*? Hoc quomodo posset fieri in homine, quis intelligat, inquit Augustinus? quis enim portatur in manibus suis? Manibus aliorum potest portari homo, manibus suis nemo portatur: *Ferebatur Christus* (subdit August.) *in manibus suis,* quando commendans ipsum Corpus suum, ait: *Hoc est Corpus meum.*

Christus non  
tam Iudaorū,  
quàm suis ma-  
nibus fereba-  
tur ad varia  
passionis loca.  
Rupert. l. 6.  
in Gen. c. 31.

Pulchrè ille de sacramentato Domino, sed nos de eodem ad Præfides ducto: *Ferebatur,* non manibus Hebræorum, sed *manibus suis,* à Pilato ad Herodem, ab Herode ad Pilatum suis ipse manibus, hoc est, sponte, & amore ferebatur.

Venustissimo parallelo Tuitiensis Abbas componens Abrahamum patrem Isaac, cum Deo Christi Patre, omnia ad amulsum, quæ in acceptissimo illo Sacrificio contigerant, in Christi pariter Sacrificio recognoscens, sic fatur: Hunc pater duos habens filios, ducit ad immolandum: quia videlicet Filium suum Deus Pater, cum utriusque, novi scilicet, & veteris Testamenti consonantibus præconibus, tradidit ad Passionem pro salute omnium. Quid porro est, quod *Tulit pater ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum, ipse vero portabit ignem, & gladium?* Quid, inquam, nisi quòd ipse Dominus noster bajulavit Crucem suam? Bene ergo Isaac ligna portat holocausti sui, quia Christus ipse bajulaturus erat lignum suæ Passionis

tionis. *Ipse verò portabat ignem, & gladium.* Per ignem Spiritus Sanctus rectè intelligitur, per quem semetipsum obtulit Filius Dei, testante Apostolo, cum dicit: *Sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis.* Gladius verò non solum mortem, sed & potestatem significat imperialem. Gladium ergo ter ipse portabat, quia videlicet in manu fuit non Iudæorum, sed Dei Patris gladius, id est, potestas Dominicæ mortis, ubi, quando, vel quo mortis genere deberet interimi.

*Cum quo colligasset Isaac filium suum.* Hic sedit Abbas, hærensque, ingenio quanquam acutissimo, non intelligit, quomodo Deus Pater Filium alligaverit. Ergone, inquit, & Deus Pater suum colligavit Filium? Subdit: Colligavit planè, verum non imbecillitatis vinculo, sed magnæ charitatis imperio, ne se ipsum defenderet, ne oblatum calicem passionis mori dedignatus abigeret; nam hoc est, quod in Psalmo canit ipse: *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me.* Quasi diceret: Non me Iudæorum funes alligaverunt, sed nexus amoris, & charitatis: non me vincula Iudæorum traxerunt, sed Patris imperia: non meam in Cruce dexteram confingendam tenuit Hebræus, sed Pater.

Verum suo mysteriorum ordine percurrat excursus. Christus flagellatus est, ut D. Brigittæ revelatum est, usque ad interiora. Cur verò nisi ut juxta Bernardum, per vulnera paterent viscera charitatis?

En verò Jacob, qui dum æstu amoris urgetur, ad multiplicandas sibi oves, non decorticat virgas, sed costas. Amores scilicet illum prius flagellarunt, quam milites.

Quis verò capiti ejus coronam imposuit, nisi amor? *Quis in die desponsationis suæ, & in die letitiae cordis sui divina illius præcinxit tempora, nisi amor?* Pulchrè Tertullianus: Dominica Christi tempora lancinaverunt mortiferis quidem vulneribus spinæ, sed novarum pœnarum ardore sustentabatur amans.

Quis eum denudavit, nisi amor? Vestes in Cruce ferre non potuit (dixit piè non obscuri nominis Author Jacobus de Voragine) sed nudus ascendit, ac si ipso facto diceret: Tanto igne charitatis ardeo, quòd vestes aliquas ferre non valeo.

Et quis nudum vulneravit, & in Crucem confixit, nisi amor? Ambrosius: *Habet clavum suum charitas, habet gladium suum.*

*Cornua in manibus ejus.* Ex Paulo Burgensi, & Titelmano. Quia ipse Crucis cornua, non cornua ipsum detinebant *Ego pono eam à me ipso.*

Pulchrè D. Bernardus epistola ad Novitium, qui postea fuit Abbas Clarevallensis, Si tentationum sentis aculeos, exaltatum in ligno serpentem aneum intueri, & sive non tam vulnera, quam ubera Crucifixi,

Speranza Scripturæ selectæ.

Xxx

Sed

Sed cur ubera, cum non lac, sed Sanguis ab eis manet? Quò ad rem innueret, Sanguinem è vulneribus, non tam ferro, quàm amore defluere.

Bernard. l. de  
Pass. c. 2.  
Amor Christi  
latus à morte  
aperuit.

Quis tandem lancea latus ejus aperuit, nisi amor? Bernardus: Lancea furoris, qui priùs vulneratus fuit lancea amoris. Hæc vivum, illa mortuum vulneravit. *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum;* quia scilicet duplici lancea sum vulneratus. Quia zelo amoris tui vulnerasti me, (dixit ubi suprà Bernardus) lancea quoque militis vulneratus sum.





TRIGINTA ARGENTEORVM  
pretium vile, & indignum.

PUNCTVM I.

Quid vultis mihi dare, & ego cum vobis tradam? At illi construerunt  
ei triginta argenteos. Matth. 26.

Isch. 11.  
Robera ibid.  
Christus ven-  
ditus pretio,  
quod vix erat  
unius vituli.  
Rupert. in c. 26  
Matth.  
Cant. 5.



**E**t appenderunt mercedem meam  
triginta argenteis, decorum  
pretium, quo appreciatus sum  
ab eis! Ironia equidem pera-  
cuta, qua pretii huiusmodi,  
perstricta est. Emptus est pretio vili, in-  
quit Ruperrus, scilicet triginta argenteis,  
quod pretium vix est unius vituli bruti,  
quo multo melior erat iste vitulus Domi-  
ni. Quanto melior! Caput eius, ait dilecta  
in Canticis, aurum optimum, manus eius  
aurea plena hyacinthis, venter eburneus di-  
stinctus saphiris, crura columnae marmoreae,  
que fundata sunt super bases aureas. Hic tan-  
tus triginta emptus est argenteis!

Gen. 37.  
Sept.  
Origen.  
August.  
Beda in 26.  
Matth.  
Delrius in 37.  
Gen.  
Ioseph pluris  
venditus, quam  
Christus.  
Exod. 21.  
Ex Hieron.  
Isa. 10. & Jer.  
4. Ioseph. l. 3.  
Antiq. c. 9.  
Buda de ass.  
l. 5. Agricola,

In Genesi, ubi de fratribus Iosephi ser-  
mo est, iuxta Septuaginta: Et vendiderunt  
Ioseph viginti aureis. Origenes, Augusti-  
nus, & Beda: Et vendiderunt Ioseph triginta  
argenteis, nimirum Hebraicis, quibus 22  
quivaleat viginti Ismaelitici apud Vulga-  
tum. Sed tamen Ioseph puer erat, non vir,  
nec ad mortem venditus, ut Salvator, sed  
solum ad servitutem. Pluris ergo Ioseph  
fuit aestimatus, quam vis aequale sic ex-  
plicetur pretium in Christi venditionis  
figuram.

Verum ex libro Exodi audi, atque pre-  
tium huiusmodi vilitatem expende: Si bos  
cornu perit servum, aut vacillam invaserit,  
(dominus bovis) triginta siclos argenti (do-  
mino servi, vel ancillae illius) dabit. Tanti  
igitur, nec plus omnino, quanti vile

A mancipium aestimatus est Dominus domi-  
nantium, Rex caeli, & terrae, ille, in quo  
sunt omnes divitiae, omnesque thesauri sa-  
pientiae & scientiae Dei! Ille tanti venditur  
(stupet Ambrosius,) qui cum in forma Dei  
esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequa-  
lem Deo!

Quin viliora proponam Quando Absa-  
lom tondebat capillum, ponderabat capillos ca-  
pituli sui ducentis siclis, pondere publico. He-  
braice, & Chaldaice, pondere regio. Et ca-  
put hoc aureum, ac divinum solum tri-  
ginta! O commercium! o indignitatem!

Judicum 16. Venerunt ad eam (Dalilam)  
Principes Philistinorum, atque dixerunt: De-  
cipe eum, & disce ab illo, in quo habeat  
tantam fortitudinem, & quomodo eum  
superare valeamus, & vinculum affligere,  
quod si feceris, dabimus tibi singuli mille,  
& centum argenteos. Et infra: Qui ascenderunt,

C assumpti a pecunia, quam promiserant. Pro-  
sper in Glossa: Venditur Christus i Ioseph  
ante legem, venditur in Samone sub lege  
venditur a Juda sub gratia.

Sed o pretium inaequale! Samson mille,  
& centum argenteis, quin longe pluribus:  
Dabimus tibi singuli. Christus verus Sam-  
son solum triginta!

Et quod adhuc vilissimum, ac indignissi-  
mum hoc pretium perpendas magis, pro-  
ditor ipse sponte, nec ab ullo penitus per-  
quisitus, quod quidem Beda expendit, nec  
ulla prois necessitate constrictus, abijt  
ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid  
vultis

& alius idem est  
siclus ac argen-  
teus. Siclus  
autem 20.  
pendebat obo-  
los, ut

Exod. 30.

Lev. 27. &

Num. 3.

Capillamentum

Absalonis plu-  
ris venditur,

quam caput

Christi aurum.

Ambros. l. de

Ioseph. c. 3.

2. Reg. 24.

Magist. Hist.

schol. & Dio-  
nyf. ibid.

Iulic. 16.

Prosper in

Glossa ibid.

Glossa ibid.

Christus mul-  
to minori ven-  
ditus, quam  
Samson.

Venditus vili-  
bus numulis,

quinos pretioso

sanguine redi-  
dit.

Bed. in Car.



Orig. tract. 33.  
in Matth.

vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Abijt (quemadmodum fatur Origines) ut venderet pretio volentem redimere totum mundum à maledictione legis, & totius peccati, & redimere nos non corruptibilibus pecuniis, sed Sanguine suo.

Et venditus  
pretio, quod  
hostium asti-  
mationi relictu

Sed heus, heus tu, ò mortalium, ac miserorum omnium avarissime, an saltem nunc illud nescis, quod merces ultronea vilescit? Novi, inquit, novi, sed hanc, quam modò prae manibus habeo, parvpendo, ac nihil facio: quicquid vultis, offerre, vel frustum panis, vel pugillum hordei, & ego eum vobis tradam. Non certam postulat summam, inquit Hieronymus, ut saltem lucrosa videretur proditio, sed quasi vile tradens mancipium, in potestate ementium posuit, quantum vellent illi dare.

Hier. in 26.  
Matth.

Nimirum latronum est, iniquos esse

Orig. in Cat.  
Thren. 2.  
Psal. 105.

rerum aestimatores, ac pretiosissima quaeque vilissimo vendere. Sic carnalium, sic & mundanorum est, taliter aestimare divina: Dederunt pretiosa quaeque pro cibo ad refocillandam animam. Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem; aut juxta alios: Et despuerunt terram desiderabilem. Et abijt (profanus ille) parvpendens, quod primogenita vendidisset. Amore scilicet, (ut tam vere, quam eleganter fatus D. Leo,) vilis est

Genes. 25.

D. Leo in Cat.  
D. Thom.

omnis affectio, & anima lucri cupida, etiam pro exiguo petire non metuit. Ceterum mundalium rerum exiguitate permagni aestimant homines, milleque incommodis eam comparant: nam per omne nefas voluptates emuntur, (sic plorat Cyprianus) & per omne scelus copiosae libidines exquiruntur.

Cyprian.

Lib. de Ioseph.  
c. 3.

Pulchrè Ambrosius ad illa verba Genesis: Venit, vendansus Ioseph Ismaelitis. Vendidit, inquit, eum Judas, emerunt Ismaelitis; quibus significantur Latina interpretatione, adio habentes Deum suum. Ideò alibi viginti, & quinque aureis, alibi triginta invenimus emptum Ioseph: quia non omnibus unius aestimatione praevalet Christus, aliis minus, aliis amplius. Religiosiori pretiosior Deus, peccatori pretiosior Redemptor. Sic ille suo sensu. Tu nostro adde: Peccatori pretiosior numerus.

A Sed ut ad te revertar, Juda, quo te cognovimus? O Ischariotem! ò virum (juxta nominis tui etymon) occisionis! ò virum mortis, vel exterminij! sic vitam omnium viventium aestimas? Ita pendis omnes celi divitias? Tam parum modò avarus? Tantine, quæso, te ille fecit, aut non potius te pretioso suo Sanguine jam nunc penè in horto effuso, ac mox in Cruce penitus effundendo redemit?

B Verum ò servum pretiosum! ò divinum mancipium pro animæ meæ redemptione ad istiusmodi conditionem redactum! Heu! heu! Juda, quando jam ipsum facis venale, ne illud, quæso, ad eò parvpendas sed prius aestima, & appretiare; vulga antea ejus beneficia, prædica virtutes, ejusque gratias, & qualitates: præeat saltem de more præco, & elamet, an quis velit servum sibi coemere omnipotentem, qui scilicet novit animas consolari, qui conscientias pacare potest, qui valet condonare delicta, & nunquam ad insit aliorum servulorum delinquere, qui potest mortuos ipsos ad vitam revocare, & ad caelum ipsum vel suos emptores transferre.

Christi pretium  
indicandum  
erat ante,  
quam ille videretur.

C Quanti, heu! quanti (infelix) rogo, judicas naturæ Dominum? quanti addicis? Triginta denariis, hoc est, minus scilicet argenti, vix quadrante. At non sic ille, non sic, cum ea, quæ cernis, quæque contrectas omnia, in tuum, omniumque usum protulerit, & ipse pro te paratus sit, non solum metalla terræ unive:sa, sed & sanguinem, sed & vitam suam impendere. Sic Nazianzenus. Venditur, & vili quidem admodum pretio, triginta scilicet argenteis: sed ille mundum redemit, ac magno sanè pretio, nimirum sanguine, ut verum sit illud: Et erit pretiosa redemptio animæ corum. Et Empti estis pretio magno. Unde Basilienus: Tam pretioso munere ipsa redemptio agit, ut homo Deum valere videatur. Et au: eum illud eloquentiæ flumen: O homo, quare tibi tam vilis es, qui tam pretiosus es Deo?

Ioan. Ludov.  
Vires in suis  
excit. animi  
in Deum.

D Et tamen ita pusilli, sicque sordidi sunt avari, sed in caelestium, ac divinorum aestimatione. Pulchrè huc D. Paulinus ad illud: Et erit pretiosa redemptio animæ corum. Et Empti estis pretio magno. Unde Basilienus: Tam pretioso munere ipsa redemptio agit, ut homo Deum valere videatur. Et au: eum illud eloquentiæ flumen: O homo, quare tibi tam vilis es, qui tam pretiosus es Deo?

Sic Naz. orat. 4.  
de filio.

Psal. 48. ad  
Hebr.

Pagn. & Fel.  
Pratin.

Emiss. hom. 6.  
ad Monach.

Chrys. ser. 143.

D. Paul. ep. 4.

Iudas unguentum carius aestimavit Christo.

illud: Possit unguentum istud venditari plusquam trecentis denariis. Suo, inquit, ipsius damnandus iudicio, quo triginta argenteis vendidit eum, quem mulier, ut ipse taxaverat, unxit trecentis: sed in hoc perversus, quod ipsum vili aestimans Dominum, unguentum

Ambr. de Spir. Sancti. l. 3. c. 18. D. Paschas. in Ambrosius, & vili in scelere. 26. Matth. Christi vita

O, o pretiose Jesu, quam vili pretio aestimatus es! Tot argenteis emitur, inquit D. Paschasius post Originem, quot annis penitentiis argenteo regnatus est in hoc mundo, usque ad Baptismum. Ac si diceret: Tam vili aestimatus est pretio, ut nec pro singulo quoque pretiosissima suae aetatis anno vel unum argenteum persolverent.

Maldon in 26. Matth. in 15. Psal. 73. Nazian. or. 13. Iudas dignus pretio, quo Christum vendidit. Iob. 39. Ambr. l. 2. de Spir. Sancti. c. 1. Chrys. serm. de prodit. Iudae, Christum non vili notis redimimus.

Certe decorum pretium! Decem et octo numis aureis solaribus, ad rectam quorundam computationem, venditus est ille qui fabricatus est auroram, & Solem.

Quo quidem pretio, ut peregre ait Nazianzenus, non qui prodebat, sed proditor dignus erat.

Heu! quam verum illud: Nescit homo pretium eius. At certe, quomodo id sciat, cum sit prorsus inestimabile? Quo modo possit eius pretium comprehendere, velut ait Ambrosius, cuius non possit meritum definire? Dederunt pretium sanguinis (ut verè, & appositè ait Chrylost.) qui pretium non habebat.

Sed tu ita venditum Dominum Deum tuum, ac pro te venditum, o anima, non redimes? Non omnia, quae possides, erogabis, ut eum è manibus iniquorum eripias? Non te etiam, si oporteat, oppignerabis? Da te ipsam pro me, ait venditus Redemptor tuus, & me accipe. Redempto enim anima viri, divitia eius. O te divitem! o te felicem, si saltem omnium affectuum tuorum pretio si tui saltem solius pecuniâ tuam redemeris Redemptorem!

Christus cur vili pretio vendi voluit.

Nam ideò patuo ac vili pretio sustinuit Dominus aestimari, ut nemo esset, qui illud habere negligeret. Nos ille vult pretiosos facere sui muneris vilitate, quemadmodum divinè ait Paulinus Ipse nobis hac pietate pretiosior, quod se vili vult aestimari, ut ab omnibus ematur.

D. Paul. ep. 4.

Quo etiam alludit Bernardus ad illud: Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Cur, inquit, parvulus, nisi ut parvis manibus habeatur? Omnes scientes, venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emitte. Quo pretio? Solo cordis affectu. Nazianzenus: Solo voluntatis pretio; absque ulla commutatione vinum, & lac.

Isa. 9. Cur parvulus nasci. Isa. 55. Naz. or. 40.

Idèdque Dominus (Ambrosius ait) gratis se obtulit, ne quem revocaret à Christo paupertatis necessitas. Subditque: Patriarchae eum vili vendiderunt, ut omnes emerent. Isaias dixit: Quicumque non habetis argentum, venite, emitte, & bibite, manducate sine argento, ut eum acquireret, qui non habebat argentum.

Ambr. de Spir. Sancti. l. 3. c. 18.

In huius interim venditionis memoriam Deum Patrem rogabis, ut qui iustum Filii sui Sanguinem à filio perditionis traditum, triginta argenteis pro nobis vendi permisit, det nobis tam pretioso sanguine redemptis, ut cum Augustino sentiamus, & dicamus: Postquam me intellexi tam pretioso sanguine redemptum, nolui me amplius exhibere venalem. Utque nunquam vel totius mundi emolumento, nedum cum momentanea carnis delictatiuncula, divinae ipsius gratiae, animaeque nostrae detrimentum faciamus, ne illud horribilium minaturum super nos impleatur: Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non convertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis.

Illud tandem caveamus, quod monet Beda in Catena, sic fatus: Multi hodie scelus Iudae, quod Dominum, ac Magistrum, Deumque suum pecunia vendiderit, velut immane & nefarium exhortent; nec tamen cavent. Nam cum pro numeribus, charitatis, & veritatis iura spernunt, Deum, qui est charitas & veritas, produnt. Et Bernardus in quosdam aureos: Christi, inquit, opprobria, sputa, flagella, clavos, lanceam, crucem & mortem in fornace avaritiae conflant & profligant in acquisitionem turpis quaestus. Hoc tantum differentes à Iuda, quod ille horum omne emolumentum denario: ù numero compensavit, isti voraciori ingluvie luorum pecunias exigunt infinitas. Xxx 3 Sed

August. Homo cur tanto Christi sanguinis pretio redemptus.

Amos 2.

Beda in Car. D. Thom. Iudae scelus multi horrent, neque cavent.

Bern. ser. in Cant.

Sed tamen, heu! quantum ille avarus fuit, ac sordidus, qui, ut quidem peregre-  
 gè ait Sedulius, tantum sacrilegij, triginta  
 cæcus argenteis, parvum sumens munus ad-  
 misit. Quantum (subdit,) sancta simul ro-  
 gna terrarum, marisque divitias. & omnem  
 vagis cum nebulis oram hæraretur ashe-  
 ream, flagitij perpetrare? Neque enim totius  
 mundi bona sufficerent Christi suso compara-  
 ri cum sanguine, qui mundi Pater est univ-  
 ersi, qui hunc quoque nefandum nasci concessit.

Sed malo tuo, ô Juda, didicisti argen-  
 tum expendere (sic te alloquitur Chry-  
 sol.) mox incipies & corpus proprium  
 ponderare.

Chrysol. ser. 1. de  
 myst. D. Coen.

rum suorum. Ad Hebraic. megadav מֶגֶדָּאָו  
 Et comedat fructum deliciarum suorum.

Et ecce jam metem illam beatissimam  
 pavor, tædiumque conturbant, hoc est,  
 tenebra sunt super faciem abyssi inferioris  
 illius divinisimæ portionis. Jamq; tran-  
 quillissimum illum pectoris diem sæva  
 nox animi premis.

Cumq; Solocumberet, horror magnus, &  
 tenebrosus invasit eum. Verum unde tibi  
 horror tantus, ac tenebræ tantæ, ô splen-  
 dor, ô fortitudo, ô Angelorum læticia? Ex  
 jam jam imminente acerbissimâ passione.

En mihi proditoris oscula: en Petri men-  
 dacia: en juramenta: en anathemata:  
 en flagra: en spina: en Crux: en pientissi-  
 ma Mater animo confixa Cruci: en disper-  
 si dilecti: en Jerosolyma evertenda. Quo-  
 cunque me verto, non nisi teterrimæ, non  
 nisi dirissimæ mortis imago. Cor meum  
 conturbatum est, & formido mortis cecidit su-  
 per me. Timor, & tremor venerunt super me,  
 & contexerunt me tenebræ. Repleta est malis  
 anima mea, & vita mea Inferno appropinqua-  
 vit. Circumdederunt me dolores mortis. Tristis  
 est anima mea usque ad mortem. Tristitia un-  
 dique abessus est animus meus. Ut undique  
 obfessus! ut undequaque circumvallatus!

Psalms mystico David. Iudica me, Deus,  
 (introitus, antequam ad Crucis aram a-  
 scendat) Iudica me, Deus, & discerne causam  
 meam de gente nõ sancta, qualis futurus erat  
 Hebræorum populus. nõ homine iniquo, &  
 delecto, nõ ab homine doloso, & scelerato, qualis  
 nunc proditor effectus est, erus me.

Quia tu es, Deus, fortitudo mea, quare me  
 repulisti, ac reliquisti velui in puris natu-  
 ralibus, sinens me sic pavere, ac tædere?  
 Et quare tristis incedo, dum affligit me inimi-  
 cus populus tam dilectus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam  
 inter has tenebras: ipsa me deduxerunt, &  
 adduxerunt, vel ipsa me deducunt, & addu-  
 cent in montem sanctum tuum Calvaria, &  
 inde in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei, sive ad aram Dei,  
 Crucem, & per eam ad Deum, qui lætificat  
 juventutem meam hanc, in quâ jam jam  
 moriturus sum.

Confiteor tibi in citharâ corporis hujus  
 adlum-

Tristitia, & horror in horto.

PUNCTVM II.

Tunc venit in villam, que dicitur  
 Gethsemani, ubi erat hortus: &  
 assumpto Petro, & duobus filiis  
 Zebedæi, cæpit pavere, tædere, &  
 contristari, & mæstus esse, & ait  
 illis: Tristis est anima usque ad  
 mortem. Matth. 26. Marc.

14. Luc. 21. Io-  
 han. 18.

Veniat dilectus meus in hortum suum.  
 Utrique, ait Bernardus, venit in lo-  
 cum florum, non in tempore florum, ipse  
 flos humanæ nature, ut naturam nostram  
 non florentem reflorescere læceret; & ut  
 ibi caperetur ad pœnam, ubi fuit primus  
 homo captus ad culpam.

Primus ergo in horto labor inter ille-  
 crebras amœnitatis. Nimirum Adam se-  
 cundus aut supplicia voluptatum luit, aut  
 aggreditur oblectamenta pœnarum, aut  
 dolori facultatem præbet usque ad deli-  
 cias læviendi. Veniat, veniat dilectus meus  
 in hortum suum, & comedat fructum pœno-

Cant. 5.

Christus cur  
 in horto capi  
 voluit.

Justin. l. de tri-  
 umph. Christi  
 agone, c. 19.

assumpti, Deus, Deus meus: quare ergo tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus, vel, Spera in Deum, quoniam futurum est, ut iterum pro salute mihi reddat in Resurrectione, gratias agam Deo meo.

Hæc sibi Christus, quemadmodum contemplari licet. Sed cur adhuc rogo, cum B. Laurentio Justiniano, tristitiam admisit tantam? Cur sic tritari, cur sic pavere voluit, cur voluit sic tædere? Quid est hoc, Domine? contristari sic, & verè paves? Nunquid contristatur, per quem contristati recantur? Nunquid contristatur gaudium? pavet fortitudo? timet virtus? gloria tadium patitur? beatitudo denigratur? confunditur majestas? claritas obscuratur? infirmatur sanitas? & latitudo coarctatur? Armatorum neminem video: nullum cum gladiis, & fustibus venientem cerno; & times, Domine? Christianæ militiæ dux esse cognoscetis: certantibus adversus aëreas potestates præes, & paves? Dominus exercituum dicetis, & es, gladium, non pacem in terrâ venisti mittere, & præliari formidas? Si beliatorum Princeps trepidat, si certamen ille, qui præsidet, inire veretur, quid cæteri agent milites, & pugnatorum turba fervorum? Vellem utique, Domine, pavoris hujus scire causas. Vellem tædii tui nosse mysteria.

Tædere, pavere, ac tristari voluit primo, ut fidei, veræ scilicet assumptæ carnis, argumentum præberet, hoc est, ut non incedem se, aut caute sine sensu, sed verè, & non putativè, aut phantasticè hominem passibilem esse demonstraret. Sic Hilarius, & Hieronymus.

Sam quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus est. Et ego natus accepi communem aërè, & in similitèr factam decidi terram. & primam vocem similes omnibus emisit, plorans.

Indolentis, impassibilis, apathetici vox illa est: Verberaverunt me, & non dolui; traxerunt, vel concusserunt me, & non sensi.

Quam fortitudinem, aut quod meritum in Christo ponamus, si non sensit?

A Horrent plerique hoc loco, (inquit tam eruditè, quam eleganter Ambrosius,) qui tristitiam Salvatoris ad argumentum inolite potius à principio, quàm suscepta ad tempus infirmitatis inclinant. Ego autem (subdit) non solum excusandum non puto, sed nunquam magis pietat em ejus, majestatemque domivor. Minus enim contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit, quod doleret, & sequestrata delectatione Divinitatis æterna (singulos ex pende terminos, tadio mea infirmitatis afficitur: suscepti enim tristitiam meam, ut mihi suam letitiam largiretur, & vestigiis nostris descendit usque ad mortis arumnam, ut nos suis vestigiis revocaret ad vitam. Concludit: Confidenter ergo tristitiam nomino, quia Crucem prædico, nec enim speciem Incarnationis suscepit, sed veritatem. Debit ergo & dolorem suscipere, ut vinceret tristitiam, non excluderet, nec enim habent fortitudinis laudem, qui stuporem magis vulnere tulerint, quàm dolorem. Verè, & sententiosè.

B Sensit ergo, sensit Salvator, adeoque sensit, ut ceperit tædere, pavere, ac molius esse, sive Græcè, anxio esse animo, vehementer angere, aut cruciari.

Pathon nimirum in Christo pomimus, seu potius *πρόνοια* Deo, à ratione quavis omnino despotice imperatam, tum accedere, tum recedere, animumque de sua quiete nullatenus deturbantem, suam nihilominus naturali sensatione præditam: unde, ceu homo, verè sensit, verèque cepit tædere, pavere, ac molius esse, anxio esse animo, vehementer angere, & cruciari. Nec enim fortitudo lapidum (dicere poterat) fortitudo mea, nec caro anea est, licet fortitudo ejus, & virtus, ejusque divina patientia erit plusquam ænea, plusquam petra durissima, & adamantina.

C Ut & ideò sola Christi virtus verè masculula, muliebrisque dicecanda fuerit. Martyrum omnium fortitudo ad Christi Domini fortitudinem comparata. hancque vel miraculum illud patientis Job à longè præsentens, ad illius comparationem, masculum se dici dedignaretur. Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est. Conceptus est homo, Græcè, in qua dixerunt: masculus odit.

D Pathon nimirum in Christo pomimus, seu potius *πρόνοια* Deo, à ratione quavis omnino despotice imperatam, tum accedere, tum recedere, animumque de sua quiete nullatenus deturbantem, suam nihilominus naturali sensatione præditam: unde, ceu homo, verè sensit, verèque cepit tædere, pavere, ac molius esse, anxio esse animo, vehementer angere, & cruciari. Nec enim fortitudo lapidum (dicere poterat) fortitudo mea, nec caro anea est, licet fortitudo ejus, & virtus, ejusque divina patientia erit plusquam ænea, plusquam petra durissima, & adamantina.

Ambrosi. in Luc. c. 22.

Maldonat. in Matth. 26.

D. Thom. 3. p. q. 13. u. 4.

Job. 6.

Christi fortitudo sola masculula, ceterorum muliebris.

Job. 3.

Job cur dici masculus odit.

Itce

B. Laur. eod. lib. c. 6.

Cur pavere voluit Dominus.

Tristis, ut probaret se non caute, sed verum hominem esse. Hilary. Hier. in Catena. Sep. 73.

Job. 23. 35. Alij.

Olymp.

Ecce masculus. Ubi acutè Olympiodorus: *Detestatur, inquit, eos, qui cum marem nuncupaverint, quod crederet, ejusmodi Dominum solum fuisse, ei que maris nomina propriè convenire.*

Isa. 63.  
Sept.

Huc facit illud: *Torcular calcavi solus; aut Græcè: Torcular calcavi plenum, & de gentibus non est vir mecum. Ubi expendenda veniunt dictiones, vir, plenum, & solus; quod nimirum fœminea fuerint omnium Martyrum robor, unusque, & solus inter omnes vir Jesus fuerit, qui omnino plenum, & in multitudine fortitudinis suæ passionis torcular vel ad redundantiam calcaverit.*

B. Laur. de  
triumph. Christi  
agonie, c. 6.

Quare fortissimus extitit, ac ipsissima fortitudo, quæ solum Martyres ipsi fortes extiterunt. Sic de triumphali Christi agone disertè Justinianus, c. 6. quod est, de magnitudine Mediatoris ad Passionis supplicium perferendum. *Non quidem, inquit, militibus tuis inferiorem te iuicio. Illos agnosco viciisse regna, imperia curvasse, tolerasse supplicia, extinxisse ignem, seras domasse, & mortem ipsam nullatenus formidasse. O insuditum à seculis prodigium! ô gloriosum religionis Christianæ trophæum! collatas divitias spernere, homines fugere, voluptates calcare, provocare tortores, & illatis convitiis suaviter gaudere! Audivimus, norimus, confitemur. Abste, Domine Iesu, per fideles tuos hæc universa sunt facta, non tamen illos te robustiores dicimus. Divinam in Sanctis tuis commendamus gratiam, in te humanam prædicamus naturam. In Martyribus miraculum, in te vero fuisse dicimus documentum. In illis donum, in te autem miserationis sacramentum attollimus. Erexit planè celestis virtus supra natura limites fidei confessores, in illisque benedictio divina refulsit: ipse autem Mediator relictus sibi, pavere voluit, & eadere.*

1. Cor. 1. 25.

Agnosce igitur, ô homo, Salvatoris dignationem: se curvavit ad te, ut te elevaret ad se: humiliavit se propter te, ut te exaltaret in se: depressit se, ut in perpetuum beatificaret te. Cave, ne ingratus de munere scandalizeris pro infirmitate. Apostolum audi: *Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Cum esset impassi-

bilis Deus, homo factus, infirmatus est propter te. Potius miserationem mirare, quam pœnam: magis charitatem, quam formidinem lauda. Non eris ingratus, si benevolentiam R demptoris agnosces. Mœstítiam itaque illius confitere, pavorem dilige, tædium venerare. De tuo hoc habuit, non de suo. Pro peccato tuo doluit: flevit, quod non commisit: exhorruit, quod non fecit: non enim fecit mortem, nec morientium perditione lætatur. Ex his mœoris ejus intellige causam, & gratias age: te agnosce in illo, pro illo lacrymare, qui doluit propter te. Doluit, inquam, & supra modum doluit, aded ut morti fieret proximus; sic enim ait: *Tristis est anima mea usque ad mortem.*

Et ad hujus tristitiæ ampliorem declarationem notandum, animam duplici modo considerari: altero, quo ad vitam hanc animalem refertur, atque aded ad omnem ceteriorem, ut ita dicam, eam animæ partem, quæ corpus vivit, movetur, sentit, affectibus excitatur, & dicitur Hebraicè *Waj nephes*: altero, quæ ratione anima magis prædita est virtutibus spiritualibus, sapientiâ, fide, prudentiâ, voluntate, arbitrio, & *nesamah* dicitur, aut potius *ruah*, Græcè *νεψυχη*, Latine *spiritus*. Illa ad infirmitatem, hæc ad virtutem refertur. Christus porro eâ parte, quæ virtus consistit, ultra omnem humanam aleam fortissimus fuit, utpote omnium hominum perfectissimus, omnibusque etiam aliis simul junctis ultra omnem comparationem præstantior: alteram nihilominus animæ portionem, verique hominis sensum ut exprimeret, cepit tædere, pavere, & mœstus esse, additque: *Tristis est anima mea usque ad mortem.*

Secundò ex Epiphaniò, & Theophylacto, tristari, tædere, & pavere voluit, ut sic ipsa Divinitas piâ fraude (dicere liceat,) militarique stratagemate uteretur, quò scilicet expresso vero per humanitatem pavore, quasi quadam simulatâ fugâ, atque recessu, ut impentem propterea audacius hostem insequeretur, ac vinceret. Sic sic mysticus Josue olim per fugam cepit Hai. O verè Josue, ut callide, rectius dicam,

Anima duplex  
consideratis.Epiph. in An-  
corato. Theop.  
in 26. Matth.  
Tristari etiam  
dicit, ut de-  
monem falleret

Ios. 8.

ficam, ut sapienter per pavorem, quasi per fugam, civitatem Hai, ejusque Principem debellasti! Er quid Hai apud Hugonem Carensem nisi Chaos? & quis ejus Princeps, nisi ille, de quo Salvator: Nunc potestas est tenebrarum, nunc Princeps hujus mundi ejicitur foras?

Sic & filii Israel fugam arte simulantes injerunt consilium, ut abstraherent eos ( viros scilicet Gabaa, quod est collis, sive elevatio iniquitatis) de civitate. O vera Sapientia, qua ex ore Altissimi prodisti, ut recte collem illum de lateribus Aquilonis, elevationemque iniquitatis, fugam arte simulans, in hoc orto (heu quam inamœno!) ab hortis illis felicissimis extraxisti? Sic, sic mirum ars deluditur arte.

Dominus igitur (pulchrè sic Athanasius de Passione, & Cruce Domini) ridens illius vafritiam, in oculo habuit suam Divinitatem, ne ille per formidinem, vitato congressu, illasus abiret, sed contra despiciam quasi cum homine manus consorturus ad pugnam veniret, & ab hominibus inciperet supplantari. Non aliter, quam si quis animadversa in compare, atque æmulo suo formidine secum decertandi, imbecillum se fingat, quò illum pelliciat ad pugnam, & ille, dum pro verâ habet illam simulatam imbecillitatem, aucter in certamen prodeat, mox domandus illius generosi Athletæ viribus. Ita quoque Dominus sub specie humanæ infirmitatis provocans adversarium, hominem, quem induerat, suis viribus adversus inimicum corroboravit, atque idè sub tempus mortis anxius esse, & mœrere cœpit, & obsecrabat calicem transire. Clamabat, spiritum quidem promptum esse, caracem autem infirmam, ut adversarius nosster cum eo, quasi cum homine congressurus, vires ejus divinas experiretur, atque ita inductus, ludificatusque adortus est Dominum.

Hac pariter arte ex eodem Athanasio usus est Salvator in Cruce, ubi clamavit: Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Cum enim Damonem fugam adorantem conspiceret (verba sunt Athanasii) metuens, ne fugâ elaberetur, voces humanas emisit, & Spezzana Scriptura selecta.

A voces imbecillitatis simulavit, dicens: Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Et hoc fecit, ne diabolus ab eo, quem ut hominem antea contempserat, nunc autem ut Deum exhorrescebat, fugâ se subduceret. Istis verbis inducitur ille, sub manus venit, Dominumque adortus contractus est.

Tertio ex D. Thomâ, dolere, tristani. D. Thom. 3. p. que voluit Salvator, ut meritum dolori, q. 46. a. 6. ad 6 tristitiæque nostræ conferret. Christus, Adhuc doluit inquit Thomas, non solum doluit pro amissione vite temporalis, sed etiam pro peccatis omnium aliorum. Qui dolor (subdit) excessit meritum ad omnem dolorem cujuscunque contritus, tum ferret. quia ex majore sapientiâ, & charitate processit (ex quibus dolor contritionis augetur) tum etiam quia pro omnibus peccatis simul doluit, secundum illud: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Et infra: Voluit autem genus humanum liberare, non sola potestate, sed justitiâ. Idè non solum attendit, quantam virtutem dolor ejus haberet ex Divinitate unita, sed etiam quantum dolor ejus sufficeret secundum humanam naturam ad tantam satisfactionem. Quasi diceret? Non fuit Christo satis nos liberare dignitate subiecti, aut personæ, nisi etiam justitiâ, & jure summo liberaret: dolendo scilicet, ac mœrendo quantum satis, immo plus satis tot hominum sceleribus, & quantum posset humanitas Verbi Dei.

O doloris ergo immensitatem! O dolo- rem, penè dixerim, infinitum! Attendite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus! Magna est velut mare contritio tua. Verè, verè vir dolorum. Verè Nazareus, floridus in Horto, sed à Naazaz, quod est, Deus contractus, & Deus contritus. Vulneratus est enim propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Verè tristis est anima mea usque ad mortem; hoc est, juxta Hieronymum, tristitia isthæ mea lethifera est; talisque, ac tanta, quæ me solia, si sinatur, enecare possit: parum enim distat à morte animæ hæc mea infirma pars; adeo mœstitudine, ac tristitiâ laboro.

Ita planè necesse erat, ut Christi dolor tantus esset, ut dolorem, quem nos tot, tantisque excessibus nostris parem habere non possumus, de illius tam immenso dolore.

Hug. Car. ib.

Joan. 14.

Jud. 10.

Hebr.

Isa. 14.

Gen. 3.

D. Athan. de Passione. & Cruce Dom.

Idem Athan. Christus pavens velut simulatam fugam, ut fugientem revocaret diabolum.

D. Thom. 3. p. q. 46. a. 6. ad 6 Christus, Adhuc doluit nostri dolori nostri meritum ad omnem dolorem cujuscunque contritus, tum ferret.

Isa. 53. Vique non solum potestate, sed etiam justitiâ nos liberaret.

Thom. 1. q. 2.

Isa. 53.

Hebr. floridus

Isa. ibid.

Hieron. Christum solâ tristitia conficere potuisset.

Vyy dolore.

Latro bonus ex  
Benoni factus  
Beniamin.

Gen. 35.

Hebr.  
Psal. 37.

Bern. ser. 1. de  
3. Andr.  
Tristitiam  
voluit, ut no-  
stram in morte  
tristitiam  
solaretur.

D. Leo serm. 3.  
de Pass.

dolore suppleremus. Quis ergo in poste-  
rum ad Sacramenta. eâ, quâ poterit, con-  
tritione fidecialiter non accedet? Quis  
peccator vel usque ad mortem in isto do-  
lore, arque tristitiâ usque ad mortem mi-  
nimè confidet? Annon, quæso, in hoc  
planè confidit scelestus ille latro? Sed è  
propterea latronem felicem, Benoni qui-  
dem tristissimæ hujus parientis Rachelis,  
filium doloris, sic autem effectum Beniamin,  
filium dexteræ. Ita ita ille, velur parturiens,  
clamabat: *Circumdederunt me dolores mor-  
tis, seu Chaldaicè: Circumdedit me angustia,  
sicut mulieris, qua sedet in partu. Sed in tri-  
bulatione mea invocavi Dominum, & ad  
Deum meum clamavi, & exaudivit de tem-  
plo sancto suo vocem meam, & clamor meus in  
conspectu eius introiit in aures ejus,  
Gratulor propterea tibi, Salvator, quòd  
etsi pariens tristitiam habuisti, natus ta-  
men tibi est homo in mundum, immò in  
caelum.*

Sic nimirum quotidie filios salubrius  
paris Deo, quàm Eva, ejusque filiz in  
dolore filios suos pariant mundo.

Quarò ex D. Bernardo, tristari, tæ-  
dere, ac pavere sic voluit, ut nostram ti-  
miditatem firmaret, pusillanimitatèmq;  
in morte solaretur. *Agnosco, ait Bernardus,  
in duce belli pusillanimatorum trepidationem,  
agnosco egroti vocem in Medico, agnosco infir-  
mantem gallinam cum pullis, considero chari-  
tatem, stupeo miserationem, expavescio digni-  
tationem. Misericors Dominus (subdit statim)  
non Beati Andreæ robustum sibi suscepit affe-  
ctum (cui tamen dicere poterat: Ego de tuo  
fui trepidus, tu de meo fuisti securus) quia  
non sanis opus Medicus, sed malè habenti-  
bus. Et quid magnum fuisset, DOMINE  
IESU, si accedente horâ, propter quam ve-  
neras, intrepidus stares, tanquàm qui potesta-  
tem habebas ponendi animam tuam, & ne-  
mo eam tollebat à te? Annon longe gloriosus  
fuit (quandoquidem totum propter nos ageba-  
tur) at non modo passio corporis, sed etiam  
cordis affectio pro nobis faceret, ut quos viri-  
cabat mortuus, tua nihilominus & trepi-  
datio robustos, & inextititatos, & tadium  
alacres, & turbatio quietos faceret, & desola-  
tio consolatos?*

A Ita planè. Hòcque idem antea piè me-  
ditatus D. Leo in hæc eadem verba: *Tri-  
stus est anima mea usque ad mortem. His, in-  
quit, verbis quandam formidinem profuenti-  
bus, nostra infirmitatis affectus participando  
curbat, & penalis experientia mecum sub-  
eundo pellebat. In nobis ergo Dominus no-  
stro pavore trepidabat, ut susceptionem nostræ  
infirmitatis indueret, & nostram inconstan-  
tiam, sua virtutis soliditate vestiret. Vene-  
rat enim in hunc mundum dives, & miseri-  
cors negotiator celi, & commutatione mirabi-  
li inierat commercium salutare, nostra acci-  
piens, & sua tribuens: pro contumeliis hono-  
rem, pro doloribus salutem, pro morte dâns  
vitam; & cui ad exterminationem perse-  
quentium poterant plusquàm duodecim mil-  
lia angelicarum servare legionum, malebat no-  
stram recipere formidinem, quàm suam exer-  
cere potestatem.*

C Hinc igitur fortes, hinc intrepidi facti  
sunt Martyres: hinc virguncule ipsæ, ne-  
dum Viri, ad agonem fronte serenissimâ  
pidecesserunt: hinc tam pretiosæ, hinc  
tam læta torjstorum mortes: hinc ille  
exultavit, hinc alteri risit in morte.

Adæ nimirum olim foporato ossæ co-  
stæ excisa, in mulierem fortem, ac viraginem efficta est, & caro in locum duræ  
costæ reposita, quo signaretur constan-  
tia, & robur Christi in Ecclesie membra ab  
illo diffusum, qui carne nostrâ molliculâ,  
id est, trepidatione nostrâ est repletus.

Trepidavit ergo, ne tu trepidares, aut  
si adhuc fortè naturâ trepidat, seires tri-  
starum propterea Dominum, ut doceret,  
Martyres non debere desperare, si in horâ  
passionis subreat tristitia, quam tamen  
vincant. Sic Augustinus, & Cyprianus.  
Metus hic infirmitatis humanæ commu-  
nem: exprimebat effectum, & generalita-  
tem omnium in carne viventium hoc do-  
lore urgeti, & dissolutionem corporeâ,  
spiritualisque naturæ hac molestiâ non  
posse carere, & hanc pœnam universa  
successioni Adæ impositam, ut difficul-  
tas extremi transitus timeretur. Sic &  
pari eloquentiâ Gregorius: *Appropin-  
quante morte, nostræ mentis Salvator in se  
certamen expressit, qui vim quandam terroris*

D. Leo serm.  
quos sup.

Commertia  
Christi cum  
hominibus.

Ex Christi pa-  
vore roborati  
Martyra.

Gen. 3.

August. 3.  
Confess. 4.  
Tristatus fuit  
Christus mor-  
turus, ne disti-  
rarent marty-  
res, si tristi-  
rentur.

Cypr. ser. de  
Pass. Christi.

*Moribundi cur*  
*timere.*  
*Chrysof. in*  
*Gen. D. Th.*  
*ad c. 12. Ioan.*  
*Tristitiam de-*  
*spere experiri*  
*voluit, ut ad-*  
*ferendam eam*  
*portari alios*  
*posset.*  
*S. Bern. Sen.*  
*ad ser. 6. in*  
*Parascou. 56.*

*Eccl. 1.*  
*Profundum abyssi, id est animæ Christi*  
*in doloribus abyssi, quis demensus est?*  
*Quasi dicat, nulla rationalis, & creata*  
*natura.*

*Psal. 37.*  
*Afflictus sum, & humiliatus sum nimis,*  
*rugiebam à gemitu cordis mei; Domine, ante*  
*te omne desiderium meum. Tres abyssi do-*  
*minicæ Passionis hic mysticè describun-*  
*tur. Prima est abyssus incomprehensibilis*  
*pœnalitatis: Afflictus sum. Secunda abyf-*  
*sus incomprehensibilis humilitatis: Et*  
*humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu*  
*cordis mei. Tertia est abyssus incomprehen-*  
*sibilis utilitatis: Domine, ante te omne desi-*  
*derium meum. Ut ergo (subdit Bernardi-*  
*nus) aliquantulum comprehendere valea-*  
*mus incomprehensibilitatem, & abyf-*  
*salitatem immensitatem Christi dolorum:*

*Dolori Christi*  
*magnitudo ex*  
*cognitione pec-*  
*ccatorum.*  
*Et tormento-*  
*rum prioru.*  
*Et cruciatu,*  
*quos subire*  
*erat Martyr,*  
*& scilicet.*

Primò consideremus plenitudinem cog-  
 nitionum, quas Christus ab instanti con-  
 ceptionis suæ ex unione divini Verbi ha-  
 buit in mente suâ. Hæ fuerunt tres, quasi  
 tres altissimi montes, super quos erecta,  
 & fundata fuit Crux Christi Jesu. Prima  
 cognitio fuit peccatorum omnium ho-  
 minum præteritorum, præsentium, &  
 futurorum. Secunda tormentorum om-  
 nium, quæ passurus erat: *Sciens Iesus*  
*omnia, quæ ventura erant super eum. Tertia*  
*martiriorum, suppliciorum, laborumque omnium,*  
*quæ sustinuerunt omnes iusti à sanguine Abel iusti, usque ad*  
*sanguinem eorum, qui in fine sæculi fu-*

turi suat, quorum omnium ipse caput  
 erat. Hæc omnia simul ipse plenius, cla-  
 riusque, ac magis distinctè vidit, quàm  
 aliqua mens humana posset intelligere a-  
 liquid singulare.

Secundò consideremus magnitudi-  
 nem occasionum, ex quibus mentalis  
 Crux ejus formata est, quæque semper  
 habuit in hoc sæculo, quoad vixit; & e-  
 rant duæ, quasi duo lingua interfecantia,  
 & constituenta Crucem. Prima, immen-  
 sus amor ad Deum, & proximum: quia  
 enim fuit unitus Verbo personali unione,  
 tota capacitas naturæ ipsius, quæ ex per-  
 sonali unione dilatata existit, tota amore  
 repleta fuit, immò tota fuit amor in Ver-  
 bo. Secunda, maximus dolor: mensura  
 enim, & magnitudo dominicæ Crucis  
 tanta fuit, quantus extitit dolor in men-  
 te ejus, & pœna in carne: nam Christi do-  
 lores fuerunt pœnales, tum quia erant  
 contra naturam patientis, tum quia con-  
 tra voluntatem naturalem sensualitatis.

Tertiò consideremus multitudinem  
 rationum, ex quibus dolor ejus tantæ  
 magnitudinis fuit, ut apud humanam, &  
 angelicam intelligentiam incomprehen-  
 sibilis sit. Rationes duodecim erunt, tan-  
 quàm duodecim fructus ligni vitæ ex ut-  
 traque fluminis parte, humanitatis scilicet  
 promerentis, & Divinitatis meritum  
 dilatantis, quos gustare debemus, sicut  
 hortatur Apostolus: *Hoc enim sentite in*  
*vobis, &c. Qui quidem fructus, sive ra-*  
*tiones, ut medullitus, & avidius gustari*  
*valeant, poterunt duplicari, ut in vigin-*  
*ti quatuor rationes confluant, quasi in*  
*viginti quatuor diei horas, in quibus spe-*  
*culando conversabatur, & cruciabatur*  
*Filius Dei Iesus, juxta vaticinium Zacha-*  
*ria: Et erit dies una, quæ nota est Domino.*

Prima ergo ratio est offensionis, cujus  
 duo erant aspectus continuè in mente Je-  
 su. Primus ad delectum Deum: nam  
 quantum dilexit æternum Patrem, ejus-  
 que gloriam; tantum doluit de qualibet  
 ejus offensâ, ac peccati ignominia. Secun-  
 dus ad dilectum proximum, unde quan-  
 tum dilexit eos, qui suum offendebant  
 Patrem, tantum dolebat de tali offensio-  
 ne, ac damno offendentium.

*Alex. Alex. sim*  
*3. sent.*

*Apoc. 11.*

*Philipp. 2.*

*24. Dolores*  
*mentales, seu*  
*aspectus pœna-*  
*les, qui fuerunt*  
*in mente Iesu.*  
*Zach. 14.*

*2 Damni de-*  
*lecti proximi.*



Secunda ratio est ignorantis, cujus duo alii aspectus erant in mente Jesu circa humanum genus scilicet, quia videbat illud ignorare duo. Primum, quantum fuit beneficium suae humanitatis. Secundum, quantum fuit in assumendo humanam naturam amor suae immensissimae charitatis, qui scilicet eum humanari fecit. Has igitur ignorantias in humano genere semper Christus recognoscens, tantum dolorem in mente sua de illis sumpsit, quantum erat beneficium suae humanitatis, & quanta fuit in hoc magnitudo suae charitatis, cum qua & carnem assumpsit. & pro nobis in Cruce mori voluit. Et quae natura humana, vel angelica exprimere posset magnitudinem beneficium assumptionis nostrae humanitatis in hoc erga nos suae immensissimae charitatis excessu? Proinde Ambrosius ait: *Tristis erat, quia parvulos nos relinquebat, parvulos, inquit, id est, de utroque beneficio ignorantes.*

3. Ignorantia humana beneficij sui Incarnationis.  
4. Ignorantia amoris sui charitatis.

9. Magnitudinis mortalium suarum poenarum.  
6. Amoris sui, qui debebat mori.

Matth. 26.

Tertia ratio est recessio. Duo alii aspectus erant in mente Christi. Primus, quo intelligebat magnitudinem poenae, ex qua debebat mors ejus inferri, recessusque sanctissimae animae à corpore sequi. Secundus, quo cognoscebat, quantum seipsum diligebat, qui debebat mori. Ex hoc duplici aspectu, in mente ejus tantus generabatur dolor, quanta erat poena, ex qua moriturus erat, & quantus erat amor, quem ad se ipsum habebat. Et de hoc duplici aspectu Dominus ait: *Tristis est anima mea usque ad mortem, scilicet, quia video poenam, quam debeo sustinere, & amorem, quo me diligo, & teneor me diligere.* Et quia nullus in humanam naturam, neque totum humanum genus sufficiebat hoc intelligere, & sibi comparari, & sibi regravari, ideo vice omnium electorum sibi ipsi condoluit, sicut Deo in assumptam naturam pro humano genere patienti. Unde sicut in aliis, sic & in hoc omnium electorum suorum supplevit defectum, totum se relinquens in gratiarum actione Deo, & sibi ipsi de tanto beneficio electis collato, & in se ipso nos omnes fecit recognoscentes, in

A quo & nos reputamur plene grati debent beneficio redemptionis, & causa concifixi similitudini mortis ejus.

Quarta ratio est reverberationis. Duo alii aspectus erant in mente Domini nostri Jesu Christi. Primus ad suam dulcissimam Matris amorem. Secundus ad suam amorosissimam Matris dolorem: quia enim intelligebat dulcissimam Matrem suam super omnes alias creaturas ex suo amore incurabilibus doloribus plenam, tantum in mente sua dolebat, quantum amorosissimam Matrem suam diligebat, & quanti erant dolores in corde Virginis Matris. Sed cum Beata Virgo in cognitione omnium dolorum Christi illustrata fuerit, & in charitate perfecta ad Filium fuerit sublimata, tantum de eis doluit, quantum id status maternae excellentiae requirebat, & hi materni dolores continue mentem Filii sagittabant. Proinde Jeremias Threnorum 1. in personam Domini ait: *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus,* scilicet hoc duplici aspectu considerato.

7. Amoris sui dulcissima Matris.  
8. Eiusdem doloris.

Thren. 1.

Quinta ratio est compassio: quia enim Christus caput erat omnium electorum, duo quoque alii aspectus erant in mente ejus. Primus ad omnes Martyrum poenas. Secundus ad aliorum salvandorum labores, & meritoria opera. Ex hoc vero duplicato aspectu, tantus in animam ejus generabatur dolor, quanta erant omnium aliorum justorum laboriosae operationes: nam omnium Martyrum dolores per compassionem ita suscepit, quod multo amplius, & dolorosius fuerant infixi cordi ejus, quam in Martyribus, qui illa supplicia sustinuerunt: necnon & omnium electorum labores, non solum in generali excepit in corde suo: sed etiam singulariter singulos multo distinctius, atque perfectius, quam illi, qui pro suo nomine illos sustinuerunt. Proinde in personam Domini de hoc duplici aspectu Propheta ait: *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Ossa quidem fortis Martyres extiterunt, quos propter tormentorum asperitatem

9. Omnium Martyrum poenarum.  
10. Aliorum salvandorum laborum.

Psal. 22.

ritatem dispersos dicit. Alii vero electi, quasi gutta sudoris Christi, propter labores eorum de ejus corpore effusi sunt, qui omnes in Christi sanguineo sudore mysticè demonstrantur: nam sanguis ad Martyres; & sanguineus sudor ad ceteros electos, & justos convenientius aptari potest.

Sexta ratio est incisionis. Alios quoque aspectus habuit Iulius Dei Christus. Primus ad omnes mortales culpas. Secundus ad omnes infirmitates nostras. Ex hoc duplici aspectu tantum in anima sua dolebat, quor, & quantæ erant mortales culpæ, per quas præscindebantur membra ejus ab eo: & quor, & quantæ erant infirmitates mentales, & corporales suorum pretiosorum membrorum. Et de hoc duplici dolore Jeremias: *Fortis intersecit gladius*, scilicet mortalis culpæ membra Christi præscindentis, & *domi mors similis est*, videlicet cujuslibet infirmitas membrorum quodlibet infirmitatis. Scupendum quidem excessum doloris sumiratione supradictâ ex respectu gratiæ capitis, quo redemptor, & emendator est omnis mali, quod infidum fuit per peccatum. Ideo sumpsit Jesus hæc omnia lamentanda, & deploranda, ut sua: non quidem ad committendum, quia peccatum non fuisse; sed ad perfectè solvendum, & satisfaciendum: quia ad hoc venit, in tantum quod omnium personam induens, pro omnibus satisfecit. Proinde mysticè dici potest, quod ipse est ille magnus peccator, & poenitentiatu pro omnibus, & in omnibus, pro cuius poenitentia gaudium est in celo, plusquam super omnibus ordinibus Angelorum, qui dignâ poenitudine non egerunt.

Septima ratio est deformationis. Etiam alios duos aspectus habuit Christus in animâ suâ. Primus erat ad animæ imaginem. Secundus ad animæ similitudinem. Proinde videns horrendam deformationem, quam consequitur anima ex perpetracione mortalis culpæ, tantum doluit de illius deformatione, quanta erit nobilitas, seu formositatis imaginis

A animæ ad imaginem Dei formatæ, & quanta erat excellentia similitudinis Dei in illâ. Unde Jeremias Threnorum 4. admiranter stupefactus in personâ Domini ait: *Denigrata est super carbones facies eorum*, scilicet quantum ad imaginem, & quantum ad similitudinem. Cum enim esset legitimus animarum sponsus, perfectè diligens animarum decorem, in doloribus, & angustiis suis toram se reliquit, per cineres maliciarum nostrarum infudit, ut faceret de se lavacrum ad lavandum, & delendum tantam turpitudinem, ac maculam peccatorum imaginis, & similitudinis animæ nostræ. Et quis exprimere posset dolorem animæ Christi conspicientis horrendam turpitudinem animarum nostrarum?

Octava ratio est fornicationis. Duos quoque alios aspectus habebat Christus in animâ suâ. Primus erat ad amorem, quo animas sponfas suas amabat. Secundus ad multitudinem animarum suarum, seu sponfarum suarum, quas diligebat. Videns igitur Christus, quantum animæ præponebant creaturam ipsi omnium Creatori, ac per hoc spirituales fornicationes considerans, tantum dolebat, quantum eas, sicut Sponsus, amabat, & quor erant animæ fornicantes. Unde Jeremias in personâ Christi sponsi earum inquit: *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis*. Expende, si potes, Christi dolores ob maculas suæ Sponsæ cum Diabolo fornicantis.

Nona ratio est contritionis. Duos alios aspectus habuit in mente Jesus. Primum ad magnitudinem peccatorum. Secundum ad multitudinem eorum: Ex hoc duplici aspectu in mente suâ tantum dolebat de offensionibus damuandorum, quantum erat peccatorum multitudine. Proinde Jeremias Threnorum secundo ait: *Magna est, velut mare, contritio tua*. Mare est magnum in quantitate, & multum in gustatum numero sitate. Et si unius mortalis culpæ tanta est gratuitas, quanta erat tunc omnium simul? Ad quamlibet enim mortalem culpam dolor suus habuit respectum singularium.

Thren. 4.

15. Amoris quo sponsas animas diligebat.

16. Multitudinis animarum fornicantium.

Jerem. 3.

17. Magnitudinis. 18. Multitudinis peccatorum.

Thren. 2.

10. Omnium mortalium culparum. 11. Omnium nostrarum infirmitatum.

Thren. 1.

Luc. 17.

13. Imaginis. anima deformata. 14. Similitudine deperdit.

gultem. Præterea cum ipse venerit gratiæ regni reparator, & culpa mortalis, quantum in se est, totum regnum gratiæ deleat, hinc est, quod totum quodlibet mortale horrere habuit, & pro eo dolere, quantum magnitudo, & multitudo peccatorum mortalium regnum gratiæ delet. Et cum ipse secundum suum esse, quasi totaliter gratia videatur, non enim conceptus est naturali opere, sed divino spiramine: hinc est, quod habuit horrere culpam, sicut destructivam totaliter sui esse, & suæ intentionis in assumptione humanæ naturæ. Item cum ipse venerit ut solutor omnium debitorum nostrorum, & ut liberator ab æternis pœnis, ut vos idem de omnibus liberaret, pro qualibet mortali culpâ tantum dolere habuit, quod dolorem divinæ justitiæ exolueret correspondentem. Hoc siquidem requirebat divinæ justitiæ inflexibilis rectitudo, & ipsius Redemptoris in ratione satisfaciendi integerrima plenitudo, ut sic nihil remaneret à divinâ misericordiâ, ac per hoc utraque honoraretur in suâ excellentiâ.

Decima ratio est privationis. Duos quoque alios aspectus habuit Christus. Primum ad gloriam Beatorum. Secundum ad durabilitatem eorum. Tantum ergo doluit Dominus noster Jesus Christus, aspiciendo omnes, qui propter peccatum exules erant à gloriâ Paradisi, quantum erat bonum regni gloriæ, quod amittebant, & quantum duratura erat talis ejus privatio, quam incurrebant. Proinde Ambrosius ait: Tristis erat, & tristis videbatur, non pro suâ Passione, sed pro nostrâ dispersione.

Undecima ratio est obligationis. Alioque duos aspectus habuit Christus Filius Dei. Primus erat ad supplicia damnatorum, Secundus ad odium inter Deum, & peccatores damnandos irrevocabiliter generatum: quia tantum in mente doluit pro æternaliter cruciandis, quantum erant tormenta, quibus erant æternaliter cruciandi, & quantum erat odium inter Deum, & eos æternaliter generatum. Hinc Jeremias in personâ Domini ait:

**A** *In tenebris collocavit me, ecce primum quasi mortuos sempiternos, ecce secundum.*

Duodecima ratio abbreviationis. Alios in super duos aspectus habuit in mente suâ Christus. Primum ad meritum suæ sanctissimæ Passionis. Secundum, ad fructum suæ sanctissimæ Crucis. Propter quod tantum in morte sua doluit, quod non potuit in perpetuum cruciari, quantum intelligebat se dolendo mereri, &

**B** quantum cognoscebat suum meritum in fructu augmentari. Proinde dolendo per aliquem modum, quod non potuit æternaliter cruciari, meruit apud Patrem, tanquam si fuisset æternaliter cruciatus. Idem Isaias ait: *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.* Ergo, ut acquieret nobis suam gloriam sempiternam, in Deo per voluntatem, & desiderium dilatabat

**C** totam vitam suam ad quoddam vivere infinitum, & ad tolerantiam infinitæ manerici mortis, communicando se totum ad quamlibet prædictarum vigintiquatuor rationum; & ad objectum cujuscunque mortalis culpæ, ut suo æterno Patri perfectius satisfaceret, & cujuscunque peccatoris, ut nos perfectius cum Deo pacificaret, & cujuscunque coronæ, ut nobis eam perfectius fabricaret. Et Pater suus æternus suam dilatabat, & infinitam voluntatem, ac si opere perfecisset, plenissimè acceptavit ad omne id, & ad quantum voluntas ejus dilatabatur.

In his duodecim rationibus duplicatis prædictis clarescere potest, quod pro qualibet ratione Crux Christi tam impenso doloris fuit, ut per eam apud intellectum humanum multiplicetur pœnæ infinitarum manerierum mortis.

**E** Hucusque piissimè, ac devotissimè Bernardinus,

19. Privationis hominum beatorum gloriæ.  
20. Eiusque sempiterna.

D. Ambr.

21. Suppliciorum damnatorum.  
22. Odii inter Deum, & peccatores.

Jerem. 3.

23. Terminis suæ Passionis.  
24. Terminis suæ Crucis.

Isa. 53.

ANGE-

ANGELICA  
confortatio.

## PUNCTUM III.

Apparuit illi Angelus de celo  
confortans eum.

Luc. 22.

Zach. 3.

Cur in faciem  
procidit Chri-  
stus.

Isa. 53.

Peccatorem  
sub onere cor-  
ruit Christus.Psal. 37.  
Chryf. hom.  
8. in Marc.Bern. ferm. 1.  
de S. Andr.

ET Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem Angeli. Quid? veré-  
ne cerno, an fallitur visus? Christus  
humijacet, & ante faciem Angeli humi-  
jacet! Et prociat in faciem suam. Quam-  
obrem, Jesu mi? He! Ex cognitione  
gravissimi oneris peccatorum totius  
mundi, quæ lucidæ, expiandaque susce-  
perat, & iræ divinæ, quam suâ morte  
placare debere intelligebat, & iustitiæ,  
cui satisfieri oportebat. Et posuit Domi-  
nus in eo iniquitates omnium nostrorum. Pa-  
ginius: Et Dominus pervenire fecit ad eum  
pœnam omnium nostrorum. Et Hebr. Et  
Deus irruere fecit in eum iniquitatem omni-  
um nostrorum.

O divine Atlas, qui tuis universam  
mundi machinam sustentas humeris, im-  
mò digitis, nunc sub peccatorum ponde-  
re, ac mole vitiorum defatigatus fatis-  
cis? Miser factus sum, & curvatus sum  
usque in finem. Heu (dolens, & stupens  
exclamat Chryostomus) qui est omni  
cælo altior, ad terram usque curvatus pro-  
cidit in faciem suam! At quid ibi Angelus?  
Apparuit, ait Evangelista facer, Angelus  
de celo confortans eum. Hæreo, stupeo hic  
cum devotissimo Bernardo. Quem?  
quem eum? Planè eum, cui nascituro  
clausus patuit Virginis uterus, cuius  
nutu vinum in aqua mutata est, cuius  
tractu lepra fugata, sub cuius plantis so-  
lidum mare stetit, ad cuius vocem mor-  
tui surrexerunt: Eum denique, qui por-  
tet omnia verbo virtutis suæ, per quem  
facta sunt omnia, per quem universa sub-

A sistunt, etiam & Angelus ipse. Quem er-  
go eum? Cujus ne ipse quidem confortator  
suus capere poterat majestatem.  
Quare rogo te, Angele, quem consolaris?  
An ignorabas, quis essee, ad quem con-  
solandum veniebas: Certè consolator est,  
certè Paraclerus est!

Et tamen apparuit Angelus de celo confor-  
tans eum. Relictus nimirum fuit à Patre  
in infirmitate humanæ carnis, ut illà horâ  
gelo conforta-

B potestatis tenebrarum indigeret confor-  
tantis Angeli ministerio, tanquam ho-  
mo purus, in quo & omnia illa patieba-  
tur, qui alias Angelis dominaretur, & à  
Patre perpetud exaudiretur, & confor-  
taretur omni tempore. Sed hoc signum  
fuit conditionis recens susceptæ ab illo  
sustinente peccatorum, & debitorum  
mundi nomen, & personam, hac in parte  
paulominus ab Angelis minoratus, qui  
tantò superior Angelis fuit, quantò ex-  
cellentius præ illius nomen hæreditavit.

Hunc ergo Angelus consolatur. Sed  
quomodo? Confortans eum. Syriacè: Con-  
firmans eum; non ut dent robur ipsi An-  
geli, inquit Epiphanius, nec enim indi-  
gebat (absolutè scilicet) Angelorum con-  
fortatione, sed confortant ipsum, hoc est,  
confirmando, proprium ipsius robur ipsi  
attribuunt. Unde Septuaginta: Et con-  
fortent ipsum omnes Angeli Dei; ubi nos le-  
gimus in Deuteronomio: Et adorent ipsum Deus. 22.

omnes Filij Dei; quam lectionem versans  
idem Ephiphanius: Quapropter (subdit)  
admiratione ductus Angelus, dicebat  
ad ipsum glorificans, & benedicens pro-  
prium Dominum in studio consistentem:  
Tua est adoratio, tuum est dominium,  
tua est potentia, tua est fortitudo; ut im-  
pleret id, quod à Moyse scriptum est: Et  
confortent ipsum omnes Angeli Dei.

E Sed dicamus: Confortans eum. Græcè,  
juxta Theophylactum: Glorificans eum;  
hoc est, totam gloriam, quæ à Passione  
secutura esset, exponens ei, non quidem  
ignaro, cum Christus caput esset, ac Do-  
ctor hominum, & Angelorum, sed volen-  
ti, ut magis constaret veritas Passionis,  
angelico ministerio rationes quasdam  
sibi proponi, quas ille quidem per ra-  
tionem superiorem considerabat, sed ita

Epiph. har. 69.  
& in Ancorato

Theophyl.

Suarez in 3.  
p. c. 1. q. 12. ar. 3

ut nullum inde solatium inferiori parti communicari permitteret, easque sibi modò voluit ab Angelo quasi in memoriam revocari. Unde Cajetanus: Non eguit Christus instrui ab Angelo, sed eguit exteriori, ac sensibili propositione objecti servari inferiori.

Cajet. 3. p.  
9. 12. 8. 4.

Judic. 6.

Et ad hunc fortè modum alter Angelus ad Gedeonem: Dominus tecum, virorum fortissime. Vahe, in fortitudine tuà liberabis Israel de manu Madian. Confortare & esto robustus valde, noli meture, & noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus, ad quacunque perrexeris.

Verba varia,  
quibus confortare Christum Angelus potuit

Ios. 2.  
Is. 51.

Consurge, consurge, induere fortitudinem, brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Nunquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis, qui posuisti profundum maris viam, ut transirent liberati? Et nunc, qui redempti sunt à Domino (per mare hoc rubrum Passionis) revertentur, & venient in Sion laudantes, & latitia sempiterna super capita eorum. Ego, ego ipse consolabor. Quis est tu, ut timeas ab homine mortali?

Gen. 32.

Eja, fortissime luctator: Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praevaleris?

Act. 27.

Ne timeas (ò Salvator) Cesari te oportet assistere. Ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum (in hujusce noctis horribili tempestate) amissio enim nullius animae erit ex vobis, praeterquam navis (vitae scilicet sanctissimae hujus humanitatis, & filii perditionis.)

Isa. 35.

Sed nihilominus ingentes tibi expende divitias, computa merces, ac thesauros, pe te siquidem illud est: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur, pro eo, quòd laboravit anima eius, videbit, & saturabitur. In scientia suà justificabit ipse iustus servus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Idèd. (Margin. Magnam multitudinem dabo ei pro spoliis, & fortes erunt ei pro praeda) dispersiam ei plurimos, & fortium divitiae spolia, pro eo, quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis

A reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressionibus rogavit.

Videbis, inquam, semen longævum: sicut enim ipsa carnalis stirps ex primi hominis latere olim soporati initium sumpsit: ita ex te sub Crucis umbra soporato in mortem nova fidelium generatio nascetur. Annunciabitur Domino generatio ventura, & annuntiabunt cali iustitiam ejus populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

Psal. 13.

B Voluntas Dei in manu tuà dirigetur, si tamen modò tua voluntas in manu Dei dirigatur. Non fiat nunc solum, Domine, voluntas tua: postmodum semper fiet. Memineris nunc proloqui tui: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me. En ergo hora, in qua cibum degustes, comede, ac profit. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit. Si manibus callum obduraum, si signa, si cicatrices in manibus remanebunt, & fructus pariter laborum remanebit.

Ioan. 4.

Psal. 127.

Ipse peccata multorum feres. Hucusquo enim nec qui sua ferre possit, inventus est. Tu solus, qui sine peccato es, ac scelerare peccata omnium portare potes. Ea si portaveris, humerisque libenter supposueris, digito ostenderis: Ecce, qui tollit peccata mundi. Summis omnium praconiis extolleris, suscipient te omnes, & dicent: Certè videtis, quem elegit Dominus, quòd non sit ei similis in omni populo, eminent ab humero, & sursum. Verùm ut princeps, supponendus est humerus, ut fiat principatus super humerum tuum. Parvulus olim Crucem amplexatus, natus cum Cruce, quae de utero Matris tuae egressa videtur, ut tecum cresceret: Parvulus natus est nobis, & Filius datus est nobis. Moxque:

Ioan. 1.

1. Reg. 7.

B Cujus imperium super humerum ejus; nunc eam fugies, nec amplexaberis? Humerum, humerum abjectissimae suppone Cruci, ut exaltet nomen tuum super omnia nomen. Si enim exaltatus fueris à terra, omnia trahes ad te ipsum, converteretur ad te multitudo maris, fortitudo gentium veniet tibi, inundatio camelorum operiet te. Si pauci hac nocte relinquent, innumeris post te current, victi manibus pergent, & te adorabunt, & teque deprecabuntur. Suspe-

Isa. 9.

Gen. 22.

Suspice, suspice cælum, Salvator, & A  
numera stellas. Quia fecisti rem hanc, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & volut arenam, quæ est in litore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terra, quia obedisti voci meæ. O verè Abrahamides! O verè Isaac, quod est risus æterni Patris! O divine Aries cornibus hærens inter perplexas peccatorum hominum veptes ad immolationis aram, B jam nunc propera, ac libenter ascende.

1. Reg. 17.

En, en jam tempus advenit, quo perditum humanum genus immolatione tuâ, & holocausto redimatur. En jam hora, quâ misera Adæ mortalitas captivitate mortis est liberanda. *Craftinâ die erit mundo salus per te, Domine exercituum.* Craftinâ, O verè David, ingens ille Philisthæus humanitatis tuæ fundâ, tuorumque quinque vulcerum lapidibus confternetur.

Psal. 95.

O summe cælorum Princeps! O rotius mundi Monarcha! O Rex Regum, & Dominus dominantium, en jam te omnes opperiantur: omnes quorquor in Limbo adhuc captivi detinentur, in te unum spem, & oculos coniecerunt: nos ipsi à tot jam annorum millibus te expectavimus; te, inquam, nostræ gloriæ authorem, ac ruinarum nostrarum restauratorem exoptavimus, ut judicares tandem in nationibus, impleres ruinas, conquassares capita in terrâ multorum. *Craftinâ, O hominum, ac Angelorum læticia, delebitur iniquitas terra, & regnabit à ligno super nos Salvator mundi.* Craftinâ, nec diutius, veteres omnes implebuntur si uræ, omnia Prophetarum oracula complebuntur, ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum judicaris.

Psal. 50.

En, en jam tandem dies illuxit reparationis antiquæ, felicitatis æternæ. En jam finitâ diuturnâ illâ peccati originalis eclipsi, dies serenus adest, quo Tartara expugnata, Diabolus victus, & Paradisi erunt repagula referata. Et quid adhuc moror? Attollite, attollite portas, Principes, vestras, & elevamini porta æternales, & introibit Rex gloriæ.

Psal. 23.

Speranza Scriptura selecta.

AGONIA, ET SVDOR sanguineus.

PVNCTVM IV.

Et factus est sudor ejus, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. Luc. 22.

Sed quid est, quod adhuc vicia, perquam, & cui omnia vivunt, fit in agonia? Quid est, quod nihilominus Salvator meus totus sanguine madet? Confortatus equidem est, inquit Beda Venerabilis, sed tali confortatione, quæ dolorem non minuit, sed magis auxit: confortatus enim est ex fructus magnitudine, non subtractâ doloris amaritudine.

Beda in Luc. 22.

Erat agonia ista, inquit Lyranus, relictio sensualitatis mortem horrentis, & rationis ipsam acceptavit: quia virtute divinâ quælibet pars permittebatur agere, & pati, quod erat sibi proprium.

Lyran. ibid. Quam Christi agonia.

Ergo omnium viventium vita in agonia? O mortales! O peccatores! Nunquid Isa. 7. *parum vobis, agonem exhibere hominibus; & juxta Sept. quomodo Domino exhibetis agonem?*

En, en Pontifex Onias, cujus facies, & color immutatus (ob templi, animarum scilicet nostrarum direptionem) declarabat internum animi dolorem, Græcè declarabat animi agoniam.

2. Mac. 3.

Durum certè bellum (ut verè ait Simon de Cassia) gerebatur in animâ Christi, de ejus ictibus sanguis tam latè manabat.

Simon. de Cass. l. 17. c. 30.

Ut sudat! ut agonizanti sudor diffluit! ut digiti ejus, ac labia, omniâque membra distillant myrrham primam, aut fluentem, vel transeuntem ex se sponte, clavibus, & mucrone lanceæ non expectato!

Cant. 5.

Sed heu! heu mi Jesu! qualis sudor iste tuus? Quare rubrum est indumentum tuum. Isa. 63. & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Quis est iste, qui venit de Edom (de Hebr.

Zzz tam

ram rubeo sudore) *in his vestibus de Bosra*, A. est sanguis Medicus (sic pulchre Augustinus) perfusus quasi in vindemia?

Isa. 25. Nunc verè: Et faciet Dominus (in hoc hoito) *convivium vindemia defacata.*

Cant. 1. *Borrus Cypri* (ex se præ maturitate, & charitatis calore præruptus. (Hebr. *Copher, balsami*) dilectus meus mihi in vineis Engaddi (fontis, sive oculi felicitatis, aut fontis, sive oculi incisionis, vel scissura.) O sanguis! ô balsamum à fonte divinæ pietatis, ab æternæ felicitatis oculo, ab incisionibus, ac veluti scissuris omnium venarum!

Eccl. 50. *Simon* (paternæ obediens voluntati) *Sacerdos magnus, consummatione fungens in arâ, amplificare oblationem. Excelsi, porrexit manum suam in libatione, & libavit de sanguine viva.*

Iob. 32. O nectar ori divino suavissimum! ô mustum absque (consolationis) spiraculo, quod (præ nimio amoris calore totum ebulliens) *langunculas* (arteriarum) novas quasi *disrumpit*; ut totum in Dei libamen offeratur!

Psal. 61. Et certè amore sudat; amore patendi præcurrit *in siti*, ut sponte sacrum hunc Sanguinem fundat: nullos hic etenim ministros video, fertam nullum, spinas nullas, nec flagella video.

Christus sanguinem sudavit, ut illius fundendi promissitudinem indicaret.

Effluit intactis non iussus ab aribus humor;

Nil opus est vestris, turba scelestis flagris.

Greg. in Ps. 5. Amorem hic solum intueor, qui ab hoc verè amoris Martyre sanguinem elicit.

Christus verè pelicanus, qui ut filios saturaret, esurit, ut poterit, sitit, ut reficiat, deficit, ut saginet; marcit, ut siccio impleat, & sanguine, hausto suis è visceribus cruore extabescit.

Optimus medicus. Solent Medici ægrotum venas frequentius aperire, perraro suas. En, en celestis, ac misericors languorum omnium nostrorum Medicus; qui de cælo venit, qui que, ut nostris omnium medeatur morbis, proprium sibi è venis omnibus sanguinem elicit. Dicitum jam fuerat: *Servo pessimo latus sanguinare.* Sed lex modò misericorditer immutata est: *Effusus*

Eccl. 42. 5.

est sanguis Medicus (sic pulchre Augustinus) factum est medicamentum phrenetici. Aug. 11. 13.

Bibimus (heu quoties!) sicut aquam in Ioan.

iniquitatem, & inde in hydropisim, paralyfim, aliisque morbos incidimus. Tu, ô cælestis Medicus, sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem misericordiâ motus, languores nostros ipse tulisti, & dolores nostros ipse portasti. In te omnem medicamentorum vim, quâ nos ægri indigebamus, ex, erctus es, atque ita cum nos humores noxios desudare deberemus, tu pro nobis sanguinem desudasti. Tu apertis undique venis cruorem tuum effluere permististi. Tu expurgantem fellis, & aceti amarissimam potionem pro nobis degustasti, ut nobis ægris medelam afferres.

Matth. 4.

Isa. 53.

Pulli ejus lambent sanguinem. Alii, volutabuntur in sanguine. O; ergo faxit, ô Alij, voluter ipse in hoc sanguine, neque ingrato dicatur mihi: Terra; ne operias sanguinem meum, nec inveniat in te locum latendi clamor meus.

Iob. 38.

Iob. 16.

At quis, rogo clamor? Planè ille. Aperi mihi, soror mea sponsa, aperi mihi, quia capus meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctuum. Et ipse, tam altè, ac peracutè toties pulsato corde, adhuc cum Petro dormiam? nec protinus surgam, ut jam meo dilecto aperiã? siãamque eum totum in suo, nec introducam illum in domum animæ, & in cubiculum cordis mei; ut illius sudores extergam, ut illius lachrymas colligam?

Cant. 5.

O quam verè: *Plorans ploravit in morte, Thren. 1. & lachryma ejus in maxillis ejus!* Et certè Verè plorans plorans ploravit; quod est, largiter, ac effusè ploravit: non enim ab oculis solum ambobus; sed ab omnibus præterea poris, atque centrom arteriarum oculis Argus, aut non fecus ac unam è sanctis illis Prophetæ animalibus oculorum plenis, lachrymas, immò sanguinem fudit: grossis siquidem sudorum guttis totus maderat, ut fatum Theodoretus. Sed heu! heu! verè in nocte: quia verè nonne illa nox ei fuit, dum è somnolentis amicis illis consolantem quæsitivum aliquem, & non invenit? Solum comites astiterunt tibi, Domine.

Thren. 1.

Exech. 1.

Theod. in Cat. Luc. 22.

Domine.

Domine Jesu, iniquitates meæ, & æque A  
tales, ac tantæ, ut vel coram ipso Ange-  
lo totus erubescens, rectè, verèque dice-  
res: Et verècundia mea contra me est.

Iniquitas nimirum domus Israel, & Iuda  
magna est nimis valde, & repleta est terra  
sanguinibus. Peccata inunda verum, & san-  
guis sanguinem tetigit. Idcirco Christi san-  
guis in terram peccatorum sanguine ma-  
dentem, quasi quoddam diluuium aper-  
tis venarum cataractis cecidit, ut eam  
expiaret. Ita Cassiodorus ad illa verba:  
Et copiosa apud eum redemptio. Pretiosus,  
ait, ille sanguis tanta fuit virtute ditissimus,  
ut velut quoddam diluuium salutare Orbem  
terrarum à suis sordibus expurgaret. Undi-  
que scilicet sudavit: nec, velut ait Ber-  
nardus, solis oculis, sed quasi membris omni-  
bus stetit, ut totum corpus eius, quod est Ec-  
clesia, totius corporis lacrymis purgaretur.

Idem alibi, & peregre: Contritum  
est cor meum in me ipso, ait Propheta. Scisso  
igitur corde interiori, scissa est & exterius pellis  
nostri Salomonis: effusus est sudor sanguineus  
super terram. Rubricata est rosa Passionis, &  
charitatis Christi rubicundi Iesu. Ecce quam  
rubicundus! Nec vacat mysterio ista lan-  
guinis Iesu generalis effusio: sudavit enim  
toto corpore sanguinem, qui nostras vene-  
nerat tollere infirmitates, ex corpore no-  
stro, & sanguine contractas, ut ad conva-  
lescentiam, & sanitatem totius corporis,  
spiritualisque Ecclesie sufficeret sudor  
sanguineus ab omni parte corporis, capi-  
tis scilicet nostri Jesu Christi effusus. Li-  
berati ergo sumus de sanguinibus.

Pulchrè Chrysostomus: Hic sanguis  
effusus uniuersum abluuit Orbem terra-  
rum, hoc lavatur anima, hoc ornatur,  
hoc incenditur. Hujus sanguinis effusio  
cælum pervium fecit. Ex Paradiso fons  
scaturit, à quo sensibiles fluvii emana-  
rent. Juxta hunc fontem non salices ste-  
riles germinant, sed arborea cælum  
ipsum attingentes, quæ fructus tempe-  
stivos solidos semper producent. Si quis  
æstuat, ad hunc fontem se conferat, &  
reerabitur.

Sed utinam, utinam (ait piè Drogo de  
Sacramentis dominicæ Passionis) gutta

fanguinis, qui de agone tuo sudat, Do-  
mine, usque ad terram decurrat, & ape-  
riat terras suam, & bibat illum, & cla-  
met ad te, & tecum ad Patrem, melius  
quàm sanguis Abel.

Erit autem sanguis vobis in signum, (sic  
dictum est olim) videbo sanguinem, &  
transibo vos, nec erit in vobis plaga disper-  
dens, quando percussero terram Ægypti. Hoc  
plauè sanguine aspersa, vel intincta ani-  
ma à plagis cælestis iræ fiet immunis. In-  
tingatur ergo, aut rubeat pestuus (eorum  
affectuum) in sanguine, quo serva i, mun-  
dari, ablui valeas.

Quid stas? (ita Anselmus ad animam)  
quid stas? acurre, & suavissimas illas gut-  
tas lambe, noli dormire cum Petro, ne  
merearis audire: Sic non potuisti una hora  
vigilare mecum?

Cæterum ô quàm vereor, ne & mihi  
illud dicatur, ac durius exprobetur:  
Multo labore sudatum est, & non exiit de eâ  
nimia rubigo ejus, neque per ignem. Nimio  
certè labore sudatum est, quia gutta non  
aquæ, sed sanguinis extiterunt. Et quid,  
inquam, gutta? Græcè, ῥεῖμα, aut  
grumi sanguinis, id est, magna, crassaque  
sanguinis gutta: & juxta Irenæum globi  
sanguinis, nec cadentis tantum, sed de-  
currentis in terram. Pluvia hujus pre-  
tiosæ guttas quis dinumeravit? O pluviam  
ergo! ô fluvium, ut aptius dicam, nunc  
versum in Sanguinem! Et non exiit ni-  
mia rubigo ejus, neque per ignem amoris  
tanti!

Heu! quis calorem unquam majorem  
vidit? quis flammam accensam magis?  
Nunquid non iste torris erutus de igne? An-  
non videtis, quam torus anhelet, quam  
torus ardeat? Ut ad charitatis ignem sa-  
lum est cor ejus (interprete Justino Mar-  
tyre) sicut cera liquecens, totusque lique-  
factus amore in venis non tenet sangui-  
nem?

Effusum est in terrâ jecur meum. Meto-  
nymia: Effusus est in terrâ sanguis meus.  
Jecur est officina sanguinis. Isidorus: Je-  
cur amoris, affectuumque receptacu-  
lum. Effusum est ergo in terrâ jecur meum,  
hoc est, præ amore largiter sanguinem  
fudi.

Psal. 43.  
Ezech. 9.  
Ose. 4.  
Sanguis Christi  
in terram  
decurrit, ut  
sanguinem sce-  
lerum nostro-  
rum dilueret.  
Psal. 129.  
Cassiod. ib.  
Christus quasi  
omnibus mem-  
bris stetit Cur?  
Bern. serm. 3.  
in ramis Pal.  
Bern. l. de Pass.  
Dom. c. 37.

Chrys. hom.  
45. in Ioan.  
Drogo de sacra-  
ment. Pass.

Gen. 4.  
Apoc. 8.  
Exod. 12.  
Psal. 67.  
Margin.  
Ans. in spec.  
Evang.

Ezech. 24.  
Iren. l. 3. c. 32.  
Ecl. 1.  
Exod. 4.

Zach. 3.  
Psal. 21.  
Iust. Martyr.  
Dial. contra  
Tryphonem.  
Thren. 2.

Isidor.

fudi. Septuaginta: *Effusa est in terrâ gloria mea. Et qualis is sanguis nisi divinus?*

O pretiosi verè prodigum Sanguinis! Olim de victimarum sanguine peccatores tantummodò aspergebantur: nunc in hoc latè effuso lavacro ablui possunt. *Lavabis me, & super nivem dealabor. Et dealbaverunt eam in sanguine agni. In animalium sanguine, penè dixerim, avarus, in suo effundendo prodigus.*

*Messui myrrham meam cum aromatibus meis. Messores ut sudant! Ut cum magno calore magna trituratura venit!*

*Magnâque cum magno venit trituratura calore.*

O divine Messor! Utin amoris meridie non passionis alicuius spicas, ut Martyres, sed totos passionum manipulos sibi metit, & propterea sudat! Alii fasciculos myrrhæ tantum sibi colligunt: Christus latos myrrhæ campos sibi metit. Metunt quidem alii in sudore vultus: at Christus in sudore, non vultus tantum, sed in sudore, eoque sanguineo totius corporis sibi metit.

*Empti siquidem estis pretio magno. Scientes, quid non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vanâ vestra conversatione paterna traditionis, sed pretioso Sanguine quasi Agni immaculati. Cum nimirum rei cuiuspiam valdè affecti, ac propensi sumus, eumque eam comparare utrunque volumus, dicere amamus: Ematur, constat, pendatque quanti vis. Vendidit mercator ille, ac libentissimè omnia, quæ habuit, & emisit eam, margaritam videlicet, quam summopere exoptaverat. En divinisissimus mercator, qui ut animas nostras sibi coemere, venarum omnium suarum crumenas aperuit, pretiosissimumque sui totius Sanguinis pretium persolvit. Sacculum pecunia secum tulit in orto, solutio nempe fecit. In die plena Luna reversurus est in Cruce, ubi summâ illâ amotis plenitudine è quinque vulneribus totum perfundens sanguinem dicit: Consummatum est. Jam completè scilicet pretium est persolutum, & dum ex latere vel demortui sanguis adhuc effluet, quasi crumena non solum aperiet, sed invertet, ut ne vel unus quidem numi gutta supersit.*

*Ematur, constat, pendatque quanti vis. Vendidit mercator ille, ac libentissimè omnia, quæ habuit, & emisit eam, margaritam videlicet, quam summopere exoptaverat.*

*En divinisissimus mercator, qui ut animas nostras sibi coemere, venarum omnium suarum crumenas aperuit, pretiosissimumque sui totius Sanguinis pretium persolvit. Sacculum pecunia secum tulit in orto, solutio nempe fecit. In die plena Luna reversurus est in Cruce, ubi summâ illâ amotis plenitudine è quinque vulneribus totum perfundens sanguinem dicit: Consummatum est. Jam completè scilicet pretium est persolutum, & dum ex latere vel demortui sanguis adhuc effluet, quasi crumena non solum aperiet, sed invertet, ut ne vel unus quidem numi gutta supersit.*

*En, en sanguis ejus strictissimè exquirerur.*

Assistat hic devota anima, (velut mererit sermone de Passione Beda) & Passionis colligat fascies, in quos, ne pereant, Passionis pretiosas guttas suscipiat, & rubicundum dilecti sui corpus fletu abluat, & gratiarum actione tergat.

Accedat, ut jam dictum est, ad hanc sanguinis asperionem melius loquentem, quam Abel. Loquitur enim modò, & clamat misericordiam, clamatura postea

justitiam, ac mugitura, si conculectur, si polluatur. Non accusat frater, inquit Ambrosius, ne videatur parricida: non accusat vox ejus, non anima ejus sed vox sanguinis accusat, quem ipse fudisti.

*Irritam quis faciens legem Moysi, sine ullâ miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculeaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est?*

Iocuetur hunc sanguinem, & elephantum more acuatur in prælium. Non acquiescat carni, & sanguini, sed usque ad sanguinem resistat.

Gutta voris antelucani in orto illam aspergat, donec fiat in Cruce pluvia grandis, eaque sanguinis diluvium perfundat.

O beatum interea hortulum hinc guttulis irrigatum! beatiorem illo voluptatis orto, qui fonte quadrifido dicitur irrigari! ad quem alludens Nazianzenus: Pluebat, inquit, regius sanguis, & de Paradiso illo cælesti cruoris flumina manabant. O pluviam verè auream, quæ inebriat terram, & germinare eam facit!

Sterilissima terra humani cordis, si rore, imò pluvia impinguata sanguinis, quæ facta est in Gethsemani, quod est valde pinguis, fructum ullum non ferat. Ingratissimum cor, si pro sanguine tam abundè profuso, lacrymam vel solam non effundit, Ingratissimum, inquam, si surgenti, æstuantique Domino non nisi oblivionis, & ingratitude succurrit glacie.

Terra sæpe venientem super se bibens imbre, & proferens spinas, ac tribulos, reproba est, & maledictio proxima.

En, en sanguis ejus strictissimè exquirerur.

O ingrata, annon Sanguis iste tam pro-

Psal. 50.  
Apo. 7.

Cant. 5.

Gen. 3.

1. Cor. 6.  
1. Pet. 1.

Matth. 13.

Christus videtur mercator.

Prov. 7.

Dom. 19.

Hebr. 12.

Ambrosius de Paradiso.

Hebr. 10.

1. Mach. 6.

Sap. 17.

Naz. or. de Christo patitur.

Hebr.

Hebr. 6.

Gen. 42.

Exod. 4.

profusus, ut in terram decurrat, mare illud est rubrum, in quo infernalis demersus est Pharaos? Tu peccatorum Aegyptios iam demersos rursus ad vitam revocabis?

Verum accedite interim huc in spiritu omnes vos, qui pietatis viscera gustastis, & qui de Domino sensitis in bonitate, atque in simplicitate cordis quaritis illum. Sic devotissime Justinianus. Accedite, inquam, & quale vobis coram positum sit compassionis incentivum, attentissime considerate. Redemptorem vestrum, Regemque caelorum orantem, patientem, agonizantem, sanguine sudantem mentis oculo contemplamini, non tamen sine profusio lacrymarum. Quomodo, oro, lacrymas continere valebitis, aspicientes piissimi Domini guttas sanguinis decurrentis in terram? Cernite diligenter Dominum Jesum, totius sanctitatis fontem, pallentem facie, genibus flexum, tremantem corpore, corde vero maerore transfixum, vultu rubricatum sudore sanguineo, & juxta Angelum eundem adhortantem. Comparimini, gemite, flete, ululate. Quanta lateat in corde tristitia, ex vultus madefactione cognoscite, quam intolerabilis futura sit passio, ex sudoris qualitate colligite. Porro si ex sola passionis consideratione illius penes defecit vita, quid in ipso Crucis aget supplicio? Si in certaminis sui initio tantum praevaler maeror: alapa, convicia, flagella, acetum, fel, arundo, sputa, clavis lancea quantum actura sint, qui potest excogitare. Plorate itaque, & mente propius accedendo, maerenti conformamini, atque juxta cordis vestri prudentiam consolatoria verba proferte: quia maximum eloquia pia, & lacrymosa compassio afflicto praestant solatium.

Expendite, dilectae animae, ex qualitate, & quantitate sudoris, maximas spongi vestri angustias, sine quibus neque sanguis sudore emitti, neque copia tanta, ut terram rigaret, defluere potuisset. Expendite, quod singulis ex artubus sanguis emanavit, ut singula Ecclesiae membra Christi mortem desseant, ut pro se quaecunque guttam aliquam sanguinis illius ad ablucenda peccata sibi colligant,

A ut dignoscant, quam liberaliter per tot fontes, quot membra habebat, Sanguinem illis suum propinet. Expendite, quod sanguis in subjectam terram proflexerit, ad noxas auferendas hominum, terrenis studiis capiuntur. Demum quod decurrerint in humum guttae, quo scilicet intelligatis, accelerandum vobis esse, si sanguinis tam pretiosi fieri velitis participes, qui non tam fluit, quam velocissime currit. Unde nisi in hac vitam scaturientem illius Sanguinem hauriatis, & recondatis, post mortem utique defluxerit, ut nihil vobis ex eo superfit.

## GLADII, ET FVSTES. PUNCTVM V.

*Turba multa cum gladiis, & fustibus, laternis, & facibus, & armis: Matth. 26.*

*Ioan. 18.*

**C**onjuratio, conjuratio. Inventa est enim conjuratio in viris Iuda Pagnin. In viro Iuda, Chaldaeus: Inventa est rebellio in viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem. Fuge, dilecte mi, & assimulare caprea, hinnuloque cervorum super montes aromatatum. Fuge, heu! fuge: quia non in regale solium, ut olim septennis Joas, sed in patibulum, sed infamem in crucem eveheris.

Athalie illa vox est, & Athalia sonat horam, vel tempus Domino, & tempus illius advenit: *Ecce haec est hora vestra, & potestas tenebrarum.*

Jam ex nunc mysticus hic caper emissus est in solitudinem, id est in sinum Patris: quia juxta Glossam, in caelum Divinitas tempore passionis abiisse dicitur, non locum mutans, sed quodammodo virtutem cohibens, ut possent impii consummare passionem. Quod enim diffugiat cubans in amoris animatum nostrorum meridie? quo diffugiat, qui nunquam fugit, nisi ubi venerunt ad eum, ut raperent, & facerent eum Regem? Quod abeat divinus Samson undique circumligatus?

Fugit Adam primus, & sese abscondit in horto: at non fugit secundus, sed obviam perrexit armatis.

*4. Reg. 11.  
Ier. 11.  
Cant. 8.*

*Hebr.  
Matth. 26.  
Lev. 16.*

*Gloss. ibid.  
Christi divinitas tempore passionis ejus velut in calum abiit.*

*Ioan. 6.  
Iudic. 16.*

*Gen. 3.*

Job. 39.  
Job. 31.

Ut equus ille generosus, de quo Job: *Exultat audacter, contemnit pavorem, nec cedit gladio.*

Greg. 22.  
Mor. 12.

Et idem supra: *Si exparvi ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me; & non magis tacui, nec egressus sum ostium. Ubi pulchre Gregorius: Ipse ad multitudinem nimiam non exparvit, qui persecutores suos cum gladiis, & fustibus venientes, unâ tantum responsione percussit dicens: Ego sum. Ipsum despectio propinquorum non terruit, qui nos ab æternis suppliciis liberans, palmas in facie æquanimiter accepit. Ipse tacuit, & ostium egressus non est, qui sub ipsâ horâ passionis, cum humanitatis infirma paveretur, Divinitatis potentiam exercere noluit. Mediatori quippe Dei, & hominum quasi egredi ostium fuisse, se cum teneretur ut homo, majestatis suæ potentiam voluisset ostendere, & per Divinitatis magnitudinem suscepta carnis infirma transire.*

Psal. 17.

Non ergo pavens egreditur ostium, nec horti hujus septa, sed fortiter expectat cum gladiis, & fustibus venientes, ut propterea dicat: *Dolores Inferni circumdederunt me, preoccupaverunt me laquei mortis; aut Chaldaicè: Cohors iniquorum circumdedit me, prævenerunt me armati armis interitus.*

Cic. in 3. Phil.

Sed, heu! heu! quid tibi, mitissime Jesu, cum gladiis, qui facis utraque unum, qui solus pax nostras? *Quid tibi eum lignis, & fustibus? Quid, inquam, hic fortè illud Romanorum fustuarium, quo latrones, proditores ætatis flore abutentes, & qui se Deo plenos insimularent, plectebantur? O quam jure ô quam merito exoptulans dixisti: Tinquam ad lætronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me; non enim aliud furaris, nisi corda: nemini unquam proditor, nec ipsi proditori: qui ætatis flore non abuteris, nisi pro ingratis mori, censeatur abusus, qui Deo plenus es, unigenitus nimirum à Patre, plenus gratia, & veritatis.*

Nec cum gladiis, & fustibus tantum, sed & cum læternis, & facibus ad quærendum justitiæ solem cæci veniunt. *O vere nocturæ, quæ palpant tenebras in meridie! Nunc nisi fallor, intelligo illud:*

**A** *Et movebo candelabrum tuum de loco suo. Cæca nimirum Jerusalem, amisâ fide, faces præfert, & lucernas, non quibus lumen veritatis videat, sed in quibus eam Dominus perscrutetur, ingrata scilicet, immemorque accepti olim per Gedeonem beneficii lagenas portat, ac lampades secum contra Dominum accendit. Candelabrum nimirum templi, ejusque lucernæ, ô Judæi, vobis jam penitus extinctæ sunt, ideòque tam malè, ac turpiter impingitis.*

Cyril. l. 11.  
in Ioan. c. 32.

**B** *Sic præclare Cyrillus: Timebant forsitan, dum faces præferabant, ne, ut in tenebris fieri solet, aut in foveas caderent, aut pedes lapidibus offenderent. Nec videbant, se in lapidè illidere, de quo à Deo Patre dicitur: *Ecce ponam in Sion lapidem offensionis, & petram scandalî. Et parvam abyssi delapsi sunt: & illius noctis tenebras depellentes, de noctis perpetuæ tenebris minimè curant. Non enim possunt, qui naturali lumini, id est, Christo infidiati sunt, nisi æternas tenebras habitare, ubi suæ impietatis amarum nimirum supplicium torquebuntur.**

Isa. 28.  
Veritè in foveam caderet, in abyssum sum delapsi.

**C** *Miseri, qui nunc tenebras diligunt: euntes in tenebras, nesciunt, ubi corruant. Sed hac est hora vestra, & potestas tenebrarum, quasi diceret (inquit in Christi persona Beda) Ided adversum me in tenebris congregamini, quia potestas vestra, quâ sic contra lucem mundi armamini, in tenebris est.*

Beda in Cat.

**D** *Cave, cave, anima, ne ad miseram hanc cæcitatem devenias, nè de hujusmodi lampadarum vitreo quodam splendore, hoc est, de quadam mortuâ, ac penè dixerim, extinctâ fide cum his tibi miserè blandiaris. Anabula, dum lucem habes, ne tenebræ te comprehendant, & ac quæras dilectum in nocte, & non invenias.*

## JUDÆ PROBITIO.

## PVNCTVM VI.

*Amice, ad quid venisti? Iuda,  
osculo Filium hominis tra-  
dis! Matth. 26.*

*Luc. 22.*

**S**ed quæ jam video furentum agmina  
Militum? Quis ille patrandi sceleris  
ductor emerit, qui quod futuri diffi-  
dat, inermis, se armat obsequia? Accedit  
ore sacro lego, Dominum osculo petit.

*Salve, mi frater! O proditorem! Sica-  
moris pignore vulnus infligis, & chari-  
tatis officio sanguinem fundis, & pacis  
instrumento mortem irrogas, servus Do-  
minum, discipulus prodis magistrum?*

*In ore suo pacem cum amico suo loquitur, &  
occultè ponit ei insidias.*

*Invaluerunt adversum te viri pacis tuae,  
qui comederunt tecum, ponent insidias subter te.*

*Ave, Rabbi. Et osculatus est eum. O si-  
gnum sacrilegum! (exclamat hic Augu-  
stinus) ô placitum fugiendum! ubi ab o-  
sculo incipitur bellum, & per pacis indi-  
cium, pacis tuæ peritur sacramentum.*

Pulchrè quidem Eusebius apud Dama-  
scenum secundo Parallelorum, Magdale-  
nam cum proditore componens: O mu-  
lieris, inquit, sapientiam! ô Discipuli in-  
scitiam! Meretrix pedes Jesu exosculata  
perditam animam recuperavit: Judas  
eundem osculatus est, de vitæ libro expun-  
ctus est, O fraudulenteum osculum, ge-  
henne cruciatum concilians!

Venenum infundis osculo (invehitur  
in Christi persona Ambr.) quo gratia cha-  
ritatis infunditur osculo, quod sacræ pacis  
insigne est: osculo, quo amicitia fida ser-  
vatur: osculo, quo fides sancta figuratur:  
Hoc ergo osculo tradis periculo, quæ pro-  
pter osculi commercium venerari deberes:  
& tradis Filium hominis, qui propter ho-  
minum salutem descendit de cælo: Filium

A hominis tradis, qui venit, ut in sanguine  
suo omnium peccata deleat: Ego oscu-  
lum non nego, ipse videris, qui violave-  
ris osculi sanctitatem.

Accedentem ad osculum sanctissimi o-  
ris tui, benignissime Jesu (sic plorat Ber-  
nardus) trucem bestiam a verlatu non es,  
sed os, in quo dolus non est, ori, quod  
abundavit malitiâ, dulciter applicuisti.  
Innocens agne Dei, quid tibi, & lupo illi?

B: En anima mea, mysticus Abel, quasi  
fraternis blanditiis circumventus in agro.

En *Abner* (lucerna patris) seorsum ab-  
ductus à *Ioab* (distillatione doloris, vel ini-  
micitæ) ut loqueretur ei in dolo, vel pacifice.

*Ave, Rabbi Græcè: Salve, gaude, Rabbi. Gen. 4.*

Sed heus tu, proditorum signifer, quam  
salutem rogas illi, cujus sanguinem fun-  
dis? Quale gaudium sit ei, qui lucem mun-  
di, & lumen cæli Ecclesiæ non videat, hoc

C est, te non amplius suum Apostolum, sed  
proditorem, quinimò omnium proditorem,  
quinimò omnium proditorum  
ducem?

Sic dux Christi, dux scilicet populorum,  
Princepsque super omnem terram (jux-  
ta Theodoretum) constitutus à Christo,  
perfidæ, nunc dux cohortis effectus? Sic  
homo unanimitatis, ad Hebraicum, unius  
mecum asimationis, & dignitatis, vel

D ordinis, ad verbum, secundum Ordinem  
meum, hoc est, qui dignitate mihi eras si-  
milis, quem habebam eodem mecum lo-  
co, & ordine, quem in ducem mei regni

elegeram! sic, inquam, homo unanimitatis  
meus, & notus meus, familiaris, amicus,  
socius, commensalis, (qui dulciter frueba-  
mur secreto, vel cui secreta mea suaviter cre-  
didi) qui simul etiam cum me jam modò

E dulcissimum illum dedisti cibum, magni-  
ficasti, seu ampliasti super me supplantationem  
Chaldæicè: *Er tu, Achitophel, He-  
braicè*, allusione ad nomen proditoris,  
ibi *Er notus meus, וְיָדַעְתִּי אֶת־יְהוֹשֻׁפָט* O  
omnium nimirum molestissimum mihi vi-  
detur (quemadmodum hunc locum ex-  
ponens ait Theodoretus) virum familia-  
rem, & concordem, & meum sodalem,  
& convictorem factum, & divinarum, &  
humanarum rerum mecum conscium,  
res inimicas, & hostiles facere,

Doli

Reg. 20.  
Ambros. in  
Luc. 22.

Ierem. 9.

Abdia 1.

Aug. ser. 121.  
in temp.

Euseb. apud Da-  
mas. Paral. 2.

Ambros. in  
Psal. 39.

Bern. ser. de  
Pass. Dom.

Gen. 4.

Epiph. lib. 2.

hæres. 38.

2. Reg. 3.

Hebr.

Græcè.

Psal. 54.

Theod. ibid.

Hebr.

Felix.

Genebr. ibid.

Margin.

Quem asima-  
bam ut me  
ipsum.

Chald.

Hebr.

Theod.

Elas.  
Homer.

Doli videlicet non sunt doli, nisi astu A colas.

Aliud animo occultat, aliud ore profert.

Ut canis rabidus latenter, & quasi caudâ adularis appropinquat, moxque dentes infigit: sic proditor iste omnium maximâ percitus rabie, sub specie amoris, & amicitie osculo virulento dentem exacuit, ac momordit.

Psal. 21.  
Tit Psal. juxta  
Hier. & Hebr.  
Chald.

Erat scilicet Christus in hortu *cervæ illa aurore*, seu *cervæ matutina*. Ut propterea doluit! *Circumdederunt me canes multi*. Chaldæus: *Circumdederunt me canes mordentes*. Et quidam Judas, ut canis venaticus, immo venatus, sub specie indicavit, ac ei primò morsum infixit.

Sed qui fieri potuit, ô homo verè venenate, ut statim divinissimâ illâ contactâ cervâ venenum non evomueris?

Bern. serm.  
de Pass.

*Amice, ad quid venisti?* *Juda, osculo Filium hominis tradis?* Sed & hoc benignitatis tuæ, Domine, fuit, inquit Bernardus, ut omnia illi exhiberes, quæ pravi cordis pertinaciam emollire possent: nam & veteris amicitie non immemor illum commouisti, dicens? *Amice, ad quid venisti?* atque horrore sceleris sui cor impii ferire voluisti, cum dixisti: *Juda osculo Filium hominis tradis?*

Et ad declarandam magis tum Christi humanitatem erga sceleratissimum proditorem, tum hujus ingratitude, ac duritiam, expendenda veniunt, osculum, quo illum Christus excepit, blanda verba, quibus illum affatus est, commiseratio, quam illi ostendit, nuncupatio nominis, & indicatio doli, quibus illum erigere curavit.

3.  
Oscula amoris  
faces.  
Gen. 2.  
Osculo Judam  
Christus excepit. Cur?  
Joan. 20.

Osculum, quo nihil vehementius ad amorem. Quot oscula figuntur, tot sunt amoris faces. Sperabat scilicet pius Dominus ita inspirare in faciem ejus spiraculum vitæ, quo jam miser effectus homo mortis, fieret, si vellet, in animam viventem, & veluti postea redivivus insufflavet in discipulos, dicens: *Accipite Spiritum Sanctum*, & modò, quantum è re sua esset, tempore an eveniret, ut & Spiritum S. illi daret, & spiritum malum ab ejus corde depelleret. Faciem illi exosculandam præbuit, non pedes, non manus, faciem, in-

quam, illam, in quam desiderant Angeli prospicere, quam & sponsa de osculari peroptabat: *Quis mihi det te fratrem meum, jugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deosculer te, & jam me nemo despiciat?* Hanc Judas proditoriè oscularus est, hanc illi Christus amicè, & dulciter exosculandam præbuit, & pro osculo ficto verum illi osculum donavit, nec tamen infelix destitit inspirare in faciè vite spiraculum mortis.

B Blanda verba. Hu manifestum siquidem tanto hosti loquutus est: *Amice, ad quid venisti?* *Amice, alter ego, amico, non serve, sed amico. Cum his, qui oderunt pacem, eram dedit.*

*amicus. Quid, quæso, blandius, quid suavius amici nomine, sine quo pater, mater, uxor, filii, affines quid nisi vana nomina? Amice, ironicè, aut per antiphrasim diceret Druthmarus, sed verè, ac seriò, quantum ad se, inquit D. Thomas, ut indicaret, nondum reprobatum esse, si cum facti pœniteret: se saltem ad exemplum, amicum inimico & misereri, & ignoscere paratum ostendit. Amicum vocat in spem veniæ, ac si dicat: Si te, ô Juda, facti pœniteat, veniamque speras, ignosco tibi, amicus es, tæque amicum appello. Sic Eutym.*

*Amice, ad quid venisti?* Paulò ante discesserat Judas è cæteris Apostolis, atque à suavissimo illo Jesu Christi colloquio. Nò autè moris erat semper osculari in omni congressu eos, quibuscum familiariter ageretur, sed vel novo adventu ex viâ, vel post longiorem absentiam, vel in magno aliquo, & subito negotio. Nunc se præbet Judas velut qui alius jam esset, aliudque ageret quàm hæcenus egerat: hæcenus enim Apostolum cum cæteris agebat: nunc jam separatus aliis ipse dux est satellitum, ministerque inimicorum Christi, ideoque & à Christo eâ dicendi formâ exceptus, quâ facile posset suū statum agnoscere, si vellet, tanquam scilicet alienus est habitus, ac velut unus è numero aliorum, qui Apostoli non essent, novique negotii, & ab Apostolatu alieni redargutus: *Ad quid venisti?* hoc est: *Quid quæso, negotii tibi est hac horâ, istâ salutatione, cum isto comitatu?* Et nihilominus etiam à clementissimo Magistro blandè, humane, amanter simul exceptus est illà voce: *Amice, ad quid venisti?*

Commis-

Christus miseratus Iudam fuit. Gen. 3.

Cur suo nomine appellavit.

Gen. 37.

1. Matth. 4.

Cyr. Hieron. cub. 2. Ad confessionem adhortatus fuit.

Psal. 137.

Campan. Iudas pro singulari benevolentia ad osculum admittit. Et amicus vocatus.

Commiseratio est in his verbis: Ad quid A venisti hoc est, heu miser, ad quem rerum redactus statum? Ex apostolatu ad militiam? Ex militia Christi ad mundi militiam! Adam, ubi es? ubi eras? ubi es?

Nuncupatio nominis, Iuda. Nomen eius proprium commemorat, ut nomine magno eum revoceat à turpibus: Iuda, inquit, osculo Filium hominis tradis? quasi dicat: Iudas vocaris? Iudam præsta. Iudas olim fratri Josepho æquior, tu verum Josephum morti objicis? Iudas vocaris? Certè strenui illius Judæ Machabæi oblitus es, qui Dei templum, suosque defendit. Iudas diceris? Tribus Juda Israelitarum olim nobilissima, tu illam noli scele-ribus obscurare, noli ei tenebras offende- re, noli tam fœdam maculam in eius glo-riam dare. Iudas vocaris? Iudas, id est, lau- datio. Noli ergo illaudatâ prodicione vile- scere. Fermè adhuc ipsum dicit, inquit Cyril- lus, admonens eum per nominis appellationem (Iudas enim vocatur confessio, quasi dicat: Intelligi, accepisti argentum? confitere eisd. Iu- das tandem si diceris, aut Iudam præsta, aut tam gloriosum nomen commuta.

Indicatio doli. Osculo Filium hominis tradis? Quot verba, tot radij, quasi dice- ret: Osculo tam fraudulento? Filium homi- nis? filium Virgunculæ, sacratissimæ, quo me nomine compellasse tam sæpè audisti! Tradis? Non indicas, ut Messiam me agno- scant, ut indicarent Ioannes, & Andreas, sed tradis, ut cruci affigant!

Quid (rursus hoc totum expendo) non egit Christus, ut eum ad mentem revoca- ret? Primum sibi dare osculum permittit: permittit, inquam, ut ad se propius accede- ret, & oscularetur. Rem tantam permittit Iudæ!

Propheta regius: Adorabimus, inquit, in loco (& gratia insignis erit) ubi steterunt pedes eius. Adorabimus scabellum pedum eius. Legit Campanensis: Coronam deponam, cur- vabo genua, supplicexque, & humilis ado- rabo scabellum, & favorem æstimabo. Et Iudas non ad scabelli, sed ad divinißimi oris osculum admittit!

Deinde cum vocat amicum: Amice! Quem mille titulis proditorem vocaret, amicum vocat. Qui sur erat, & oculos ha-  
Speranza Scriptura selecta.

bens, ea, qua mitabantur, portabat ministe- rium. sed exportabat furto, amicus! Quem David antonomasticè, ut notat Hierony- mus, peccatorem nominat: Os peccatoris, Hieron. in Psal. 108. Et os dolosi super me apertum est: amicum vo- cat! Ipsum Iobum aded abunde sanctum, Iob. 1. servum vocat: Nunquid considerasti servum meum Iob. Iudam dicit amicum! Aposto- los quidem vocat amicos, sed si ea fece- rint, quæ præceperit eis: Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis. Iudam in ipso flagranti scelere amicum appellat: Amice, amice, ad quid venisti?

Demum quid ultra clementiæ, quid benignitatis expectas: Velles adhuc Chri- stum ad ipsos proditoris pedes? En, en, ad Iudæ pedes quasi supplicex, ut sibi reconcilia- retur in gratiam. O benignissimam huma- nitatem.

Pulcherrimè D. Thomas de divina hu- militate sic fatus: Deus omnipotens singulis Angelis, sanctisque animabus in tantum se subiecit, quasi sit servus empirius singulorum, quilibet verò ipsorum sit Deus suus. Subdit- que: Et ad hoc inveniendum, transiens ministra- bat illis, dicens in Psalmo: Ego dixi, Dij estis.

O verè excessum diviniæ humilitatis, sed tamen Angelis, sanctisque animabus exhibitæ! En Christus ad pedes, non An- geli, sed penè Satanæ: Unus ex vobis Diabo- lus est; non animæ sanctitate præditæ, sed pervertæ, sed obfirmatæ.

Signum magnum (miratur Ioannes) ap- paruit in celo: Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius. En, en, ô Apostole, quod mire- re magis? Sol amictus linteo, & ipse sub pedibus Iudæ.

O, ô homo, jam tibi parce, (sic attonitus monet Chrysológus) quia ut tibi parcas, tuos Deus lavit, tuos tenuit, tuos amplexatus est pedes.

Nec his omnibus miser ad se rediit, nec his omnibus cor illud durum, ac ad aman- tinum contritum est, nec his omnibus ad Dei clementiam confugit, sed præceps potius, omni abjectâ spe ad laqueum con- volavit: gustur enim illud profanum, velut ait Chrysol. quod Christo extendit ad osculum, mox infelicè extendit ad laqueum.

Sed jam iterum hæc eadem omnia ele- ganter simul, ac piè expendat Iustinianus: D. Lan. Iust.

AAAA Quena-

de triumpho  
Christi agone,  
67.

Quomocunque oscularus fuero, ipse est, tenete  
eum, & ducite eum. Quid, inquit, scelestus,  
quid perversus agi potuit, quam  
authorem pacis sub pacis osculo venun-  
dare? Inimicus pacem simulando trade-  
bat. Accessit utique ad Jesum, & salu-  
tatione dolosa inquit: Ave Rabbi. Ad  
quem conversus Dominus ait: Amice, ad  
quid venisti? O magistri miranda humilitas!  
discipulo inaudita crudelitas! Non  
enim reatus discipuli latebat magistrum,  
& tamen illum se ignorare ostendebat,  
dicens: Ad quid venisti? Proditoris faci-  
nus blandâ allocutione tegebat, nolens  
illius mortem, sed ut magis converteretur  
ad vitam.

De salute verò propriâ ille desperans,  
proprius accedendo, vitæ authorem ad  
mortem oscularus est. Cujus non hor-  
rescunt nunc viscera in tam obduratâ  
mente Discipuli? Dic, ô universis crudi-  
lior, quid injuriæ, quid damni, quæ ve in-  
imicitiarum præcesserit causa, ut tantum  
facinus perpetrare? Magistri umæ tuum  
in scelere aliquo deprehendisti? an fortè  
tibi quicquam defuit, ut egestate com-  
pulsus majestatis Dominum pretio ve-  
nundares? Dic, oro, dic, quæ tanti causa  
delicti? cur taces? Quare conceidit vultus  
tuus? Quare vel post perpetratam cul-  
pam reatum non confiteris tuum? Cur  
præfente adhuc Domino non flagitas  
veniam, qui pro peccatoribus redimen-  
dis factus est homo? Ad indulgentiam  
suscipere, si tamen humili confessione  
fatearis delictum. Ut autem video, ni-  
mio suffusus rubore, oihil loqueris: cupi-  
ditatis laqueo jam necatus in barathrum  
desperationis immergeris.

Verum quantis gratiæ modis, quan-  
tisque suis divinis artibus ex hoc perdi-  
tionis profundo cum Christus eripere  
curavit, ex eodem devotissimo Beati  
Laurentii ore sic s. cap. de triumphali  
Christi agone, disserente, audiamus.  
Quamobrem, inquit, tam verus Pastor  
ovem perditam recuperare satagens, ta-  
cité illam admonere curavit, si quo mo-  
do rediret ad se, reatum suum agnosce-  
ret, agnoscendo fletet, flendôque veniam  
salubriter impetraret. Propterea quod

A conceperat proditor, quod maligno cor-  
de gestabat, sibi tantum significavit, nul-  
lum specialiter nominando: idè post-  
quam turbatus est, ut ex quâ causâ tur-  
baretur, innotesceret, delinquenti ait:  
Amen dico vobis, quia unus ex vobis, qui  
manducat mecum, tradet me. Poterat hoc  
Judæ ad emendationem sufficere, pote-  
rat Verbi præsentiam à Christo intellige-  
re, dū cordis sui consilia deprehensa aspi-  
ceret, poterat bonitatis illius compungi  
dulcedine, cum se coram discipulis agno-  
sceret occultari: insigne namque præci-  
pue bonitatis argumentum est, insidias  
pati, & silentio tegere persequentem, ca-  
lumniatoremque amando corrigere.

Talem utique se nequissimus proditor  
esse ex verbis innotuit: iam conceperat  
dolum, & pepererat iniquitatem: iam pec-  
unia corruptus Universitatis Dominum  
in manus sponderat tradere peccato-  
rū; & tamen ne agnosceretur, ne suo ad-  
versus se videretur testificari silentio, tem-  
erario ausu interrogavit & ipse magi-  
strum, & ait: Numquid ego sum, Rabbi? In-  
terrogatio hæc hypocriti plena est, & mal-  
lignitate, non ut ex ore veritatis veritate  
audiret, sciscitatus est proditor homici-  
da, lacer fraudulenter, & cupidus, sed ne  
cæteris interrogantibus, si taceret, ipse  
crederetur reus. Repercussus tamen est à  
lumine veritatis, & à verbo sapientiæ,  
foris nemine intelligente, ipse in corde,  
atque in conscientiæ penetralibus audi-  
vit: Tu dicis. Hoc solus Iudas audiendo  
cognovit, nec tamen compunctus est.  
Cæteri, qui adstant, verborum sonum  
audire, sensum autem minimè: ipse ta-  
men, pro quo dicebantur, conscientia ad-  
versum se testimoniū prohibente, intel-  
lexit, & in malo proposito perduravit.

E Addidit verò Dominus aliquid aper-  
tius, unde scelestus converteretur! Ait  
namque: Et quidem Filius hominis vadit, sic-  
ut scriptum est de illo, vā autem homini illi, per  
quem tradetur, bonum erat ei, si natus nō suis-  
set homo ille. Osazeum Judæ cor: d proditoris  
mens adamante, siliæ, & ferro im-  
penetrabilior, quam emollire nequiver-  
unt sermones sapientiæ, æternum væ,  
& maledictionis irrevocabilis sententia.  
Proinde

Gen. 17.

Beati Laur.  
ibidem, c. 5.  
Christus lu-  
dam tacite  
advocavit, ut  
rediret.

Iudas hypo-  
crita.

Proinde bonum erat, (uri Verbi restantur eloquia) si natus non fuisset. Minori prorsus, immò nulli culpæ teneretur obnoxius, si non fuisset natus. Porerat planè, si mentis suæ existeret compos, quod scriptum est, voce flebili dicere: *Quare non in vulvâ mortuus sum? egressus ex utero, non statim perii? cur exceptus gemitibus? cur lactatus uberibus, ne tale facinus perpetrarem? Sed avertit homicida hic, & omnium sceleratior faciem suam, ne cælum, cælorumq; videret Dominum, tremendâ quoque noluit divinæ justitiæ prospicere animadversione: vocationis suæ, quâ in duodenario discipulorum numero accepit sortem, recordari non est, non gratiæ curationis, non prædicationis officij, non dignitatis Apostolatus, per quam, iudicarij honore culminis, si in eâ, quam inchoaverat, purè, simpliciter, & absque terrenæ cupiditatis maculâ perseverasset, electionis gratiâ erat adepturus. Omnia simul amisit, cum cæcatus cupiditate Dominum tradidit.*

Stare utique diu non valuit, quoniam recto corde Dominum Jesum secutus non est. Nam de illo sic legitur: *Fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, porrabat.* Nequaquam tam facile corruisset, si aliquando supra petram Christum interioris domus fundamenta jecisset: quod dum non fecit, posuit in lubrico pedem; & non habens, cui inniteretur, à veritatis tramite, & à viâ vitæ se flexit anime gressus. Hinc est, quòd sapientiam Dei invisibili, & intelligibili verbo monentem intus forisq; per assumptum hominem clamantem, detegentem, corripientem, comminantem ad emendationem percipere recusavit. Gratiâ quippe ipsius præventus multipliciter, quoniam obaudire neglexit, meritò derelictus est, suæque amisit gloriæ principarum. Proinde bonum illi erat, si natus non fuisset: si enim non esset, contra proprium, & universorum Dominum nequaquam calcaneum levasset, neque gehennæ filius fieret. Non autem bono Conditori, sed desertori boni ruina talis ascribenda est: Bene etenim à summo bono conditus, misericorditerque præventus specialiter in Discipulorum ipsius collegio assumptus est; verum ille donorum omnium, quæ gra-

tis acceperat, ingratus existens, suave latigoris sui jugum, quod ferre debuerat, damnabili contradictione rejecit, atque ut peccans supra modum peccator fieret, antiqui hostis se tyrannidi subjugavit, factus est duplicis reus criminis, dum Dominum legitimè deseruit, & adversarij illius sponte turpi se obsequio mancipavit.

Acceperat nefandissimus hic obsequium à Domino in pedum ablutione: acceperat de ipsius manibus Corporis, & Sanguinis sacrosancta mysteria: ab eodem etiâ monita perciperat saluberrima, in quibus illius lapidea mens malitiæ obiectâ rubigine, quæ compunctione emolliiri debuerat, vel ad momentum per mora non est. Quamobrè æquissimo sapientiæ Dei iudicio hic debuit intinctam panis buccellam, suam cauterizatam præfigurantem conscientiam, comedere solus, qui ahorū minimè contentus consortio in Salvatoris necem pertinaciter vigilavit. Proinde igitur de eodem ore prophetico dicitur:

*Dilexit maledictionem, & venit ei, noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Meritoque illi accidit, quod à memorato Propheta scribitur: *Lacum aperuit, & effudit eum; & incidit in foveam, quam fecit.* Quam enim Domino suo paravit necis foveam, in eadem deterius ipse corruit miserabiliter. Nam mors Domini temporalis, & in carne fuit

illius autè in animâ, ac æternaliter: propter quod ejus se vendicavit dominio, cujus delinquendo sati fecit imperio; & quoniam spiritualiter in Sacramento neglexit suscipere Dominum, Satan in suæ mentis admisit domicilio, unde scriptum est: *Et post buccellam tunc introivit in illum Satan;* non ut in hospitio servus, sed ut fieret in perpetuum dominus. Hucusque manu Domini, ne præceps rueret, sustentatus est Judas: hucusque monitus est, ac periret: non enim latatur Dominus in perditione vivorum, nec vult peccatoris mortem, sed ut magis convertatur, & vivat.

Sed quò adhuc rem hanc totam altius repetamus, scelusque discipuli, & magistri clementiam, & bonitatem melius expendamus, excurret in hunc locum aureum illud eloquentiæ Chrysostomi flumen præclarâ illâ homiliâ de prodicione

*Chrys. hom. de prod. Judæ, tom. 3.*

Aaaa 2 Judæ.

Judæ. *Tunc abiit unus de duodecim, Iudas Iscariotes, ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Hæc verba, inquit, percepta simpliciter, aperta monstrantur, & auribus curiosis ingesta, plena putantur: sed si quis ea diligenti sollicitudine scrutari tentaverit, in singulis multam reperiet quaestionem. Et primum tempus inspiciendum est, nec enim illud inaniter Evangelista monstravit, non enim simpliciter dixit,

*Matth. 26. Iudas abiit ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Hæc verba, inquit, percepta simpliciter, aperta monstrantur, & auribus curiosis ingesta, plena putantur: sed si quis ea diligenti sollicitudine scrutari tentaverit, in singulis multam reperiet quaestionem. Et primum tempus inspiciendum est, nec enim illud inaniter Evangelista monstravit, non enim simpliciter dixit,

*Matth. 26. Iudas abiit ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Hæc verba, inquit, percepta simpliciter, aperta monstrantur, & auribus curiosis ingesta, plena putantur: sed si quis ea diligenti sollicitudine scrutari tentaverit, in singulis multam reperiet quaestionem. Et primum tempus inspiciendum est, nec enim illud inaniter Evangelista monstravit, non enim simpliciter dixit, sed addidit: *Et tunc.* Tunc, inquit, abiit. Quid igitur tunc est? Ante proditionis tempus, ante traditionis horam accessit meretrix, vas alabastrum manibus portans, & unguentum Domini super caput effudit. Multam reverentiam, mirandam correptionem ostendit. Paulò autè meretrix, subitò pudica processit, & profundis obruta peccatis, portum serenitatis agnovit, & quando prostituta lupanar exivit, tunc discipulus gehennam intravit, quando illa mercedem sui corporis abdicabat, tunc iste pretium Magistri Sanguinis postulabat: quando illa osculabatur pedes, ut susciperetur; tunc iste Domini labia osculabatur, ut proderet; ideò dixit, tunc, ut nò Magistrum infirmitate accules, quando Discipulum reperis proditorem: magis etenim virtutem Doctoris ostendit, qui & meretricem ad obediendum suo magisterio convolare perfecit. Quid igitur? Qui meretricem mores valuit commutare, discipulum non potuit retinere: Valde, inquam, & incunctanter valuit retinere, sed necessitate nolebat bonum efficere, nec vi trahere ad se curabat.

*Et spontè, atque à nemine invitatus abiit.*

*Tunc abiit.* Et hoc dat nimiam difficultatis quaestionem: *Abiit,* inquit, non invitatus à Principibus Sacerdotum, nullà necessitate constrictus, sponte processit, & proprià malignitate consilium genuit sceleratæ mentis, nullo particeps convocato.

*Tunc abiit unus de duodecim.* Et hoc auger delictum detestabile proditoris. Nam & alij Discipuli erant, qui fuerunt numero septuaginta, sed illi non tam manifestè, nec tantà confidentiâ sociati, nec illis interiora decreta commissâ sunt. Isti autem duodecim fuerunt probati, hæc erat tertia regalis, de hoc choro Iudas egressus

*Et è regali apostolorum choro abiit.*

A est, de hac conversatione proditor malignus exivit: & ideò ne quemlibet Discipulum arbitreris, dicto numero gradum discipulatus ostendit.

*Tunc ergo abiit unus de duodecim ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* O puniendæ vocis temeritas! ô supplicium voluntatis! Proditionis verba funduntur, de quaestupacta tractantur: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Dic, Iuda omnium sceleratissime, hæc te Magister edocuit? Hæc tibi tantus Doctor ostendit? Ideò divitias debere te contemnere prædicabat? Ideò admonerat, dicens: *Ne possideatis aurum, aut argentum, aut es in zonis vestris.*

*Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* O dementia, immò cupiditas proditoris! Cuncta enim mala cupiditas procreavit: hac affectatus Magistrum tradidit Iudas. Nam cupiditas hujusmodi sortita est naturam, captivas animas retinet, & omnibus nodis alligatas adstringit, & rerum oblivionem imponit, & alienationem mentis ostendit. Et avida Iudas captus cupiditatis insaniam, quanta beneficia respuit, conversationis, mensæ, discipulatus, admonitionis, suasionis oblitus est frænis cupiditatis impeditus, & ideò Paulus radicem omnium malorum cupiditatem nominat.

*Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* O verbum torius superbia, quod non hæsit in faucibus! Tradis eum, qui cuncta conservat, qui Dæmonibus imperat, cui obtemperant maria, cui omnes subjacens potestates? Hucusque Chryso-stomus de facinore, ac scelere Iudæ: nunc de Domini elementia, & bonitate.

Ut igitur ultrò se traditum fuisse demonstraret, audi, quid fecerit eodem tempore, cum ad investigandum eum venerant eum faculis, & lampadibus. Ab ipso interrogantur, ut quem quaerent, demonstraretur, & eum scire non poterant, & Iudas, qui ad demonstrandum venerat, etiam tantâ flammâ lucente, prodendum videre non valuit, & ideò Evangelista ait: *Lampades, & lumen habuerunt, & non viderunt eum.* (sic Chrysoft. legit) Et Christus eis diebus singulis prædicabat, quod eum latere

Christus non  
prodidit pro-  
ditorem, ne  
impudentio-  
rem faceret.  
Joan. 13.

latere non poterat proditorum, sed nec aperte eum omnibus publicabat, ne impudentiorem faceret, nec penitus silentio præteribat, ne celari arbitratus, audacter ad prodicionem properaret, & idem frequenti admonitione clamabat: *Vnus ex vobis tradet me.* Nec tamen Magister piissimus publicabat, & de gehennâ fuit sepius locutus, & de cælorum regno tractavit assidue, utriusque meritum frequenter edocuit, & quod peccatoribus constitutum est, & quod non peccantibus præparatum ostendit. Sed hæc omnia crudelis ille contempsit, & Deus illum non traxit invitum: & quoniam bona, atque mala in nostrâ Deus posuit potestate, electionis donavit arbitrium, & nos invitos non retinet, sed volentes amplectitur; nam non sponte bonus, malicia non amittit, & idem Iudas nimia cupiditatis præcipitatus ardore, cæcâ quadam improvisione deceptus suam vendidit animam, & suæ salutis mercator extitit, & ait: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam!*

Et ut virtutem Christi etiam in hac parte cognoscas, cum ad capiendum eum advenissent, vocem ejus minimè tolerare potuerant, sed omnes terribi ceciderunt. Et quoniam nihilominus in suâ impudentiâ perdurabant, ipse se ulterò commisit, ipse se tradidit. Et hæc dicimus, ut Christum nullus accuset, cur Iudas cognitionem (fortè, cogitationem) non mutavit adversam, sed si quis hoc dixerit, audiet: Iudas quemadmodum corrigi potuit? Sponte, an invitus? Si invitus, nulla correctio est, nam mentis malitia necessitate non tollitur: si sponte, omnia, quæ meliorare animum poterant, audisse cognoscitur, & si remedium respicit, non Medicum vitium est, sed languentis. Et ut scias ejus crimen esse, quod prodidit, non magistri, sapius Deus de prodicione prædixit, & totius eum Philosophiæ præcepto, & sermone docuit, & rebus ostendit. Dederat et Dæmonum potestatem, gehennæ tormenta monstravit, cælorum regna promissit, secreta mentis ejus & prædicabat, & non publicabat, pedes ejus cum aliis lavit, mensa fecit participem, nihil penitus prætermisit: sed ille in malitiâ sponte

A duravit, & omnibus admonitionibus speris, proditor malignus emerfit. Et ut eum posse mutari, sed corrigi noluisse cognoscas, postquam eum tradidit, jactavit triginta denarios, & ait: *Peccavi tradens sanguinem innocentis, &c.* *Matth. 27.*

Quid igitur, Fratres, (liceat hoc dicere,) potuit ultra facere Christus, & non fecit? Quantis eum divinæ sufficientis gratiæ donis adjuvit? Quot retinaculis viam præclusit, ne ad laqueum infelix properaret? Heu! heu! siste, miser, quò præceps ruis? quò tam concito gradu recedens abis? Creaturas fortè omnes ultrices perhorrescis? En in te signum Cain instauratum, ubi Christus Dominus tibi osculum pacis exhibuit, ne ullæ in te audeant, quamvis ipsius Creatoris proditorem, inferre manus.

O, ô divinam, ô infinitam Christi pietatem, ac benignitatem! vel proditorem suum expectat ad veniam! vel ejusdem proditoris mortem, & finalem adhuc impoenitentiam prodigiis deterret! Arbor ipsa ad suspendium electa, sese, ut ferunt, ad solum inclinavit, quò miser suis consistens pedibus, è collo laqueum, si vellet, exolveret. Sic Theophylactus. Fumis ipse, quò collum innexuit, ruptus, diffraçtusque est. Sic Oecumenius. Nec his Dei clementiam agnovit, non beneficiis devictus, non prodigiis admonitus!

Unde sceleratior omnibus, Iuda, & infelicior exticisti (D Leonis ad eundem apostrophe) quem non pœnitentia (non ulla spes veniæ) revocavit ad Dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. Expectasses consummationem criminis tui, & donec Sanguis Christi pro omnibus funderetur, peccatoribus informis lethi suspendium distulisses: cumque conscientiam tuam tot Domini miracula, tot dona torquerent, illa saltem te à præcipitio tuo Sacramenta revocassent, quæ in paschali cœnâ jam de perfidiâ tuâ signo divinæ scientiæ detectus acceperas. Cur de ejus bonitate diffidis, qui te à Corporis, & Sanguinis sui communionem non repulit? qui tibi ad comprehendendum se cum turbis, & armatorum cohorte venienti, pacis osculum non negavit? Sed homo incon-

Aaaa 3 verti-

Matth. 27.

Gen. 4.  
D. Hier.

Arbor, quam  
suspendio cle-  
git Iudas, ad  
terram se sub-  
misti. & fumis  
ruptus est.  
Theophyl.  
Oecum.  
A. 1.

D. Leo serm. 3.  
ad Pass.

Beneficia  
Christi in In-  
dam varia.

*Psal. 77.*  
*Psal. 108.*  
*Judas sibi ipsi*  
*judex, &*  
*carnifex.*

*Cyr. lib. 11.*  
*Ioan. c. 32.*

*Ioan. 13.*

*D. Leo. ser. 9.*  
*de Pass.*

*Beza.*  
*Act. 1.*  
*Cur pendulus*  
*perit.*

*Bernard.*  
*Cur in aere*  
*crepuit me-*  
*dus.*

*Sedul.*

*Psal. 54.*

vertibilis, spiritus vadens, & non rediens, cordis tui lecutus es rabiem, & stante Diabolo à dextris tuis, iniquitatem, quam in Sanctorum omnium armaveras caput, in tuum verticem retorquisti, ut quia facinus tuum omnem mensuram ultionis excefferat, te haberet impietas tua Iudicem, te pateretur tua pœna carnificem.

Casum hunc rectè quispiam mirabitur (fatur tremens Cyrillus) & perpetuo lacrymarum fonte dignum putabit. Nam qui modò in eadem mensà cum Christo cœnabar, qui sanctum ejus panem cum aliis comedebat, qui ad pietatem exhortantem Christum audiebat, qui denique illud petcepit: *Vnus vestram me tradet*; ab ipsà mensà exiliens, cursu ad mercedem abiit Iudæorum, non pietatis verborum recordatus, totius spei futuræ oblitus, nullam datæ Apostolis à Christo dignitatis curam gerens, & (ut uno verbo dicam) omnibus bonis tam parvum, ac vile præponens argentum, rete, ac laqueus diabolicus Christo, & Iudæorum impietatis eximius Princeps factus est: ac ipse tandem dum sitit lucrum, pervenit ad laqueum.

Dignam planè, ait Venerabilis, sibi pœnam invenit, ut nimirum guttur, per quod vox prodicionis exiverat, laquei nodus necaret, & qui hominum, Angelorumque Dominum morti tradiderat, cælo, terræque perosus, aëris in medio periret.

Sic & Bernardus: Iudas in aere crepuit medius, aërearum collega potestatum, utpote quem veri Dei, & hominis, qui de cælo venisset operaturus salutem in medio terræ, hujus, inquam, proditorem, nec calum reciperet, nec terra sustineret.

Conceptum uterque forsitan mutatus est à sedulio, qui casum eundem non tam cecinit, quam deflevit:

*Judicio tali permiste membra favori*  
*Aëris in medio, communi ut poneret hosti*  
*Debita pœna locū, calum, terramq; perosus,*  
*Inter utrumque perit.*

Et Plaltes regius, ubi prodicionem vaticinatus est, mortem, simulque infelix mortis genus prædicit: *Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavi-*

*mus cum consensu*; statimque addit: *Veniat mors super illos, & descendant in Infernum viventes.* Talem nimirum vitæ finem suscepit, inquit Theodoretus: cum enim jugulum laqueo ligasset, brevem sustinuit mortem. Nec certè ab simile prodicionis facinus exigebat: Unde Pagninus vertit: *Exiget debitum mors ab eis*; aut juxta alios: *Sit mors super eos* (quod & idem alias vaticinatus est: *Constitu super eum peccatorem.* &

*Diabolus stet à dextris ejus*, ut etiam de similibus Iob: *Et calcet super eum interitus*) vel, ut ad prædicta verba habet Chaldaeus: *Condemnabit eos judicium mortis, & sententiam dabit super eos malum Doëg.*

Saül juxta eundem Theodoretum, vexatus à Dæmone, & juxta Rabanum motus interpretatus, post prodicionem percusso Achimelech Sacerdote magno, quod est Hebraicè, *frater meus Rex*, & nomine, & actu Iudam significat, per quem contra Regem verum Diabolus operatus est fraudem, sed finem attendite. In finem, inquam, intellectus David, cum venit Doëg Idumæus, & annuntiavit Saùli, & dixit: *Venit David in domum Achimelech. Quid gloriaris in malitiâ, qui potens es in iniquitate?* Chaldaeus: *Qui potens es, ut damnes sanguinem justum? Propterea, vel etiam Deus destruet te in finem, evellat te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terrâ viventium. Videbunt justi, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prævaluit in vanitate suâ. Vel Chaldaicè ad rem magis: Videbunt justi punitionem tuam, & timebunt ab aspectu Dei, & super eum ridebunt, & dicent: Hic est homo, qui non posuit verbum Dei fortitudinem suam: speravit verò in divitiis suis, fortis factus est in pecuniâ suâ.*

*Chald.*

*Psal. 51. tu.*

*1. Reg. 21.*  
*Raban. in.*  
*Gloss.*

*Chald.*

*Act. 8.*

*Sedul. lib. 5.*  
*Pasc. oper.*  
*cap. 3.*

Et pecuniâ tua ergo tecum sit in prodicionem, quoniam donum Dei Patris existimasti pecuniâ possideri.

Punctum tandem faciat puncto Sedulius sic elegantissimè fatuus: Atque utinam matris aridâ sterilitate damnatus, diem natalium non vidisset, nec æthereæ lucis jucunda conspiceret, æterno torpore latens, miseròque foret illa fors melior, vitam pœnitæ traditam, quam sentire sub-

*eractate*

tractam, aut confestim ut meruit pro-  
creari, meruisset & mori, fieretq; Psal-  
mi principalis exemplum, quatenus ita  
prorsus rotus deperiret à sæculo, tan-  
quam pulvis, quem projicit ventus à facie  
terre, nullamque memoriam sui nominis  
reliquisset infelix. Et in eundem inve-  
hens subdit: Tunc igitur audax, cruento,  
ferox, rebellis, tunc fallax, crudelis, ini-  
que, venalis, & perfide, prævius ductor,  
ac signifer, hostis comitatus horribilis  
aciem, quam sacrilegam, gladiis, & fusti-  
bus violenter armatam, cum minaciter  
moveas, mendacibus osculis fœdus in-  
commodas, mellæque venenis adjungis,  
& sævâ Domino prodicione blandiris?  
Nunquam, nunquam noxios aut pax  
conjurat in gladios, aut lupus oscula por-  
tigit agno truculenta.

Sed non nisi osculo tradi poterat, qui  
labii tantum à populo diligebatur. Sic  
Tertullianus, & Clemens Alexandrinus:  
Cave, ne de te etiam dicatur illud: *Hic la-  
biis me honorat, cor autem ejus longè est à me.*

MANUUM INJECTIO,  
funes, & vincula.

PUNCTUM VII.

Tunc accesserunt, & manus inje-  
cerunt in Iesum, & tenuerunt  
eum, Cohors ergo, & Tribu-  
nus, & ministri Iudeorum  
comprehenderunt Iesum, & li-  
gaverunt eum. Matth. 26.  
Ioan. 18.

ET ecce Philisthim super te Samson. Ve-  
rè, verè Philisthim, qui ceciderunt,  
vel cadentes interpretantur: Ut enim dixit  
eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & cecide-  
runt in terram.

Atquis audiat sine gemitu, (quemad-

A modum lacrymans ait Bernardus) qua-  
liter homicidas manus in illâ horâ in te  
injecerunt, & innocentes manus tuas  
Iesu bone, vinculis astringentes, te agnū  
mansuetissimum, nihil loquentem, ad  
instar latronis contumeliosè traxerunt  
ad victimam? Et neque tunc misericor-  
diam effundere super inimicos tuos, &  
distillare favum dulcedinis tuæ, Christe,  
cessasti, ac defensoris tui zelum à læsione  
trahentium te compescuisti: *Maledictus  
furore eorum, quia pertinax; quem nec ma-  
jestas miraculi, nec pietas beneficij po-  
tuit confringere: Cohors ergo, & Tribunus,  
& ministri Iudeorum comprehenderunt Ie-  
sum, & ligaverunt eum.*

Eja igitur, ô mi fortissime Samson, dic  
mibi, obsecro, in quo sit tua maxima fortitu-  
de, & quid sit, quo ligatus erumpere nequeas,  
vel quo ligatus possis affigi. *Coma capitis  
tui, Rex ligatus criminibus, vel Rex ligatus in  
eis. Amor scilicet me arctius illigavit,  
ne me exolverem: soporavi propterea  
Divinitatis virtutem, alioqui mille vin-  
cula, mille ligamina dirupissem, quomodo  
sirumpat quis filum de stuppâ tortum sputa-  
mine. Sic Origenes: Volens tradidit se  
ad vincula, soporans in se Divinitatis  
virtutem, & acquiescens, ut alliga-  
retur.*

D Nunquid non potuit solvere se ipsum,  
inquit Cyrillus, qui solvit quatruiduanum  
à vinculis mortis Lazarum, & Petrum à  
ferreis carceris ergastulis? Parati adsta-  
bant Angeli dicentes: *Dirumpamus vincu-  
la eorum, sed sustinebant, quia perferre, ac  
pati hæc voluit Dominus.*

Gregorius ad illa verba: *Cum vix par-  
vam stillam sermonum ejus audierimus, quis  
poterit contrarium magnitudinis ejus intueri?*  
E Certe, inquit, ut nos à morte redimeret,  
mori Dominus venit, & defectum no-  
stræ carnis in suo corpore, pœnasque to-  
keravit: qui priusquam ad Crucis patibulum  
perveniret, teneri, conspui, illudî,  
& alapis cædi se pertulit. Ecce ad quan-  
ta propter nos venire probra consen-  
sit: & tamen priusquam se teneri permit-  
teret, persecutores suos requisivit, dicēs:  
*Quem*

id.  
Psal. 1.  
Cur osculo tra-  
sus Christus.  
Tert. lib. 4.  
contra Mar-  
tinum, c. 41.  
Clem. lib. 2.  
Iud. c. 8.  
Ibid. 29.

Iudic. 16.  
Hebr.  
Ioan. 18.

Bern. ser. de  
Pass. Dom.  
Gen. 49.  
Iudic. 6.  
Hebr.  
Cant. 7.  
Isid. Clar.  
Septuag.  
Orig. hom.  
35. in Matt.

Quem

Ioan. 18.

*Quem queritis? Cui illic responderunt: A Iesum Nazarenum. Quibus cum repente diceret: Ego sum, vocem solummodo mirrissimæ responsionis edidit, & armatos persecutores suos protinus in terram stravit. Quid facturus est, cum iudicaturus venerit, qui unâ voce hostes suos percudit, etiam cum iudicandus esset? Oblatus est ergo, quia ipse voluit. Unde Augustinus: Quando voluit, detentus est, quando voluit, occisus est.*

Isa. 53.

*Conclusit me Deus (quasi Vinculum) apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. Sic Job Christi personam referens.*

Iob 24.

*Christus ergo Dominus, Hebr. Iehovah, Chald. Rex decessus, captus est in peccatis nostris. Septuag. In correctionibus nostris. Paraph. In rete occisionis sceleratorum.*

Thren. 4.

Hebr.

Chald.

Paraph.

Sap. 2.

Cypr. in ex-

pos. Symb.

Euseb. lib. 2.

c. 25.

Isa. 3.

Cyr. in Ioan.

lib. 11. c. 37.

*Et ad hoc iidem sese invicem hortantur! Venite, circumveniamus iustum. Venite, alligemus iustum, legunt Cyprianus, & Eusebius; quomodo & illi in Isaia juxta Septuaginta: Alligemus iustum; quoniam inutilis, aut quantum molestus est nobis. Quas lectiones premens Cyrillus: Vincula, inquit, rerum omnium Domino immittunt, qui ad nostram naturam descendit, ut à peccatorum, & Diaboli vinculis nos eriperet. Tunc re ipsâ verum esse demonstrabatur, quod Judæi dicebant: Circumveniamus iustum, inutilis est nobis; non quia talis ipse fuerit, sed quia peccatoribus, & voluptuosus, supra iustitiam legalem docens, ac liquidò quæ Deo placebant, aperiens, inutilis, atque molestus erat. Nam ut nullam utilitatem cæcis splendor solaris adfert, & suaves cibi amari febricantibus videntur: sic Judæis Dominus, quamvis salutis auctor esset, molestus tamen videbatur, quia ægritudine impediti Salvatorem ferre non poterant.*

*Sed heu, miseri dum illis Christus molestus est, dumque ipsum propterea capiunt, & comprehendunt, ab illo (quem admodum egregie ait Augustinus) recedunt, quem comprehendunt, & propriis ipsi nexibus capiuntur: Iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suarum constringitur. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Incurvatus sum multo vinculo ferreo, & non possum attollere caput, & non est respiratio mihi.*

Aug. tract.

112. in Ioan.

Psal. 11. 8.

2. Par. 36.

*Idem Augustinus: Mortiferâ suavitate trahebam catenam meam, solvi timens, & quasi concusso vulnere repellens verba benè suadentis, tanquam manum solventis, &c. Obsurderam stridore catenæ meæ. O quot nexibus, ac nodis peccator constringitur!*

*Sed hunc ut divina libertas solvat, heu nunc capitur, & ligatur. Zara nimirum, quod est oriens & splendor (Pattis) manum protulit, Synagoga, ut nostræ salutis obstetric, coccinum rubricatorum in sanguine agni vinculorum alligavit, & Phares (qui se à Deo per peccata diviserat homo) liber evadit.*

*Simon (obediens) in medio fratrum suorum ligatur, ipsi liberi dimittuntur.*

*Incomprehensibilis vult comprehendi, manusque vinciri, quibus omnia continet, & gubernat, ut tu dicere possis: Funes (Christi) ceciderunt mihi in præclaris, etenim hereditas mea præclara est mihi. Comprehendi scilicet voluit in terrâ, ut nos cum pro nostro modulo comprehendam⁹ in cælo.*

*O igitur vincula nostræ libertatis! ð nexus, qui nos solvunt à lege, in quâ detinebamur, ut non ultra à serviamus peccato! O, ð alligaturæ salutares! ð funiculi coccinei, per quos in terram veræ libertatis filiorum Dei introducimur, ut de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi in sanctitate, & iustitiâ coram ipso, omnibus diebus nostris.*

*lis, iis post Christum trahamur. Trahe post te. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.*

*Benedicta sint hæc tua vincula, Christe, quibus diripuisti vincula mea, quibus præcipitasti faciem vinculi colligati super omnes populos.*

*Ideirò Fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris de medio eorum.*

*En anima mea, en ut adultera Synagoga verum Iosephum apprehendit, cui is ne consentiret, pallium humanitatis dimisit, & propterea in carcerem detrusus est, & alligatus.*

*En Rex miserabilis Sedecias à Babylonicis catenis constrictus, & in Chaldæam captivitatem deductus.*

En

Reg. 4. *In Arca Dei capta est, & translata est gloria ab Israël. Heu, heu, Angelorum gloria, ut in gloria capta est, & ligata! O quam verè, & appositè vocavit illa filium post captam Arcam. Iacob, quod est: ubi gloria?*

Hebr. *Et certè inglorij, nebulones, ignavi vinciri soleant, duces, militè que generosi vinciri haudquaquam solent. Sic David de Abner: Nequaquam ut mori solent ignavi, mortuus est Abner, manus tua ligata non sunt, & pedes tui non sunt compeditus aggravati.*

Thren. 5. *Magnæ olim ignominia loco duxit Jeremias, cum populi captivitatem deplorans, ait: Cervicibus nostris minabamur. Scelus est, vincire civem Romanum, inquit ille.*

Cic. 7. in Verrem. *Non decet vinciri Regem! Alexandri vox, ubi ex Medicorum præscripto esset ligandus, quo lethali vulnere fauciatum infixam extraheretur sagitta.*

Quint. Curt. *Darius Persarum Rex à Macedonibus bello victus, catenis quidem, sed auris præ regiâ dignitate circumligatus.*

Apo. 19. *Tu Rex Regum, tu Dominus dominantium, ut ignavus, ut nullius fidei, ut de plebe, ac hominum face fuscibus constrictus, & cacenis ferreis circumligatus!*

Matth. 27. *Tu ligatis, ut servus! Mors est servitute potior, ait ille. Filij Regis liberi sunt à tributis, ut qui omnino liberi sunt. Sed, o quam magis libera est ipsa vera libertas! & tamen hodie ligatur!*

Ephrem. ser. de Pass. *Vinxerunt perditim immaculatum Dominum, inquit dolenter B. Ephrem, illuseruntque ei, qui alligaverat fortem in solubilibus nexibus, nosque à peccatorum nostrorum vinculis solverat.*

Bern. lib. de Pass. Dom. cap. 4. *O Deus Deorum (stupet Bernardus) quantum ergo derogatum fuit libertati, & potentia tua! Tot aded ligaris vinculis, qui solus ligandi, & solvendi potestatem habes? Sed propter misericordiam tuam ligatus es? ut nos à miseriis nostris faceres absolutos. O quam immittia fuerunt illorum immittissimorum vincula, quibus Agnum mitissimum vinciebant! Videò oculis mentis te, Domine Jesu, tam duris nexibus adstrictum, tanquam latronem trahi ad iudicium Principis Sa-*

A *cerdotum, & inde ad Pilatum: Video, & perhorresco, & admitor, & admirando deficerem, nisi quòd liquidè cognosco, te prius in corde charitatis nexibus fuisse constrictum, qui ad deteriora vincula sufferenda te leviter attrahere potuerunt. Gratia sit vinculis tuis, bone Jesu, quæ nostra tam potenter diruperunt.*

*Ego Dominus, qui confregi catenas cervicis, cum vestra sum, ut incederetis erecti.*

B *Ego, ego, qui exolvi filiam Abraham, quam alligavit Satanias. Hæcine scilicet reddit tibi populus stultus, & insipiens, nexis ignominia pro gloria, & honore libertatis?*

*Sed tamen ex sua voluntate ligatur (oblatus est, inquam, quia ipse voluit,) nec se dissolvit ex sua in nos nimia charitate. Verum vos, o Judæi, quid agitis, dum Verbum Dei ligatis? Ignoratisne, quòd Verbum Dei non est alligatum? quod eum li-*

C *gatis, qui portat, nec itaque omnia verbo virtutis suæ? quòd illum constringitis, per quem miro ordine, ac nexa facta sunt omnia? quòd eum ligatis, qui ligat aquas in nubibus, ut non erumpant pariter deorsum? qui tribus appendit digitis mare, sydera, terras? Eum, eum, o miseri, ligatis, qui ligatos vos manibus, & pedibus mistet in tenebras exteriores, ubi erant stertus, & stridor dentium.*

D *Constituite ergo, constituite & perfidi) diem solemmem in condensis, vel in frondosis (horti hujus) usque ad cornu altaris, seu al- ligate hostiam, aut vincite agnum ad Sacrificium solennitatis, donec sacrificetis illum, & effundatis sanguinè ipsius in cornibus altaris.*

*Ligant scilicet manus illas tornantes aureas, ne amplius super eos conspergant Ligatus à Tu hyacinthos. Ligant orbes illos aureos, dicit Christus, ne amplius in eos gratias influant. Ligant manus illas tot curationum, tot facinrarum, tot beneficiorum opifices, ne sciendum magis amplius aperiat illas, & impleat eos beneficiis. Abbreviant manum Domini, que Septem dat omnibus affluenter. Adstringunt vinculis libertatem, ut servitutis ipsi jugo colla subjiciant. Raptant humanitatem, quam ille pro omnibus assumpserat. Iniquitati sistunt iatēgritatem, & quidem ream, sed nimia charitatis!*

*Speranza Scriptura selecta.*

Bbbb Unde

Chryf. hom. 6.  
de 5. ser. Pass.

Unde Chrystostomus, seu verius Chry-  
fologus: Heu! pax cæli traditur doli  
osculo, tenetur tenens omnia, alligatur  
omnium nexu, ducitur attrahens uni-  
versa, à falso veritas accusatur, sistitur,  
cui assistunt omnia, flagellatur remissio,  
condemnatur venia, illudatur majestas,  
irridetur virtus, perfunditur largitor  
imbrium sputis, clavis ferri cæli strator  
affigitur, mellis dator cibator felle, propi-  
nator fontium potatur aceto!

Psal. 61.

Heu! heu! inhumani, heu! crudeles,  
heu! barbari. Quousque irruit in hominem  
universi vos, tanquam parieti inclinato, &  
maceria depulsa?

Thren. 2.

Aperuerunt (en bone Jesu) super te os  
suum omnes inimici tui, sibilaverunt, &  
frenuerunt dentibus, & dixerunt: En ista  
est dies, quam expectabamus, irruimus, vi-  
dimus.

Isa. 9.

Quasi rupto muro, & aperta janua (har-  
bellicæ cohortes) irruerunt super me &  
(quasi ad civitatem, quæ vastatur, ac de-  
populatur) ad meas miseras devoluti sunt.  
Nunc porro lætantur super me, sicut ex-  
ultant victores captâ præcâ, quando divi-  
dunt spolia.

Heb. 10.

Psal. 55.

Nunc, nunc verè Filium Dei concu-  
cant, ut propterea clamer: Misere mei,  
Deus, quoniam concularvit me homo, totâ die  
(immò & totâ nocte) impugnans tribu-  
lavit me.

Isa. 56.

Iob. 50.

Hebr.

Psal. 55.

En hodie ut corruit veritas in plateis? En  
ut verè dicere poterat: Assimilat<sup>9</sup> sum lu-  
to, aut juxta alios: Projectus sum in lutum.  
Concularvit me homo, totâ die (& totâ no-  
cte), impugnans tribularvit me. Concularve-  
runt me inimici mei, quoniam multi bellantes  
adversum me.

Math. 26.

Marian. 17.

Schol.

At quantis id, quæso modis? Ad Græ-  
cum ibi, & colaphis eum ceciderunt, 22. & 24.  
Alij, & fustis; alij, & virgæ; alij, & bacilli;  
alij, & crepidæ; alij, & alapis eum ceciderunt.  
Credibile est, modis omnibus insatiabi-  
les tortores Dominum cecidisse. Totâ die,  
& totâ nocte impugnans tribularvit me, &  
multi bellantes adversum me.

Psal. 21.

Heu! quò, quantisque modis! Devo-  
tè quidem, pièque Jacobus Episcopus  
Christopolitanus ad illa Psalmi verba:  
Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapi-

ens, & rugiens; Ut, inquit, leo rugiens, & rapiens trahit prædam per terram, & la-  
cerat, & laniat: ita me trahebant per ter-  
ram cædendo, spuendo, colaphizando, &  
capillos evellendo, in tantum quòd sicut  
aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa  
mea, id est, tracta sunt per terram, quia ex  
nimio labore, & afflictione perfusus sum  
sudore, sicut aqua, quia in tantum abundavit  
in me sudor, quòd videbar perfusus  
B in toto corpore sicut aqua madidus.

Ita Genebrardus: Sicut aqua; Ob san-  
guinis effusionem, qui confosso multis  
vulneribus corpore totus penè effuxe-  
rat: effusus sum, id est, liquefactus penè in  
aquam, & dispersa sunt, ad Hebraicum, &  
separata sunt, aut dissociata sunt ab invicem  
divisa, inopiâ succi, & humoris viscosi vix  
sibi coherentia, vel distracta à se invi-  
cem, & suis locis mota præ tormentorum  
acerbitate, omnia ossa mea.

Intuere igitur, intuere, ô anima, (sic te  
Seraphicus, ac devotissimus alloquitur, )  
quomodo sponus tuus patitur capi, li-  
gari, & furibundè duci. Intuere canes il-  
los traheutes, & agnum quasi ad victimâ  
mansuetissimum sine resistentiâ sequi.  
Unus enim apprehendit, alius ligat; alius  
infurgit, & alius exclamat: alius impellit,  
alius blasphemat: alius expellit eum,  
alius vexat; alius circumvolvitur, alius per-  
cutit.

O cervam matutinam! ô cervam aurora,  
quàm multi canes te circumdederunt!  
Tor, tantaque, ut proclamares: Circum-  
dederunt me funes mortis: dolores, aut funes  
Inferni circumdederunt me: præoccupaverunt  
me laquei mortis.

Sed ô laquei, jam non laquei mortis,  
sed de vita auroa, sed funiculus argenteus.  
His, his alligari voluisti, Domine, ut tua  
vincula mihi essent alligatura salutaria,  
ut tua legi ego colla subderem, nec quasi  
pullum onagri me liberum natum putarem;  
ut divinorum mandatorum jugum non  
frangerem, & dicerem: Non serviam; ut  
non amplius traherem iniquitatem in fu-  
niculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrum  
peccatum, ut & interim divinæ justitiæ  
manus essent ligatæ, ut ad penitentiam  
nos

nos expectares: ut denique manus nostras ob tot fuita ligatas exolveres, & à laqueis Inferni nos liberares.

Expropter tanquam latronem comprehenderunt te, bone Jesu, sed heu! Te, te latronem! At qualiter latro dici possis? Latronis est, aliena diripere; tu propria dilargiris: latronis est à justitiæ ministris declinare; tu eisdem te ipsum manifestas: *Quem quaritis? Ego sum.* Latrones omnibus sunt nocumento; tu adjumento omnibus: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Verum ut latro nihilominus reputari, nec secus ac latro ligari voluisti: ut futaces scilicet parentum nostrorum manus & nostras ipsas, quæ cum illis, & in illis poma aliena, invito Domino, contrectaverunt, & devoraverunt, ab emeritis æternæ mortis vinculis dissolveres, & liberares, & verè diceres: *Et quia non rapui, tunc exolvebam.*

Phil. 68.

Vade sic igitur, Domine: & quoniam tam salutaria sunt hæc tua vincula, paratus & ego in posterum ero libentissimè tecum ligari, & tecum mori: *Ego autem non solum alligari, sed & mori paratus sum propter nomen Domini Jesu.*

Act. 21.

Interim verò tuis instinctibus, inspirationibus, & gratia non resistam, nec amplius tuæ voluntati renitar, sed sensus omnes meos in captivitatem redigam, eisque totos perpetuo tuo obsequio mancipabo; oculos, ut nihil nisi licitum videant, nec amplius vanitatem spectent; aures, ne impudicum quid audiant; linguam, ne quid loquatur, quod Deum, vel proximum offendat; manus, nihil ut illicitum, & pravum operentur; cor, ne malignum quid machinetur, aut nefarium quid cogitet. Hæc omnia in captivitatem redigam, constringam cor, manus, linguam, oculos, aures, omnia in tuum obsequiū tradam, uti tu pro me totus, ut captivus, abductus es, ut in servum, venditus, ac ligatus.

Me totum deinceps dabo ligandum vinculis dulcissimæ charitatis tuæ. Ah! ah! quis & mihi tribuat, ut cum Paulo gloriari possim in vinculis meis, & vocari in posterum *vinctus Jesu Christi*, qui

Phil. 1.

A idèò gaudio repletus est, quod *vinctus* ejus manifesta fierent in Christo in omni Pratorio, & in cæteris omnibus. Vinctum enim esse propter te, Domine Jesu, illustrius est, quàm sive Apostolum, sive Doctorem, sive Evangelistam esse. Ita verè Chrysostr. qui & subdit: *Magna dignitas Chrysostr. s. hac, & regno quovis, ac Consulatu major. in Epist. ad Quid diligit, & ardet pro Christo, eligit potius Eph. vincula ferrè? quàm calos inhabitare, non enim caput ita splendidum reddit imposta corona margaritis conspicua, ut catena ferrea, que propter Christum fertur. Quid autem? si tam gloriosum est pro Christo alligari, quid erit cum Christo colligari, illi que adstringi? Et mihi ita bonum sit illi adhaerere, & nunquam ab eo exsolvi, ac separari, ut quocunque ierit, sive in vitam, sive in mortem, & ego similiter vadam.*

### C ALAPÆ, ET COLAPHI. PUNCTUM VIII.

*Et colaphis eum ceciderunt: alij autem palmis in faciem ejus dederunt. Matth. 26. Unus autem ministrorum dedit alapam Jesu. Joan. 18.*

D IN Caiphæ domo, scelestissimi prædantis manu ipse Rex gloriæ, theatralis veluti scurra, percutitur alapâ in præmum æquitatis!

*Obstipescite, cæli, super hoc. & porta ejus Jerem. 2. de solamini, aut perhorrescite vehementer. Septuag. Numquid (alloquor vos, ô cæli, quando homines sensu carent,) nunquid servus est Jesus, aut vernaculus, ut ab impiis quasi vile mancipium colaphis cæderetur?*

E Heu! heu! *super te.* (bone Jesu) rugierunt leones: filij quoque Memphis, & Taphnes, Hebr. quod est ora ignominia, vel confusionis, vel serpentina, constupraverunt te usque ad verticem; sive tot jam, tantisque impactis alapis penè confrugerunt, aut conquassaverunt tibi verticem. O, ô exhorrescat cælum, contremiscat terra (veluti exclamat Chrysostr. Chry. hom. 81. in Ioan. mus) alapis Deus percuti potuit!

Bbbb 2 Pavco

*Ephr. ser. 14.*

Paveo, Fratres, dum ita pronuncio, (sic A  
plorans fatur Sanctissimus Ephræm,) tre-  
muntque omnia ossa mea, cum ea, dili-  
genti admirâ consideratione discuto:  
Ipse omnium conditor Deus noster, &  
Dominus ante Caipham hodie seditur,  
quasi unus ex reis unusque ministrorum  
ei alapam dedit! Tremis cor meum hæc omnia  
cogitans. Sedet servus, Dominus stat! Et qui

*Alapæ Christo  
influcta horro-  
rem omnibus  
creaturis in-  
ausis.*

plenus erat sceleribus, contra insontem, atque  
ab omni peccati labe alienum, sententiam di-  
flavit! Contremuerunt cali: fundamenta Orbis  
terre concessa sunt: exprocerunt Angeli, omnes,  
atque Archangeli: Gabriel, & Michaël facies  
suas albis contexerunt: Cherubim, trementia  
sub rotis se abaliderunt: Seraphim illa horâ  
alas ad invicem collisissis visa sunt, eum daret  
minister iniquitatis alapam Domino majesta-  
tis. Quomodo igitur tulerunt funda-  
menta terræ motum, atque tremorem,  
cum horâ illa contumeliis affici Creator-  
rem suum cernerent? Tremunt ecce resnes  
met, dum loquor. Creator, quid de pulvere  
terræ hominem per gratiam fixerat, à  
manibus, quas ipse formaverat, alapam  
accepit!

*Num. 16.  
Gen. 7.*

Ah! ab terra: ah! cælum: Terra, quæ  
olim dehiscens vivos impios deglutisti,  
nunc scelestissimum sustines! Cælum pa-  
ratum olim ad grandinem, ad diluvium,  
ad sulphur, ad ignem, clausum, æneumq;  
modò! Ad unius quondam Eliæ ultionem  
protinus descendisti, ò ignis: Ad Elisei in-  
juriam ulciscendam à sylvis erupistis ur-  
si: nunc sur ignis alligatus spheræ; nunc  
clausa sunt ora leonum; nunc omnia ele-  
menta silent!

*3. Reg. 18.  
4. Reg. 4.*

An & vos saltem Angeli, modò non  
eritis spiritus, cum læpè & vos ad sese ul-  
ciscendum Dominus fecerit ignem uren-  
tem? O Angeli, quomodo silebitis (suprà  
Chrysof.) quomodo manus continere  
potestis? quomodo pro Domino vestro  
non responderis? an quòd attonitos vos  
tenet tanta perversitas, & tanta paciẽtia?

*Chry. hom.  
18. in Ioan.*

*D. Ephræm ubi  
suprà.*

Grande miraculû Fratres, ) redit huc  
iterum admirâs D. Ephræm stuporis ple-  
nissimum est, cernere Christi Regis, ac  
Domini nostri mansuetudinem! Palmâ  
cæcus à servo, rationabiliter, prudenter-

que respondit cum omni mansuetudine,  
ac reverentiâ. Servus fuit, Dominus pati-  
tur. Irascitur servus, Dominus in suâ be-  
nignitate persistit: Indignationis aculeos, vi-  
xamque tumultuantis animi, ira maximè  
tempore quis continet? Dominus noster hæc  
omnia pertulit benignitate suâ. Quis tuam, ò  
mitissime Domine, patientiam aut ferre, aut  
explicare possit?

*B. Discite, discite à me, quia mitis sum, & hu-  
milis corde.*

*Matth. 23.*

Mansuetudo vera, siye benignitas est,  
inquit Albertus, cum propter illatas in-  
jurias mens nequaquam exacerbatur, in Parad. deli-  
nec amaritudo cordis exterius indicatur, anima c. 29.  
fed est quasi homo non audiens, & non habens: Psal. 37.  
in ore suo redargutiones, exemplo Jesu di-  
centis: Ego quasi agnus mansuetus, qui por-  
tatur ad victimam, qui coram tendente se  
obmutescit, & non aperit os suum. Unde  
Glossa.

*C. Glossa super Matthæum: Mitis est, quem  
mentis asperitas, siye amaritudo non afficit,  
sed simplicitas fidei ad omnem injusitiam pa-  
riendam instruit. Mitis est, quem nec ran-  
cor, nec ira afficit, sed omnia æquanimi-  
ter sustinet. Hujus virtutis quasi magnæ  
magistrum se fecit Dominus, quod non  
fecisset, nisi una summæ perfectionis  
hæc esset virtus: Discite, inquit, à me, quia  
mitis sum, & humilis corde.*

*D. Hanc ergo Christi mansuetudinem, & Christi alapam  
patientiam ediscamus, Fratres: nam idè  
vindictam Dominus non sumpsit, ut suâ  
nos patientiam doceret. Si cogitemus,  
inquit Augustinus, quis acceperit alapam,  
nonne vellemus eum, qui percussit, aut  
cælesti igne consumi, aut terrâ dehiscen-  
te sorberi, aut correptum Dæmonio vol-  
lurari, aut aliâ hujusmodi qualitate po-  
næ, vel etiâ graviore puniri? Quid enim  
horum per potentiam jubere non po-  
ruisset, per quem factus est mundus, nisi  
patientiam nos docere maluisset, quâ  
vincitur mundus?*

*E. Propter Angelus, qui olim in aures  
Abraham clamavit: Ne extendas manum  
tuam super puerum; super hunc manû ex-  
tendi permittit. Idcirco Dominus, qui  
olim percussit Ozam super temeritate, ed-  
quod Arcam tetigisset, ingenti huic ho-  
die temeritati pepercit. Idcirco impiis  
Gmâ*

3 Reg. 13. simi hominis istius manus arefacta non est, cum nihilominus extensa fuerit contra hoc vivum altare: quamvis si arefacta est, ex contactu vitæ, vitæ sit protinus restituta. Idcirco furcifer violentam manum inferre, templumque hoc sacrum quoad se profanare permixtus est, ut scilicet suæ infinitæ patientiæ Christus illusterrimum exemplum præberet. Unde egregie Tertullianus: Saginari Dominus voluptate patientiæ discessurus volebat. Neque enim unius quidem discipuli gladium in ultionem probavit. Patientia Domini in Malcho vulnerata est, & gladij opera maledixit in posturum, sanitatis restitutione ei, quem nõ ipse vexaverat, satisfecit per patientiam misericordis matrem: noluit enim per seclisuram in patientiâ, qui integram & perfectam eam nobis voluit probare, & docere, & tradere.

Matth. 5. O patientiam planè divinam! Percussit maxillam Iudicis Israël. Iudex vivorum, & mortuorum tacebit!

Matth. 15. Tetendit (vilissimus minister) adversus Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est. Et Omnipotens succubavit!

Psal. 28. Deus olim ultionem, Deus vindictam, Deus exercituum, dilectus mitis in Virginis sinu, quem admodum filius unicornium!

Aug. tract. 78. Tu verd quid agis, impie verbero? Ille, ut ait Augustinus, in se naturam commendat humanam: tu in illo audes deformare divinam! Sic aram hanc sanctissimam tangis, ut violes, nec audis innocentiam vel tacentem? Ut tamen audires, aurem ille tibi nuper aptavit, quam Petrus absciderat: O, nõ planè sinistrum dexteræ sic plaudentis obsequium! Adeone attactu modestæ sub oculis verecundiæ, in ipsâ pudoris sede sit impudens manus, ut quæ symbolum fidelitatis est in ore, vel potius in arâ fidei, repente sic fiat nota perfidiæ?

Habac. 1. Aspicite, aspicite in gentibus, videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus certè factum est in diebus vestris, o Judæi, quod nemo, absque supernâ fide, credit, cum narrabitur.

Et quò magis hoc facinus perpendamus, expendenda est primò ministri crudelitas, secundò, colaphi ignominia, tertio temerarij hujusmodi ausus in iustitia, quarto loci, in quo hoc nefas patratum est circumstantia.

Primò ministri crudelitas. Is Averni percitus furiis, ac ferreâ chirothecâ armarus, quemadmodum sentit Bernardus, tanto furore, ac rabie divinam illam faciem percussit, ut penè ex ore ejus dentes omnes, sacrumque sanguinem expulset, ac in terram ex vi summâ percussio- nis, velut sentit D. Vincentius Ferrerius, eum cadere compulerit. Heu! heu crudelis!

Qua miris violare genas, te cadere, Christe, qua potuit, corâ ferrea dextra sua.

Ut Christus propterea dolebat Et fregit (inhumanus) ad numerum (omnes, nec uno non moto) dentes meos. Hebr. Et fregit saxo ad numerum dentes meos: operuit, aut involuit, sive versavit me in pulvere; hoc est, tantam ex immensi percussione afflictionem sustinuit, ac si omnes mihi dentes fuissent singillatim confracti. Ita Lyranus; ac si fuissent mihi omnes lapide comminuti, ut præ dolore in terrâ me volutarem, pulverèque conspergerem.

Collegit (barbarus) furorem in me, comminans mihi infremuit contra me dentibus suis, hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.

Heu Moyses centum, & viginti annorum erat, quando mortuus est, nec caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt. Alij: Nec fugit vigor ejus; vel nec genæ ejus conciderunt.

Dentes ejus lacte candidiores; nunc sanguine rubentes, nunc tremuli, & penè dixim, contracti, si illud non obstaret: Os non comminuitur ex eo; saltem moti. Certè gingivæ, maxillæque tumentes, & nunc planè gena ejus impressis manipuli digitis, ut areola; aut juxta Pagninum, sicut li-  
nea sulci; aut penes Septuaginta, ut phiala, tumidæ scilicet, ac plenæ sanguine. O, nõ igitur facinus verè crudelè! nõ facinus penitus inhumanum!

Sed propterea, Fratres mei, lividâ, tumensque Christi maxilla hodie facta est, ut nos ejus livore sanemur, ut nos etiam percussio quæ, aculeatorumque verborum

Alapam in- fringentis mi- nistri crudeli- tas.

Threnor. 3. Lyran. Ibid. Clav. Sanctius ibid. A

Deut. 34. Margin. Gen. 49. Exod. 18. Cant. 5. Pagnin. Septuag.

Deut. 34. Margin. Gen. 49. Exod. 18. Cant. 5. Pagnin. Septuag.

Deut. 34. Margin. Gen. 49. Exod. 18. Cant. 5. Pagnin. Septuag.

Deut. 34. Margin. Gen. 49. Exod. 18. Cant. 5. Pagnin. Septuag.

Deut. 34. Margin. Gen. 49. Exod. 18. Cant. 5. Pagnin. Septuag.

Deut. 34. Margin. Gen. 49. Exod. 18. Cant. 5. Pagnin. Septuag.

Bbbb 3 rum

rum idus æquanimitèr tolerare discamus, utque ab æterno illo dentium stridore liberemur.

*Chryf. hom. 2. de incompr. Dei natura. Alapa ingens ignominia:*  
 Secundo, colaphi ignominia. Chrysoft. homilia de incomprehensibili Dei natura: *Alapâ nihil ignominiosius, nihil contumeliosius.* Facinus hoc non tantum crudele, sed & effrons. A vili mancipio Dominus majestatis alapam excipit!

En ut propterea maxillam unam habet lividam, alteram verò, pro eo, quo inde affectus est, pudore, rubicundam! En ut oculos ad terram dejicit, jam non candidus, sed rubicundus!

O, ô quàm probrosa alapâ hæc Christo fuit! Aded, ut solum hoc probrum sensisse visus sit: *Exprobrantes, aut cum opprobrio* (ait dolenter Job Christi personam referens) *percuferunt maxillam meam.*

*Job. 16. Hebr.*

Quin aded probrosa extitit, ut hæc unâ insatiabilis illorum rabies exsatiari potuerit. Id, quod advertebat Gregorius ait: *Post percussione[m] maxillæ aptè subjungitur: Satiati sunt poenitens m. is.*

*Greg. ibid.*

Quinimmo aded ignominiosa fuit, ut vel ipsius Christi avidissimum opprobriorum omnium desiderium posset quoad nos exsatiare. *Dabit percutienti se maxillam. Mox: Satiabitur opprobriis.* Quod cautè expendens Rupertus: *Satiatus est, inquit, opprobriis, dans percutienti se maxillam.* Et verè: Etenim alapâ ignominiosius nihil, præsertim si qui patitur, magis, abjectus verò, qui infert.

*Thren. 3. Rup. in c. 2. Ierem. Alapa probro saturatus Christus.*

Tertio, facinoris injustitia. Nec hic verbum quidem ullum Pontificis lego, aut vultum iratum in servi hujus castigantis scelus, immò contra judiciorum morem video hic vincum indemnatum cædi. Quod si cædendus, non tamen Rex à mancipio, non in facie, non manipulo, manuque armatâ, nullius jussu. Hæc omnia dissimulavit mali servi pessimus dominus. *Mitaris, si ministros habet impies Rex, qui libenter audit verba mendacii?*

*Prov. 29.*

Alapa omnino injusta, utpote inflicta incuitu vindictæ, & ad calumniosè improbandam responsionem prudentissimam, à temerè judicante eam fuisse mi-

**A** nus civilem, & contra auctoritatem Pontifici debitam. O audacissime (invehitur ita in hunc Satanæ ministrum Euthymius) quidnam respondit contumacius? *Euthym. in Ioan. 18.* Annon honorè detulit pontificatui, qui Pontificem malignè de his quæ noverat, interrogantem non arguerit? Quid hæc Christi responsione verius, mansuetius, justius, ut inquit Augustinus? De eo siquidem prædixerat Propheta: *Intende, prospere procede, & regna, propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam.* Unde Propheta verbis compello vos, ô Judæi: *Quare percussit pugno impiè? aut cum Septuaginta: Quare percussit pugno humilem? Et quemadmodum subdit Hieronymus: Et alapis verberatis?*

*Qui conterunt (dolebat Propheta) super pulverem terra capita pauperum. Septuag. Septuag. Et pugnâ percutebant in capite mendicum.*

**C** Malum responsi Christi planè nullum, neque à materia, quia verum, neque à forma, quia placidum. Hujusmodi verò servi facinus ingratitude plenum: quia is auriculæ restituta oblitus in benefactorem invehi ausus est, & ad cumulum ingratitude dissimulavit, negavit, beneficio nullum reddidit beneficium, immò quò ulterius vitium ire non potuit, bonum ingens maximo pensavit malo.

**D** Obduxit os verax pugno, veritus, ne forte plura loqueretur, unde sibi Pontifex fieret infensor. Cyrillus acutè opinatur, Christum, cum dixit: *Ece hi scimus, qua dixerim ego, ser vos norasse, ac veteres eorum offensas in dominos refricuisse, qui missi nuper ad capiendam eum, captivum non adduxissent, victi ejus eloquentiâ, sed redissent ad dominos, dicentes: Nunquam sic loquutus est homo quibus verbis ita heros offenderant, ut tunc audirent: Etiam nos & vos decepti estis? Nunquid ex Principibus aliquis credit in eum?* Is ergo veritus erratum suum, ac cæterorum notarum indolens, ut illud modò pensaret, nò quitiâque nova prætegeret, neque opinaretur Pontifex, illum unquam favisse Christo, hæc alapam viacto inpegit.

**E**

Quis scit, an etiam recordatus vulne-  
ris accepti à Petro, ejus discipulo, magi-  
strum, quamvis innocentem, cecide-  
rit?

Undequaque patet facinoris injusti-  
tia, sed patientissimè tamen patientiæ  
magister omnia pertulit: *Corpus meum de-  
di percussoribus, & genas meas vellentibus;*  
vel ad Græcum: *Dorsum meum posui ad fla-  
gella, & genas meas ad alapas.*

Et percutiebant faciem ejus. Egregiè Hu-  
go Cardinalis: Quam scilicet Moyses de-  
siderabat sibi ostendi: *Si inveni gratiam in  
conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam; ut  
sciam te, & inveniam gratiam ante oculos  
tuos. Dixitque Dominus: Facies mea præcedet  
te, & requiem dabo tibi.* Et David: *Ostende  
faciem tuam, & salvi erimus.* Et Jacob:  
*Vidi Dominum facie ad faciem, & salva fa-  
cta est anima mea.* Et Esther: *Volæ mirabilis  
es tu, Domine, & facies tua plena gratiarum.*  
Et tamen miseri Judæi hanc alapis, &  
spatis contraminaverunt. Chrysol. Et di-  
vinum illud caput percusserunt viri in-  
quinati, & abominabiles.

Cyriillus: Dedeorati peccato fuimus,  
quam notam injustum Christi dederit  
dedecus, cum Dominus gloriæ impiâ  
manu hominis cædebat.

Idem: Cæditur ut servus, qui nutu so-  
lummodo perdere Judæos omnes po-  
tuisset, nec ultionem fecit ullam: non  
enim irâ nec mœstitiâ, nec dolore vincit-  
tur. Et ille quidem Dominus omniâ,  
& Deus verus clementer tulit. Nos au-  
tem miseri, terra, & limus, si quis de pro-  
ximi lapsu linguæ minimum quicquam  
contra nos dixerit, more draconis in  
eum insurgimus, & mille verbis pro uno  
vituperantes, fatiari non possumus, nec  
recordamur scriptum: quia eorum via  
ad mortem, qui memores injuriæ sunt.  
& c. *relæque proximo nocenti te, & tunc de-  
precanti tibi peccata solvantur.* Exemplum  
igitur (concludit) clementiæ, atque man-  
suetudinis Christum teacamus, qui hac  
de causâ nobis dicit: *Non est discipulus su-  
per magistrum, nec servus super dominum  
suum.*

A Quid ergo tu vermis terræ procla-  
mas, quod injuste calumniam patiaris,  
cum Justitia ipsa tam injuste colaphize-  
tur? Cur tu ad primum duriusculum au-  
ditum verbum ipsa terræ concutis fun-  
damenta, cum cæli, terraque Creator  
alapas tam patienter sustineat? Cola-  
phis certè imperi voluit, ut elationi, in-  
stationique tui capitis mederetur. Ita ce-  
cinit eleganter Sedulius:

B *Namque per hos colaphos caput est sanabile  
nostrum.* Sedul. lib. 5.

Nemo ergo in posterum fratres, patia-  
tur, ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut  
alienorum appetitor: si autem ut Christianus,  
non erubescat, glorificet autem Deum in isto  
nomine.

Sic planè passus Bernardus, qui ab im-  
probo quodam excipiens alapam, be-  
nignè respondit: *Oportet ignoscere, cum to-  
tius ignoscit mihi Deus.* D. Bernard.

C Ita D. Christophorus, qui pariter à Sa-  
miorum Præfecto percussus colapho,  
Christianæ patientiæ legem allegavit:  
Sic, sic, Fratres, Christianè cædimur, si  
Christianè, hoc est, innocenter, patienter-  
que cum veris illis Christi discipulis,  
colaphis cædimur. D. Christoph.

Hæc est enim gratia, si propter Dei consci-  
entiam sustinet quis, tristitias patiens injuste.  
1. Cor. 4.

D *Qua est enim gratia, aut qua est enim laus, si  
peccantes, & colaphizati sufferitis? Sed si bene  
facientes, patienter sustinetis, hæc est gratia  
apud Deum. In hoc enim vocati estis: quia &  
Christus passus est pro nobis, vobis relinquens  
exemplum, ut sequamini vestigia ejus, qui  
peccatum non fecit, nec inventus est dolus in  
ore ejus. Qui cum malediceretur, non maledi-  
cebat, cum pateretur, non comminabatur.* 1. Pet. 2.

E Ob id, inquit Toletus, Confirmatio-  
nis Sacramentum suscepturo impingi-  
tur alapa, tum ut recorderetur suscepti Sa-  
cramenti, quod iterari non potest, tum  
ut statim induatur Christi vestibus, qua  
sunt alapæ, & injuriæ, tum etiam ut ejus  
fortitudo probetur, nam miles Christi  
statim constituitur. Equum ergo est  
(subdit Toletus) ut experimentum ali-  
quod fiat, an pro Christo sustineat  
pati.

Tolet. instr.

Sacer lib. 2.

c. 26.

Alapa cur im-  
pingatur Con-  
firmationis Sa-  
cramentum  
suscipienti.

Tertul-

Tertul. lib. de  
patien. c. 8.

Tertullianus: Dominus monet: *Verberranti te in faciem, etiam alteram genam obverte. Fatigetur aliena improbitas patientiâ suâ. Plus improbum illum cadis sustinendo, quam ulciscendo, ab eo enim vapulabit, cuius gratiâ sustines.* Si linguæ amaritudo maledictio, sive convitio eruperit, respice dictum: *Cum vos maledixerint, gaudete.*

Quartò, circumstantia loci. Non quidem seorsum in angulo, sed in tot viro- rum, ac Pontificiis ipsius præsentia, atque mediâ in aula, quod est in loco exposito, alapam accipit.

Servi olim, ut liberi efficerentur, eor- ram Magistratu alapam accipiebant. Unde Novella 81. *Emancipationis actio liberat eos alapis.* Et Sedulius:

Sedul. lib. 5.

*Hic alapis nobis libertas maxima plausit.*

Siccine fortassè ille, qui nos verâ libertate donavit, liber effici posse creditus est? O ministrorum infelicissime, alapam quidem dedisti omnium liberatori, ac Domino, (quemadmodum fatur D. Ephrem) sed tu servas servorum factus es in æternum.

D. Ephrem  
quo sup.

Publicè hinc Salvator colaphizatus, ut egregiè, & peracutè ait Cyrillus, ad eluendam toti humano generi, ac Deo ipsi à Dæmone, & à primo omni- um parente in Paradiso impactam alapam, irrogatamque ignominiam.

Cyri. lib. 12.  
in Ioan.

Et tu in posterum dolebis, quòd publicè forsitan alapam acceperis, cum publicè vel ipse Dei Filius fuerit colaphizatus? Quæris posthac, homuncio, vindicari, pugionem ad mundi, immò Diaboli præscriptiones arripies, aut non te potius totum committes illi, qui dixit: *Mihi vindictam, ego retribuam?*

Rom. 12.

Nòne & tu, ut verâ libertate fruaris, uti ait in quadam oratione Basilii, alapam accipies?

Basil. or. de  
Baptism.

Cerne interim, ut spectaculum factus est Dei filius mundo, Angelis, & hominibus, dum ita publicè colaphis cæsus est! dum videlicet is, qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ Patris, in suâ divini- simâ facie signum, ac figuram tam detestanda, execrandaque manus accepit?

Psal. 23.

Pater, Pater, respice, rogo nunc, in faciem Christi tui digitis scelestissimi, ac in-

fernalis ministri publicè consignatam? O Angeli, nunc cum intuemini, in quem tantoperè desideratis prospicere, an facies ejus sit plena gratiarum!

1. Pet. 1.  
Eph. 15.

Sed ô mitissime Jesu, mitescat interea ob hanc mansuetudinem tuam, hoc est, compescatur, obsecro, Angelus Satana, qui me colaphizat, ut in virtute hujus colaphi tui, & ego colaphizari patienter sustineam, sufficiatque mihi gratia tua, ut virtus in infirmitate perficiatur. & da mihi, & omnibus quemadmodum rogat Beda, ut qui olim cæsus es colaphis Judæorum, non cædaris & modò blasphemis falsorum Christianorum. Amen.

Beda in Cant.

## PETRI NEGATIO.

### PUNCTUM IX.

*Et accessit ad eum una ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras? At ille negavit coram omnibus, dicens: Nescio, quid dicis.* Matth. 26. 69. 70.

**E**st amicus secundum tempus, & non per-

manebit in die tribulationis. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Quadrant hæc in te, ô Petre, quippe qui socius divinx illius mensæ, in die tamen tribulationis, necessitatisque tantæ non permansisti.

Eccl. 6.  
Emanebit in die tribulationis. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Quadrant hæc in te, ô Petre, quippe qui socius divinx illius mensæ, in die tamen tribulationis, necessitatisque tantæ non permansisti.

Vbi est Abel frater tuus? Nescio. At ille negavit coram omnibus, dicens: Nescio. O verbum utrobique prodicionis nota!

Facinus certè capitale, deserti in periculo patrem à filiis, dominum à subditis magistrum à discipulis, patronum à clientibus. Christus in se expertus hæc omnia. Desertus, ejuratus, abnegatus à cliente, à subdito, à discipulo, à filio Christus fuit, ab eo scilicet, qui tot consensu miraculorum, & ostensa in monte beatitudinis, & professa Divinitatis Filij Dei, negat jurejurando discipulum se-

ejus

Pradamavit  
urpiter Chri-  
stum.

ejus esse, ac non nosse quidem illum, damnans cum præjudicio suo, tanquam vir sit nefarius, & impius, cujus ipse nec affectator velit esse, nec notus.

Tunc cepit detestari, devovere se, & dira sibi imprecari, si illum non modò ut magistrum, sed etiam ut hominem nosset unquam, hoc est, nescire se, quis homo ille esset, aut alio modo ullam notitiam illius habere. Manifestum mendacium, & quòd facile redargui posset à circumstantibus, nimirum se aded ignorantem affirmare, ut hominem illum nesciret, qui nulli in Judæa, & Galilæa non esset, vel de facie, vel de famâ notus. Negationi additum est novum mendacium, & mendacio devotio, atque abjuratio: Ille autem cepit detestari, anathematizare, & jurare, quia nescio hominem istum, quem dicitis.

Job. 19.

Abomiati sunt me quondam consilarii mei; (Græcè, scientes me, id est, consilij arcantorum omnium cordis mei) & quem maxime diligebam, avertatus est me.

Job. 6.

Frates mei praterierunt me, sicut terrens, qui raptim petransit in convallibus. Hebr. Amici mei sefellierunt me in sicut torrentis, qui raptim currit in convallibus.

Ecc. 6.

Ab amicis tuis attende. Quin etiam à filiis.

Enaton. in  
Caf. c. 81.  
Psal. 61.

Et tu quoque, Marce filii? & τὸν, πικρόν, etiam tu, filii?

O, d. mendaces filij hominum in staveris! Non sum. Nescio hominem istum, non novi illum. Sed heus tu, Petre, ubi tuum illud: Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo?

in Ioan.

Aug. tr. 113.

Ecce, inquit Augustinus, columna firmissima ad unius auræ impulsu tota contremuit. Ecce caput illud aureum ad unius lapilli contactum in parte fictili comminutum ut corruit!

Psal. 11.  
Hieron. in  
Ija. 63.

Salvum me fac, Deus, quoniam defecit sanctus, quoniam diminuta sunt varietates à filiis hominum. De Petro confidentissimo, & in fidei veritate firmissimo hæc intelligit Hieronymus.

Aug. serm. 4.  
post Domin.  
Psal. ser. 1.  
Matth. 26.

Ceterum de hac re totâ Augustinone sic differenter audiamus. In lectione evangelicâ, Fratres, audivimus, Dominum dixisse discipulis: Omnes vos scandalum patiemini in hac nocte propter me. Cui Speranza Scriptura selecta.

A Beatus Petrus ait: Etiam si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor.

Sed Dominus inspector cordis respondit, & dixit: Amen dico tibi, antequam gallus cantet, ter me negabis. Ille autem dixit: Etiam si me mori oportuerit pro te, non te negabo.

Videte, Fratres charissimi, verus, & celestis medicus venam cordis inspexerat, & quâ horâ tentationis pondus, vel infidelitatis frigus venturum erat, prædixerat.

Medicus prædicebat, & ægrotus negabat. Sed ubi ad horam ventum est, falsum fuit, quod promiserat homo, & verum apparuit, quod promiserat Deus. Quid enim homo sine Dei gratia possit, timor Beati Petri Apostoli evidenter ostendit:

per solum enim liberum arbitrium, non addito etiam Dei adjutorio, promiserat se pro Domino moriturum. Sed quid est

C homo sine gratiâ Dei, nisi quod fuit Petrus: cum negaret Christum? Et nisi quod ait Propheta: Omnis caro sanum. Et ided Beatum Petrum paululum Dominus subdeseruit, ut in illo totum humanum genus posset agnoscere, nihil se sine Dei gratiâ prævalere, & ut Ecclesiæ Rectori futuro, ignoscendi peccantibus, quædam regula poneretur. Credenda enim erant

Petro Apostolo claves Ecclesiæ, immò Petrus lapsus, credita sunt ei claves regni celorum. ut ignoscendi peccantibus re-

D Credenda quoque ei erat populorum innumera multitudo, quæ esset pro luxuriam accinaturæ vitiis, passionibus, culpis involuta, atque peccatis. Denique ad eum Salvator dicit: Tibi dedi claves regni celorum. Matth. 16.

Deinde sequitur: Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in celo; videlicet ut in clavibus fidelis janitor, in sententiis esset clementissimus dispensator.

Erat enim reverâ hic Petrus paulò durior, & severus, sicut ejus austeritatem truncata ob Christi injuriam servi sores.

Principis Sacerdotum declarat auricula. Hic igitur tam durus, tamque severus, si donum non peccandi à Domino fuisset adeptus, quæ venia commissis populis donaretur? Sed idcirco divinæ providentiæ secretum ita temperavit, atque permisit, ut primus ipse laberetur, ac rueret in peccatum, quòd erga peccantes durior sententiam proprii casus intuitu

Ut mitesceret, cecidit.

Cccc tem-

temperaret. **Quantum** igitur divini A muneris erga salutem hominum, quantum curæ, quantumque sollicitudinis impendatur, advertire. Totius corporis morbum in ipso Capite curat Ecclesiæ, & in ipso vertice componit membrorum omnium sanitatem, in ipsâ confessionis Christi crepidine, in ipso immobili fidei fundamento. in Petro scilicet illo, qui dixerat: *Etiamsi me oporteat mori rectum, non te negabo.*

Hic est Petrus, qui di vinâ revelatione prior omnium veritatem meruit confiteri, dicens: *Tu es Christus Filius Dei.* Hic tantus, & talis venit ad illam noctem, in qua Dominus tradebatur, & cum se calefacere veller ad prunas, accessit ad eum puella, & dicit ei: *Et tu hesternodie cum homine hoc eras.* At ille mox respondit: *Nescio hominem istum.* Quid agis, ô Petre, futuræ Rector Ecclesiæ? quid loqueris? Intuere, quid sis interrogatus, vel quid interroganti responderis. Vox tua repente mutata est. Hoc est omne illud, quod cito, sed non cauto sermone promiseras? Hoc est torum quod etiam omnibus negantibus, te usque ad mortem perseverare juraveras? Nondum fidem tuam aliquis tentavit, atque discussit: nondum te ob Christi negationem adversarius trahit ad publicum: nondum es apud Reges, & Præsides propter nomen ejus exhibitus: non tibi flagella, nondum sunt admota tormenta. Quis porro est, qui te interrogat, quod tam cito negasti? Non est servus, non Pharisæus, non Seriba, non Sacerdos, non miles, non Centurio, non spiculator, nullus postremo eorum, qui auctoritate suâ posset formidinem incutere confidenti: mulier te simplici voce interrogat, & fortasse nec proditura confessum; nec verò tantum mulier, sed puella, & non solum puella, sed ostiaria, vile proculdubio, abjectumque mancipium. **O res stupenda!** Puella accedens fidem Petri discussit: & mirum, si soliditatem Petri non turbo, non imber, sed roris levissima gutta transfixit. Petrus labia puellæ non sustulit, sed ubi locuta est, ille turbatur. Processit sermo puellæ, & immobilis columna concussa est.

Joan. 18.

Sed ut jam utilissimum hoc punctum Petrus lapsus, in sua puncta dividamus, unde quæso, id ex præfidentia, factum est unde culminis hujus Apostoli casus, ac ruina?

Primò cecidit Petrus, ut ex Augustino jam accepimus, quia præsumpsit. *Ego Psal. 29. dixi in abundantia meâ. Chald. Ego dixi, Chald. cum sederem in fiducia: Non movebor in æternam. Sed: Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus: vel cum Pagnino: Et Pagnini. sui territus.*

O verum humanæ vilitatis exemplum! ô unicum nostræ infirmitatis specimen! Petrus ad modicum, & in momento sibi à Deo relictus, in tantum peccati profundum corruit. Humana igitur fragilitas se præcipitare novit, cadere scit, prorvire in barathrum assuevit. Quis Petro fortior? En verò, quia sanctitas, & fortitudo relicta cadit?

Præquam scilicet humilem, ego dicitur. *Psal. 118. C liqui.*

Obtrivit nimirum Dominus, ô Petre, *Jerem. 2. confidentiam tuam.*

Non igitur te extollas in cogitatione animæ *Eccli. 6. tua, velut taurus.* (Hugo Card. qui ex pinguedine, & fortitudine superbit, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam (ex Interlineari, clarionis,) & folia tua (verborum) comedat, & fructus tuos (operum) perdat, & relinquaris velut lignum aridum (sine virore dilectionis) in eremo (inter steriles maiorum actiones.)

Qui se existimat stare, videat (per humilitatem) me cadat. *1. Corint. 10.*

Si columnam templi levicula aurant concutit: si annosam quercum tam exiguum, lenisque flacus eradicat: *Si hoc in viridi ligno, in arido, in arundine, in calamio jam quassato quid fiet?* Columna tantæ apud se firmitatis, leni autem, ac ferè halitu solo vocis ancillaris dejecta, procubuit! Sic, sic sequitur superbos ultor à tergo Deus. Sic illi valde superbos, valde deicere in motu est: *Humilians peccatores Psal. 146. usque ad terram. Verè, verè nunc. Vnamulier Hebræa fecit confusionem. Judith. 14.*

Noli ergo altum sapere, sed time.

O quam aliàs demissiùs de seipis Apostoli sentientes, cum audito Christi verbo,

Matth. 26.

bo, *Vnus vestrum me traditurus est, contristati valde ceperunt singuli dicere: Nunquid ego sum Domine? Verum unde contristati? an forte conscientia quisque suae conscientiae non erat? Contristati sunt, inquit D. Leo, non de conscientiae reatu, sed de humana mutabilitatis incerto, timentes, ne minus verum esset, quod in se quisque noverat, quam quod ipsa veritas providebat.*

Sic, sic cavendum, sic formidandum, Fratres, ne propositorum nostrorum veluti columae in humane nostrae constantiae, mutabilitatisque basi fundatae, cito corruant, ac perfringantur.

Prov. 14.

In timore Domini (non in praesumptione) fiducia fortitudinis.

D. Leo, ser. 9. de Pass.

Ob hoc, inquit D. Leo, Petrus haesitare permixtus, ut scilicet in Ecclesiae Principe remedium poenitentiae conderetur, & nemo auderet de sua virtute confidere, quando mutabilitatis periculum nec Beatus Petrus potuisset evadere.

August. Superbis uti loquere.

Audeo dicere, inquit Augustinus, superbis esse utile cadere in aliquod apertum, manifestumque peccatum, unde sibi displiceant, qui jam sibi placendo ceciderant: salubrius enim Petrus sibi displicuit, quam sibi placuit, quando praesumpsit.

Secundò cecidit, quia in domum lubricam, hoc est, in aulam, ac in palatium introivit. Ambrosius: Petrus non negat in monte, non in templo, non in sua domo, sed in Pratorio, in domo Principis Sacerdotum. Ibi negat, ubi Iesus ligatus est, ubi veritas non est.

Ambros. in Cant. D. Th. Luc. 22. Et ex lubrico aula.

Job. 12. in c. 26. Matth. Psal. 121.

Quis diu consistat, ait Cyprianus, in lubrico positus? Ita pulchrè Paschasius: Non erat tunc Petrus in atriis Domini, de quibus canitur in Psalmo: Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Jerusalem; neque in atriis domus Dei nostri, sed in atriis Caiphæ, & in domo ejus, in qua Iesus vincit teneatur: & idè in eà non agnoscitur, quia in eà nullus erat, qui lucem videret. Erat quidem in eà ignis ardens, sed malè consumens, qui nec frigus pellebatur mentis, nec fugebat tenebras noctis, sed inflammabat ad facinus ardore impietatis: Et nota, (inquit ad mores, ut affolet Hugo Cardinalis) quod Petrus semel intravit Curiam, & ibi vigorem animi

Hugo Card. in Matth. 26.

A perdidit, & Christum negavit: quid si diu Aulam semel permanisset in Curia? Videte, ne (in aulis ingressus Praefertim Principum) à fide excidatis.

Si absorberit eum (fortè ambitio) de loco suo (humili ad sublimiorem), facile negabit eum (cum Petro,) & dicet: Non novi te.

Quid enim ut plurimum in aulis nisi Aulis perfidia? Infidam Curiam appellavit ille, familiaris, quod sæpè nec hominibus, nec Deo fidem praestet.

Et abierunt viam multam valde, & in- troierunt Curiam. Hugo Cardinalis: Ibi agebant cum fraude, & potentia. Seneca in Agamemnone: Non intrat, inquam, regium limen fides.

O quam modica fides, quam exigua Dei cognitio in aulis! Stetim ac Magi ad Herodis aulam appropinquarunt, stella retrahere sese coepit. Ita planè vix aliqui in aulam pedem inferunt, cum statim Dei lumen amittunt.

Seneca percontatus, cur relicta Nerone aulam in rus quoddam suburbanum se recepisset? Quia, inquit, ex tot palatii cubiculis, tum inferioribus, tum superioribus, celum videre non possum. Hinc optimè Nazianzenus aulicis pro egregio suo iudicio semper infensus: Valeto, inquit, Imperatores, & palatia, atque omnes Imperatoris famuli, & cubicularij, siquidem Imperatori fideles, haudquaquam certum habeo, Deo autem magnà ex parte infidi.

De Regis Abimelechi aulam loquens Abraham: Et cogitavi, inquit, mecum discens: Forsitan non est cultus Dei in loco isto. Sanè de plerisque aulicis verissimè cogitavit.

Exeat, exeat à quorundam aulam, qui Lucanus, vult esse pius.

Ut id praestitit Moyses, qui maluit asstare cum populo Dei, quam temporalis peccati (regiarum deliciarum, & communicationis cum impiis) habere iucunditatem.

Fugite, fugite de medio Babylonis, & salvet unusquisque animam suam. Quid etenim Babylon, nisi confusio? Quae verò alibi major, quam in confuso illo aulicorum ordine?

Aulam semel ingressus Praefertim Principum) à fide excidatis.

de loco suo (humili ad sublimiorem), facile negabit eum (cum Petro,) & dicet: Non novi te.

Aulis perfidia? Infidam Curiam appellavit ille, familiaris, quod sæpè nec hominibus, nec Deo fidem praestet.

troierunt Curiam. Hugo Cardinalis: Ibi agebant cum fraude, & potentia. Seneca in Agamemnone: Non intrat, inquam, regium limen fides.

Matth. 2. stella retrahere sese coepit. Ita planè vix aliqui in aulam pedem inferunt, cum statim Dei lumen amittunt.

Ex aula cubiculis celum videre Seneca non poterat. Naz. or. 32.

Gen. 20. Aula fides suspecta Abraham.

Hebr. 10. Theoph. & Theod. ibid.

Ierem. 51.



*Ibb. 10.  
Iuda. ep. 13.  
Gloss. ibid.  
Aula mala  
varia.*

*Lyran. ibid.*

*Hugo Card.  
ibid.*

*Isa. 19.  
Margin.*

*Interlin.  
Sā in notat.  
ibid.*

*3. Reg. 19.  
Bern. l. 4. de  
consideratione.*

*Aulicorum  
mores à S. Be-  
nardo expressi.*

*B. Laur. Iust.  
de triumph.  
Christi agone,  
c. 8.*

Ibi certe in ordine nullus ordo, sed ferè sempiternus horror inhabitat. Ibi verè sidera errantia. (Glossa, quæ aliis causa naufragii sunt) Ibi nubes sine aqua (obscurantes Solem, ponentes in cælum os suum) quæ à ventis circumferuntur (superbiæ moribus, & vanitatis) Ibi fluctibus feri maris (id est, inquieti, & bonorum turbativi) despumantes suas confusiones. Hugo Cardinalis: Ex concursu undarum spuma generatur; ita aulici ex concursu in se invicem spumant. Et benè, quia duo contraria habent in se ipsis, natura enim eos deprimat, sed superbia erigit, & ita in confusione sunt. Unde Isai, 19. *Confundentur, qui operantur limum (retia ex lino) plectentes, & texentes subtilia (nallas vel retia) & erunt irrigua eius siccantia, omnes, qui faciabant lacunas ad capiendos pisces. Sculti Principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipienti. Ibi denique arbores autumnales, infructuose, nullam utilitatem vel sibi, vel aliis facientes, bis mortua, eradicata. Sā peracutè: sine radice fidei, & charitatis.*

Et verè; non enim in igne (atrij, aulaque) Dominus, non in romanatione (aulicorum) Dominus; sed in sibilo aura tenuis, quæ Curias perficere haud solet.

Hinc ad Eugenium Bernardus: *Claustrum quosdam malos recipit, quos ut plurimum bonos efficit: ut Curia bonos facilius recipere magis, quàm facere consuevit.*

Verum quinam aut quales plerumque aulici? Idem: *Hi sunt, qui subesse non sistent; præesse non norunt, superioribus infideles, inferioribus importabiles. Hi inuerecundi ad petendum, ad negandum frontosi. Hi importuni; ut accipiant; ingrati; ubi acciperint. Docuerunt linguam suam grandia loqui, cum operentur exigua. Largissimi promissores, & parcissimi exhibitores. Blandissimi adulatores, & mordacissimi detractores. Simplificissimi dissimulatores, & malignissimi proditores, &c.*

Heu! quò igitur, Petre, devenisti? Paulò ante, inquit Laurentius Justinianus, cum Senatoribus cæli, terræque Principibus, præfente Verbo habitare solebas, nunc cum vilissimis resides, & indignis? Tuas prius divinis eloquiis accommo-

dabassis in præsentiarum autem nugis, obtreccionibus, blasphemis? fovere decem consueveras dilectionis incendia: & modò remissus, & gelidus foveris, ut invidus? Obsecro te, ut ad tui considerationem redeas diligenter, & ubi, cum quibus, & qualiter sic maneat, perpendere velis.

Aulam igitur, Fratres; ac aulicissimum huius mundi fugiamus, caveamusque, ne latenter hic morbus in animum nostrum irrepat, qui ex ipso apostolatus culmine, hoc est, à supremâ perfectione, si ad hanc fortè jam pervenerimus, ad infimam sæcularis, pristinaeque conversationis miseriam paulatim nos derurbare, ac revocare possit.

O quam latenter, paulatimque, ac ferè nobis vix sentientibus, periculosus, perniciosusque hic aulicissimi morbus subintrat! Et quidem primò specie lucrificandi ipsos Principes, ac Magnates, conciliandique eos ad divinum obsequium, mox ad nos ipsos eorum gratiam retorquemus. Bernardus: *Clericum Curiam frequentantem, qui non sit de Curia, ad idem noris pertinere ambientium genus.*

Signa morbi non obscura ea sunt, si quis frequentius eos adeat, si cum abstinere, sentit desiderium præsentia, & concupiscentiam illorum: si eorum rebus, ac negotiis, tanquam propriis, se affici sentiat: si Principes, ac Magnates sibi, non Religioni, aut Congregationi conciliet: si observantia, & obedientia incipiente jam illi serdescere, se factum arbitretur ad magna si mediocritatem, ac humilitatem religiosam incipiat molestè ferre, quòd commoditates, & curiosiora requirit: si jam ferè mollibus vestiri cupiat, quia sepius in domibus Regum sit: si domesticam Religiosorum conversationem, præferat simplicium, aspernetur: si Superiorem interea hæc monentem, quasi malevolum, ac invidiū, iniquus ferat. Hæc, & huiusmodi si adsint, quicquid decepta, & deceptiva tentio possideatur, certum est, morbum animum occupasse, jamque Religionem, ac professionem cum Petro perfidè denegandam.

Tertio cecidit, quia manu linguæ ancillulæ impulsus fuit.

*Aula frequen-  
tatio cur su-  
gienda.*

*Bern. quo  
suprà.*

*Aqua, in in-  
dus, ad curan-  
dos animi mor-  
bos, c. 15.  
Aula amore  
captæ anima  
signa.*

*Petrus adhuc  
cecidit vilis-  
sima dejectus  
muliebri.*

*Vinum*

Ecol. 19.  
Gen. 3.  
D. Maxim.  
hom. 2. de La-  
rone. Petr. &  
mucilla.

Vinum sanè, & mulieres apostare faciunt Sapientes.

Adam; ubi es? Abscondi me, inquit, ed quod nudus essem. Mulier dedit mihi de ligno: & comedi. Non bona certe ostiaria (sic eleganter fatur D. Maximus) qua Petrum idèd in domum Sacerdotis includit, ut à fide Salvatoris excludat. Malè Adam induxit Eva: malè Petrum introduxit ancilla. Illa exclusit à Paradiso: hæc exclusit à Christo. Illa persuasione suâ virum decepit: hæc interrogatione suâ Apostolum circumseripsit. Illa ad prævaricandum Adam impulit: hæc Petrum compulsi ad negandum. Et idem sexus in utraque ostiariæ officium gerens, aut exclusit à vitâ, aut inclusit ad mortem.

D. Laur. Iust.  
de triumph.  
Christi agono,  
c. 8.  
Mulieribus ad cir.  
fraudes perfre-  
quenter abuti-  
na demon.

Eadem est animi D. Laurentii Justiniani conceptio. En inquit, mulier, quæ malè suscipiendo Adam de Paradiso expulit, Apostolorum Principem tentando de atrio ejecit. En pari elegantia ad mores subdit: Sexus hic muliebris semper suspectus est: illo robustissimos telis fœmineis prostravit viros? Quot ab initio sæculi damnavit fraudibus mulierum? Non armatos advocavit milites, ut debellaret Apostolum: unius mulieris lingua Christianæ militiæ devicit ducem. Quid de membris inferioribus sperare poterit Belial, quando Ecclesiæ Principem sic leviter superavit: Superavit, inquàm, cum illi negationis vulnus infixit.

Mulier etiam  
timent Petro:  
excitabilis fuit,  
quid erit  
amanti?

Heu igitur, dilectissimi quanto exitio fœmina erit amanti, si tanto exitit Petro, non quidem amanti, sed timent? Quis mulierum captus amore propè dei facturam non faciet? Salomon ardentissimo fœminarum amore nonne secutus est: Deos alienos? Nonne colebat Ashtarhem Deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum, aâfica vitæ suum Chamos idolo Moab in monte, qui est contra Jerusalem, & Moloch idolo filiorum Ammon, atque in hunc modum fecit universis uxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant Deis suis?

Greg. l. 2.  
Mor. 13.

Gravissimè uti solet, Gregorius: Salomon immoderato usu, atque assiduitate mulierum ad hoc perductus est, ut templum idolis

A fabricaret: & qui prius Deo templum construxerat, assiduitate libidinis etiam perfidia substratus, idolis construere templa non timuit; sicque factum est, ut assidua carnis petulantia usque ad mentis perfidiam perveniret.

Maxima nimirum ad idolorum cultum, & hæresim dispositio est carnis licentia, ac effrænata libido. Hæc ad versum te punit (ait Angelus, objurgans Episcopum illum Pergamensem) quia habes

Apoc. 2.

B illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israël, edere & fornicari, ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Hi subveisti à Nicolao Diacono, è sanctissimis illis septem uno, qui carnis voluptatibus addictus descivit ab Ecclesiâ, & in turpissimas lapsus est hæreses, veluti ajunt Irenæus, Tertullianus, Hilarius, Epiphanius, & Hieronymus, dicebant, licitum esse fornicari, necessariumque esse ad ipsam salutem libidini operam dare.

Num. 24.  
Iren. l. 1. ad ver.  
bates. c. 27.  
Fornicari con-  
cessum primi  
Nicolaita do-  
cebant.  
Tertull. de  
preser. Har.  
Hilar.  
Epiph. har. 25.  
Hieron. ad  
Heliod.  
Psal. 137.  
August. &  
Theod. ibid.  
Mulierum tur-  
pis amor ad hæ-  
resin perducit.

C Heu! in quale barathrum libido, ac mulier impellit! Heu! quo præceps luxuria ruit! Memor esto, Domine, filiorum Edom, (Augustinus, id est, carnalium hominū) qui acunt: Exinavite, exinavite usque ad fundamentum in eâ: hoc est, juxta Theodoretum, ex fundamentis ipsam (sudem) convellite, ut ne vestigia quidem fundamentorum remaneant: Filia Babylonis misera!

D Babylonica illa meretrix circumdata purpurâ, & coccino, & inaurata auro, habens poculum aureum, Hugo Card. id est, scientiam Scripturarum, clarum quidem in se, & propter hoc aureum, in manu sua, id est, in operatione perversâ, eam enim exponit secundum opera sua: secundum voluntatem suam, sic inveniet interpretationem: & propterea sequitur, plenum abominatione, id est, errore prævaræ expositionis, & immunditiæ fornicationis ejus: docebit enim immunditiam carnis, sequens caput suum, de quo Danielis 11. Et erit in concu-

Apoc. 17.

Hugo Card.  
ibid.

E piscentiâ fœminarum. Meretrix, inquàm, hæc mater fornicationum, id est, perversorum dogmatum, sedebat super bestiam coccineam, id est, super Diabolum, suâ impetuositate omnes ad mortem trahentem: nullius etenim fræni, aut retinaculi

Ecol. 32.

Dan. 12.

Cccc 3 hic



hic ulla sit mentio; quia luxuria ad hæreses usque effrañis, præcepitque ruit: *Sedebat, inquit, super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemie.*

2. Tim. 3.

Ita est. Fratres, mulier ad hæresim perducit. Ex his, ait Apostolus, sunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis. Moxque subdit: *Homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Ut unum ex alio, ex luxuriâ scilicet ja&ura fidei! Sic alibi: Manifesta sunt opera carnis. Quænam Apostole? Fornicatio, immunditia. Mirabor, si non addat: Idolorum servitus.*

Apo. 1.

Hinc Hæretici in Apocalypsi locustarum nomine censentur, & ad innuendû effœminatam eorundem naturam, ad luxum penitus, mollémque vivendi rationem, potissimumque ad libidinem propensam, atque proclivem, cum capillis mulierum describuntur: *Et habebant, inquit Joannes, capillos, sicut capillos mulierum.*

Et hæresum omnium vehiculum est. Hieron. ad Cresiph.

Hæc cunctarum ferè hæresum vehiculum, quod nimirum citissimè quoquod perveniuntur Eruditè observat Hieronymus in epistolâ ad Cresiphontem adversus Pelagianos Hæreticos, penè omnes ad suas hæreses adituendas, ac latè per orbem pervulgandas, fœminarum adminiculo, ac ministerio usos fuisse. Simon Magus (inquit rem altius reperens) hæresim condidit Helenæ meretricis adjunctus auxilio: Nicolaus Antiochenus choros duxit fœmineos: Marcion Romam præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet: Montanus, immoderandi spiritus prædicator, multas Ecclesias per Priscam, & Maximillam nobiles, & opulentas fœminas primùm auro corrupit, deinde hæresi polluit.

Tertull. lib. contra Pſychicos. Exod. 32.

Quid plura? Jam, ni fallor, ad illius acumen lectionis apud Tertullianum pertingo, qui de peccato populi circa vitulum fatuus: *Sedit, inquit, populus manducare, & bibere, & surrexerunt scortari; pro eo, quod nos legimus: Et surrexerunt ludere.* Subditque pulchrè: *Pro vitulo ergo, & cum vitulo vitulati sunt. Nec mirum, nam quemadmodum ait Ambrosius: nbi coepit qui luxuriare, incipit de viare à fide verâ, sedit populus manducare, & bibere; & resili sibi Deos poposcit.*

Amb. ep. 36. ad Sabinum.

A Hinc tam sæpè fides cum castitate. Ex. 1. Tim. 4. *emplum esto fidelium in fide, in castitate. In omni pietate, & castitate. In ore eorum (virginum) non est inventum mendacium (infidelitatis.)* E contra luxuria simul, & recessus à fide. *Erunt homines se ipso amantes, incontinentes, & voluptatum magis, quàm Dei amatores, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & multi sequentur eorum luxurias. Venient in deceptione illusores juxta proprias concupiscentias ambulantes, &c. Ut ex his, aliisque permultis locis facile intelligas, luxuriam aut esse cum infidelitate, aut ad infidelitatem perducere.*

Hinc denique 2. Machæorum 4. cum Jason, Oniæ frater, ad gentilem ritum tribules suos transferre vellet, non nisi id gymnasio, & ephebiâ, id est, lupanari, & protibulo epheborum assequi posse cogitavit, nullibi ratus cæcisi citius impietatem, quàm in scholâ impudicitiam.

Cæterum quis ad hæc non perhorrescat luxuriam, per quam non solum ad infidelitatem, verum etiam ad ipsam, et atheismum facile perducatur? *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. At quis, rogo, insipiens magis, quàm homo carnalis? Quid major est voluptas, dixit quondam Tullius, èd magis mentem à suâ sede, & statu dimoveret. Venus Græcè, juxta suum etymon, quasi sine mente, ve sine, vs verò mens. Certè voluptarij, quorum Deus solum venter est, & gloria in confusione. id est, in luxuriâ, non est alius Deus; unde & subditur: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis; fundamentum enim, & radix impietatis, inquit ibidem Theodoretus, vitæ corruptela est.*

Annon inde & illi huc pervenere? *Dixerunt impij cogitantes apud se non rectè: Exiguum, & cum radio est tempus vite nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est, qui agnitus su reverſus ab inferis, quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquàm si non fuerimus. Ubi appositè Glossa: Vox hæc perditorum est, qui tanquàm bruta animalia, quæ presentia sunt, amant, & futura, despiciunt, nec post hanc vitam requiem æternam sperant. Unde non secus ac ipsi Athei subdunt:*

Sap. 2.

Glossa apud D. Bonau. ibid.

subdunt: Venite ergo, & fruamur bonis, quæ A sunt (modò, quoniam, an alibi bona sint, ignoramus) & utamur creaturâ, tanquam in iuventute celeriter (ne celeriter nobis hæc bona pertranseant.) Vino pretioso, & unguentis nos impleamus, & non pertranseat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratum sit, quod non perit anseat luxuria nostra. Nemo nostrum exorsit luxuria nostra, ubique relinquamus signa latitæ, quoniam hoc est pars nostra, & B hæc est pars nostras, & nihil præterea speramus. O luxuriam, quæ ad ipsissimum atheismum perducis!

Isach. 8.

Chald.

Quid Numinis, quid religionis, rogo senioribus illis, qui ramis natibus applicatis in signum luxuriæ (Chaldaicè enim est: adducunt confusionem ad facies suas) dorsa habebant contra templum Domini? an non propriè Athei?

Hieron.

Cavendum ergo primùm à mulieribus, ab aspectu, à colloquiis, à frequentia: nam, ut ait Hieronymus: Prima tentamina sunt mulierum frequentes accessus. Nec aliud, credite, communis hostis ardentius optat, quam homines à Deo per carnis luxuriam revocare.

At lachrymis mea vita viret. Lachrymosi Penitentis tho. Caterùm ipse sub hoc tristi corde symbolum amarantus. Verè hoc ille, & ingeniosè sub amarantus exscribam; ac multo verius: Et lachrymis mea vita viret.

Et cepit flere, inquit Marcus: quia nimirum à fletu postea nunquam destitit: Petrus suam sed dum vixit, singulis diebus, per aliquod negationem temporis spatium, negationis suæ peccatum detota vitâ fleavit. Sic D. Clemens. Unde & oculos sem-

Marc. 14.

Petrus suam sed dum vixit, singulis diebus, per aliquod negationem temporis spatium, negationis suæ peccatum detota vitâ fleavit.

vit.

per quasi sanguine resperfos habuit, quod eos D. Clem. in perpetuis serè lachrymis fatigaret. Sic Nicophorus. Quin adeò largitus ploravit, ut jugis Nicoph. l. 2. ipsa lachrymarum unda ex oculis manans c. 36.

Nicoph. l. 2. ipsa lachrymarum unda ex oculis manans c. 36.

quasi sulcos, ac veluti cuniculos, & aqueductus in maxillis effecerit. Sic idem Clemens. Unde & dicere poterat: Facies mea intumuit à fletu. Neque ob id longius abest, D. Clem. in qui illud: Et cepit flere, ad Hebraicum transtulit: Et erupit in fletum; quia scilicet totum in lachrymas se solvit amaras.

Lachrymis etus in maxillis effecerit. Sic idem Clemens. Unde & dicere poterat: Facies mea intumuit à fletu.

D. Clem. in qui illud: Et cepit flere, ad Hebraicum transtulit: Et erupit in fletum; quia scilicet totum in lachrymas se solvit amaras.

Quid autem mirum? statim enim ac Dominus dirupit petram, fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt.

Psal. 114.

Ipsè nimirum, ipsè est, qui convertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Unde,

Psal. 113. Isa. 35.

Et quæ erat arida, in stagnum. Ut fluminis impetus lætificaret civitatem Dei.

Psal. 45.

PETRI LACHRYMÆ. D

PUNCTUM X.

Et egressus foras fleuit amarè, Luc. 22.

Isach. 8.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei Theodoretus: Hoc est, fluminis instar lachrymas profundebam. Hieronymus, rivus; Chaldaeus, fluentia; Pagninus, pelagi aquarum fluebant de oculis meis. Ambrosius: Per exitus aquarum descenderunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam, ne se videlicet unquam clauderent radiis tuæ lucis.

Isach. 47.

Fuerunt & mihi lachrymæ meæ paves die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus? Heu! heu! & potui te negare? nec, quoad vixero, illa lachrymabor?

O, ô felices lachrymæ, quæ ut eleganter ait D. Leo, ad diluendam culpam negationis virtutem sacri habuere Baptif-

D. Leo.

quod tam felicibus lachrymis expiatum est! Lachryma siquidem, ait Petrus Cellensis, sordida lavant, decorant fœda, suscitant mortua. Demergit lachryma populorum crimina. Lachrymâ diluvium est peccatorum. O lachryma diluvium peccatorum. Lachryma (exclamat August.) tu contra rivum hominum suave solatium, qua passionis Christi es vicaria. Et planè vicaria, quod à culpis absolvat, quod sordes, & maculas vicariâ potestate, atque virtute detergat.

Lachryma Peccatis! O felix (si dicere sic licet) crimen, tri vim habuerunt baptif-

Cellensis, sordida lavant, decorant fœda, suscitant mortua. Demergit lachryma populorum crimina.

Lachrymâ diluvium est peccatorum. O lachryma diluvium peccatorum.

Lachryma (exclamat August.) tu contra rivum hominum suave solatium, qua passionis Christi es vicaria.

Et planè vicaria, quod à culpis absolvat, quod sordes, & maculas vicariâ potestate, atque virtute detergat.

Et passionis Christi vicaria.

O verè lustrales aquas! (sic disertè clamat in oratione Pelicanus, cujus ex fletore, & corde pretiosum hunc ad peccatorum vitam sanguinem fundo) ô undas expiatrix! ô piacularis latices lachrymarum! ô culparum balneos salutare! Quod nam, aqua animarum?

Ant. Franc. Felic. orat. in S. Iulian.

Et lustrales nam, aqua animarum?

nam, quæso, tantum est scelus, Fratres, quo anima nostra sordescat, quod hac undâ ablui, mundarique non possit? Quæ criminum macula ita potest cæno in quinamento hominem sordidare, quæ hac doloris eluvie inundata non evanescat? Denigretur culpæ fulgine super carbonum nigredinem facies animarum: his aquis aspersa, super candorem nivium dealbabitur. Contaminetur animus criminum fœditate, scelerum maculis obsolescat, peccatorum cæno involvatur: lavetur hoc balneo, mirum quanto peifulus nitore splendescet.

*Psal. 50.*

*Chryf. ser. 2. in ser. 5. Pass.*

Chrysol. Pretiosus est, Fratres, poenitentia fructus: quia quod defendi non potest, abluere potest: lavant lachrymæ congeriem peccatorum. Quam pretiosa lachryma, quæ extergunt culpam, & exigunt veniam!

*Abb. Gell. lib. de panib. c. 12.*

Pulchrè Abbas Cellens. Mirum in hoc artifice Dei ingenium, ut lachryma de venis erumpens peccatorum profusa humiliter, absorberet omne peccatum. Nimirum non de mari, sed de oculi gutta ad animorum munditiem Deus compendiarit lacrum. Unde Chryf. Peccasti luxisti? Peccatum solvisti.

*Chryf. hom. de eaco nat.*

Eapropter Ambrosius in morte Satyri fratris, cui piè Mediolanenses lachrymis parentarunt: Eleverunt, inquit, juvenes, fteverunt senes, & quod est pretiosus, lachrymis suis ejus delicta laverunt. Illa, illa (subdit) lachrymæ sunt redemptrices, illi gemitus, qui dolorem mortis abscondunt.

*Fons in quo extincta funalia reviviscant.*

*Dan. lib. 2. Epist. ep. 17.*

O lachrymas! ô oculos! ô fontes (iterum dico) salutare! Extollat famæ præconiis veri semper elevatrix Antiquitas quendam in naturæ miraculis fontem, quod in eo (Authore Solino) extincta funalia reviviscant, de quo Damianus: Quis in Epiro alium fontem ita mirabilem præbuit, ut cum sit contractantibus frigidus, in eo tamen faces, ut in cæteris extinguuntur accensæ, sed non ut in cæteris accendantur, extincta? Fortasse est hoc naturæ monstruosa fœtura: fortasse hoc, & id genus alia, mendacia sunt splendida literarum. Homo, homo mundi prodigium, homo naturæ miraculum, non unum, sed geminos, hâsque admirandos gerit fontes in fronte. Oculi, oculi, inquam, sunt isti fon-

*Oculi fontes.*

tes. In his gehennæ incendia extinguuntur: in his fax extincta divinæ charitatis accenditur.

Pfalmographus: Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco, quem posuit. Hebr. Transseunt per vallem sletus, fontem ponent eam. Chaldæus: Peccatores autem, qui transeunt per profundum gehennæ, sientes, sletu, sicut fontem ponent illud. O quantæ ergo vis lachrymarum! (exclamat Chryf.) rigant calum, terram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latam divinam promulgatione sententiam.

*Psal. 43.*

*Genebr. ibid.*

*Chryf. ser. 93.*

*Lachrymæ extinguunt gehennam.*

Quam verè Augustinus, aut quisquis Author est sermonum ad Fratres in cremo: Omnes aqua non extinguerent scintillam ad Fratrem in unam in Inferno: una lachryma, si de puro, & eremo, contrito corde processerit, totum Inferni ignem (supple quoad præsentem justitiam) extinguunt.

Hinc Abbas Cellensis: Lachryma vibrata revaginat acies: erecta jam respicit supplicia. Et ad rem addit: Exundantes irrorat flammæ. Annon Petrus, dum scelus admissum illachrymatur, & dolet, gehennales faces extinguit in lachrymis; caelestes vero ignes jam extinctos ad ignem, ipsi accendit in fontibus lachrymarum?

Ad Averni igitur loca lachrymarum imperium protenditur: in ipsas gehennales flammæ extenditur ditio luminum lachrymarum. Sopire, sedare, restringere potest æterna illa incendia stillas & dolore lachryma poenitentis. Annon ergo magnum regnum hoc est? Et quidem magnum, sed non hic sua ponit confinia.

Cælo, cælo, inquam ipsi se infert. Habet ex Basilio, & Nazianzeno, & Inferno Basilicæ. nus codicem mortis, in quo Satanas Coccyro atramento, seu Stygiâ fuligine notat suos, juxta illud Prophetæ: Recedentes Jerem. 17. 13. à te, in terrâ scribentur. Habet & librum vitæ cælum, in quo cælo destinatos accolat adamantino stylo describit. Qui peccat, quoad justitiam præsentem, ex hoc deletur, in illo depingitur.

A:

At lachryma faciunt in illo lituram, & A felici penicillo in librum vitæ transcribunt. Lachryma volumini mortis est spongia deletoria: libro vitæ est candidum atramentum, & calamus adamantinus.

Lachryma peccatorum spongia.

Chryf. hom. 2. in Ps. 5.

Conceptus planè aureus, quia Chryfostomi. Peccata tua in libro scripta sunt: spongia autem instar sunt lachrymarum. Lachrymas mitte, & obliterantur: lachrymas funde, & purus ille liber invenitur. Magna peccatorum spongia sunt lachryma: magna lachrymarum vis est.

Psal. 50.

Dele, dele, ait lachrymans ille Rex, iniquitatem meam.

Ezech. 4.

Hinc & ad Prophetam Deus: Sum tibi laterem, scilicet crudum (velut ibidem Lyranus) & describes in eo civitatem Ierusalem, ordinabisq; adversus eam obsidionem, &c. Ierusalem obsessa (inquit illustri quidam ex neotericis Interpretibus) est anima posita in peccato, contra quam omnes divinæ justitiæ munitiones diriguntur. Verum hæc omnia in latere non decocto, sed erudo, qui facile aqua dissolvitur, describuntur: ut intelligamus, omnes divinæ iræ munitiones adversus peccatores dispositas, pœnitentiæ lachrymis posse dissolvi.

Corn. à Lap. ibid.

Isa. 2.

Lavamini, mundi estote. Lavamini à peccatorum maculis, lachrymis contritionis, ait Lyranus ex Interlineari, lachrymis pœnitentiæ; & venite, & arguite me, dicit Dominus. Et venite, & accutate me, tanquam ingratum (ita Paraphrastes) ante tribunal justitiæ meæ, si non respexero lachrymas vestras. Si fuerint peccata vestra ut coccinum (lachrymarum lixivio) quasi nix dealbabitur, si fuerint rubra, sicut vermiculus (lachrymis lota) velut lana alba erunt.

Chald.

O vere ergo latè patens lachrymarum imperium! Cæcæ tam quid sit in ipsum Deum iura sui propagat imperii? Mens illa divina cui nulla est immetitas universa, quæ omnium capax, oblivisci nihil potest, quæ non solum omnium se: ut habet rerum imagines, & ideas, sed ipsa sibimet est omniū, quæ sunt, quæ fuere, quæ futura videbit posteritas, & quæ fieri possunt, speculum, & imago: hæc,

Deo velut ob-  
livionem ad-  
ducunt lachry-  
mas.

Speranza Scriptura selecta.

inquam, omniscia mens, patitur à lachrymis nescientiam: per lachrymas divinæ menti inducitur quædam oblivio. Si impius egerit pœnitentiam, (quod est, si lachrymas peccator effuderit) omnium iniquitatum eius non recordabor. O gemitus ergo! ô lachrymas (dicam piâ audaciâ) Lachryma omnipotentes, si Omnipotenti expungitis culparum memoriam!

Ezech. 18.

Lachryma quasi omnipotentes.

Quid mihi, quæso, affertis, aut quid effertis Lethæa vestra flumina, ô veteres fabulosi? Amni quippe vestro Lethæo quidam fluvius non fuit in vestrum Iovem. A novius Lethæus, stris lachrymis sentit Deus nos ter oblivionis imperium: statim enim ac peccator venam aperit lachrymarum, & unda manat ab oculis, Deus, pedem mox ut intringit in aquâ, protinus omnium oblitiscitur peccatorum.

Et sunt velut quidam fluvius Lethæus.

O oculos! (licet iterum exclamare) imo, ô pocula peccatoribus salutaria, in quibus Deus omnium potat oblivio delictorum! Cessate, cessate jam veteres, vestro Numini fabuloso, mendaciorum pateris nectaros latices propinare: verum veri Numinis nectar, imber est lachrymarum. Hic dum ex oculorum nimbo profunditur, dum per genas doloris profluvio cadit, invisibilis gressu, festino gradu super astra conscendit, inter illa Beatorum convivium, inter illas felicium dapes apponitur, ipsoque Dei ore delibatur, ac sumitur.

Et nectar Dei.

Hæc Fratres, Christi est sitis, hic gustus est Salvatoris. Chrysologus: Pharisæi domum Christi intravit, non accepturus Iudæicos cibos, sed divinam misericordiam largiturus, neque acubuit pocula saporata melle, floribus odorata sumpturus, sed pœnitentiæ lachrymas ex ipsis oculorum fontibus potaturus. Deus (subdit) delinquentium gemitus esurit: sicut lachrymas peccatorum.

Chrysol. ser. 93

Lachrymas potaturus Deus.

Annon ergo cælo sese inferunt lachrymæ? Nec verò negandus est lachrymis in cælum appulsus, quando affinitas quædam inter cælum, & lachrymas intercedit. Cælum margaritæ simile perhibetur a Christo. Margaritam ipsa lachrymarum forma designat. Margarita scilicet est, quæ donatur à cælo, & è rore amaro, immo dulcissimo (quid enim dul-

Matth. 13.

D d d cius

cuis lachrymis pœnitentium?) formatur A  
 in conchyliis pupillarum. Pretiosa mas-  
 garita cælum est. Emitur hæc merces  
 pretio lachrymarum. Fuit contumelia,  
 fuerit Libyæ Regis barbara detestatio,  
 olim Romam fuisse venalem. Hæc no-  
 stra felix conditio est: cælum venale est.  
 Venditur, emitur, comutatur margarita  
 cælorum, margaritis oculorum. Hoc  
 est liberale commercium, hæc magnanimia  
 mercatura, hæc beatissima nundinatio.

*Et pretiosa  
 margarita,  
 quæ cælum  
 emitur.*

*Apoc. 7.  
 Psal 55.  
 Hebr.*

*Matth. 22.  
 Et arma, qui-  
 bus cælum ex-  
 pugnatur.*

*Lachrymarum  
 margaritis ni-  
 tent porta ca-  
 lorum.*

*Lachryma-  
 rum, & cali-  
 quædam na-  
 turalis cogna-  
 tio.*

*E lachrymis  
 cælum pendet.*

Itaque hæc pretia pretiosa cælorum B  
 foribus appenduntur, & ab ipso vendito-  
 re Deo ex oculorum ætariis absterfa, in  
 suo rationali æternaliter reconduntur.

Quod si regnum cælorum vim patitur, ut  
 est Verbi Dei divinum effatum, lachry-  
 mæ ipsæ sunt arma, quibus adamantei  
 postes expugnantur, quibus æternales  
 illæ fores refringuntur, & referantur.  
 Cælestes oras intantes animæ Beatorum,  
 in ipso cæli vestibulo affigunt margari-  
 tas, tanquam arma victorum, victoria-  
 rum insignia, ac titulos triumphorum.  
 Mentior, si non cælestis. Hierusalem porta  
 nitent margaritis.

Et verò ornant appositè portas cæli  
 margaritæ, quando cognatio naturæ  
 quædam intervenit inter cælum, & mar-  
 garitas. Si serenum est, si tranquillum,  
 felix concharum provenit genitura, insi-  
 gnes candore, lævore, pondere prodeunt  
 margaritæ. Si tonat, si nubilum est, si  
 turbidum, pallidæ proveniunt, rugosæ,  
 compressæ, abortus demum, non factu-  
 ra. Numeratur hoc in magnis laudi-  
 bus, è cælo pendere, faciem sortiri cum  
 cælo, cælo magis, quam pelago sociari.  
 Idem est, ut ita dicam, lachrymarum fa-  
 tum hæc nostrorum conditio unionum:  
 sed sorte beatiore, majore cum pretio,  
 nobiliore cum dote. Illic è cælo pendet  
 margaritæ: hic cælum pendet è lachry-  
 mis, sumit faciem ex harum facie marga-  
 ritarum. Iratum est cælum, ciet toni-  
 trua, sævit procellis: non si patula ora  
 concha diducat, serenatur. E converso  
 miniteretur cælum tempestates, & fulmi-  
 na, vibreret fulgura, nimbis desæviat in  
 eriminum ultionem: appareat una la-  
 chryma pœnitentis: prodeat, inquam,

una margarita in conchis oculorum, se-  
 nitur omnis ira cælorum, omnes minæ  
 cælitum abolerentur. O lachrymæ culpa-  
 rum antidota! O scelerum amuleta! O  
 irarum cælestium sedatrices!

*Lachryma se-  
 lerum amu-  
 leta.*

Quid hic insanus, infelix, & vana luxu-  
 rias? Quid in nimio cultu, superbo fastu  
 luxurias, ambitiosa libido? Decurris ad  
 Indos: Erythræi maris undas velo, re-  
 moque sollicitas: pelago te credis, infido  
 monstro: ventorum ludibrio te com-  
 mittis, è profundo mari tibi expiscatura  
 materiam, & candidas baceas detractura  
 conchis, quasi manubias pretiosas. Scilicet  
 adeunda sunt vitæ pericula, undosa  
 regna lustranda, scrutandi recessus inti-  
 mi scopulorum, aquarum penetralia vest-  
 figanda, ut pendeant ex auribus pretia  
 prædiorum, ut appendantur cervicibus  
 fœminarum integra patrimonialia, quasi  
 opima spolia devictæ saugalitalis, quasi  
 trophæa luxuriæ triumphantis. Scilicet  
 interdicienda sunt cælo tonitrua, nubes è  
 regione aëris ablegandæ, ut speciosi na-  
 scantur concharum partus, ad ornanda  
 colla, sinusque mulierum, ad librandas  
 aures ponderibus pretiosis. Huc, huc sur-  
 vota collimet sancta, & religiosa luxu-  
 rias. Huc Christianus luxus aspiret, ut  
 ornatas gestet genas harum decore mar-  
 garitarum, ut gravidos habeat oculos  
 unionibus lachrymarum.

Margaritis nomen unionis imposuere  
 Romanæ deliciae, quod nulli duo inve-  
 niantur indiffereti. At lachrymæ veriori  
 vocabulo appellentur uniones. Vel una  
 lachryma, criminum est lavacrum. Vel  
 una lachryma est cæli pretium. Lachry-  
 ma, inquam, una nos unit Deo, & infima  
 Superis reconciliat.

*Lachryma  
 merito unionis  
 appellentur.*

Miratis? Desine. Lachryma ipsum Dei  
 Filium ad nos inclinat (ita Abbas Cellenfis,) Abb. Cellenf.  
 & ad veram Trinitatem, interveniente Spi-  
 ritu, nos elevat.

Et annon ipse Dei Filius, filius lachry-  
 marum? Quidni? Lachrymæ, lachrymæ filius Christus.  
 parturire Christum. Sic Ambrosius. Amb. de pa-  
 David dicebat: Lavabo per singulas noctes nit. l. x. c. 8.  
 lectum meum, lacrymis meis stratum meum Psal. 6.  
 rigabo. Et idè meruit, ut ex ejus familiâ  
 Virgo eligeretur, quæ aobis partu proprio Chri-  
 stum

*Lachrymarum  
 filius Christus.*

Bach. ep. de  
recip. lapsis.Paradisum  
aut faciunt,  
aut inveniuntLachrymarum  
egregius faber  
Petrus.

Espicator.

i. Ioan. 5

Bernard.

Lachryma lin-  
guæ efficacio-  
ru.

Chryl. hom.

13. ad pop.

semper obtinet.

Chrysol. ser. 1.

in ser. 5.

Pass. in Oper.

Chryl. ost.

stum ederet. Ambrosio accinit & Bacchia-  
rius ponderans, cur ex eâ, quæ fuit Uria,  
nasci voluerit Iesus. Ait enim: Tu-  
lis filius nascitur ex poenitentia, ealem partu-  
riunt gemitus, & lamenta.

Quid plura? Aqua hæc, inquit, ubi su-  
prà Abbas Cellensis, aut facit, aut inuenit  
Paradisum. Felicissimæ lachrymæ, feli-  
cissime Petre. Hæc, hæc erant tuæ, ô Pe-  
tre, delicia: hæc erant & tua pretiosa de-  
fluvia: hoc fluxile tibi perpetuò pende-  
bat ex oculis, genisque monile. Tuas  
luminum conchas hi margaritarum fœ-  
tus oblectabant: fœcundabant illas hi  
partus madentium unioaum. Quid mi-  
rum, si cæli claviger effectus, quod ipse  
præsertim agnoveris lachrymarum pre-  
tium, optimus illarum artifex, & faber  
egregius? Quid mirum, quod nunc jam  
lætus plorator solis gementibus referes  
Paradisum? Tu etenim benè gementes  
agnoscis, quod tam diu benè gemueris.  
Tu probè lachrymarum, divitum, videli-  
cet margaritarum pretia novisti, quod  
eas feliciter in tui cordis, oculorumque  
pelago piscareris, quam cum retia in ca-  
pruram laxabas.

His, his, Fratres, Petrus divinam sibi  
misericordiam, veniamque promeruit. Et  
quid mehercule poenitentis lachrymæ  
non obtineant? Quodnam scelus (iterum  
rogo) quod lachrymis non donetur? Qui  
scit fratrem suum peccare peccatum non ad  
mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non  
ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo  
dico, ut roget quis. Vbi scitè Bern: Non dixit  
Apostolus: Non ploret quis: sed, Non oret:  
quia si ploras, obtinebis. Efficacior enim (sub-  
dit) coram Deo est lachryma, quam lingua:  
& plus fleatibus, quam orationibus fleatitur.  
Et rem ad rem firmat: Audio, inquit, Pe-  
trum flentem amare, non audio orantem, quia  
lachryma amara fleat Omnipotentem.

Pulchrè Chrylostom: Nemo ad Deum  
aliquando flens accessit, qui non, quod postu-  
lavit, accepit.

At quàm citò! Chryfologus: Videt se  
Petrus gravia vulnera sustinentem, dirigit  
preces ad Medicum per nuncios lachrymarum,  
& dicium confessum recipit antidotum.

A Nallum planè crimen est, nullum om-  
nino scelus, quod lachrymis non dilua-  
tur. Civitas Nive (Hieronymus in Io-  
vinianum) imminenti iram Domini, jeju-  
norum miseratione detorsit, quam & Sodoma  
placasset, & Gomorra, si voluissent agere po-  
nitentiam, & lachrymas poenitentia patroc-  
nante conciliare jejunio.

Loquimini ergo ad petram, (quin solam  
intuemini petram) & illa stabit vobis  
aquas. Num. 20.

Refert, ut solet, eruditè Plinius, pe-  
tram quandam in Phrygia à Solis percuf-  
sam radiis, mox illachrymati. En, en, ut  
mox ad iustitiam Solis aspectum Petrus il-  
lachrymatur?

Afacietus nimirum divinis, Chri-  
ste, montes, nedum lapides defluerent. Isa. 64.

Nunquid enim deficiet de petrâ agri mix-  
Libani? aut evelli possunt aqua erumpentes  
frigide, & defluentes, si potentissimi radii in c. 22. Luc.  
cas dissolvant?

O divinorum oculorum virtutem! de  
qua Ambrosius: Quos Deus respicit, plorant  
delictum. Probat statim: Negavit primò  
Petrus, & non fleuit: quia adhuc non respe-  
xerat Dominus. Negavit secundo, & non  
fleuit: quia nec adhuc respexerat Dominus.  
Negavit tertio, & respexit Iesus, & ille ama-  
rissime fleuit. Si ergo, subdit, ita sicut neces-  
sarii oculi tui, Deus, respice in me, & miserere  
mei. Tam id piè, quam eleganter. Psal. 24.

Nolite (diceret Petrus cum sponsa) me  
considerare, quod suscepsim, quia decoloravit  
me Sol. Legit Ambrosius: Quia non est in-  
tuitus me Sol. Ergo, subdit, fuscatur, Apolog. Da-  
quando non videmur à Christo, sed quan-  
do videmur, albescimus.

Verè de Petro illud dici potest: Oculus  
Dei respexit illum in bono, & erexit illum  
ab humilitate ipsius. Facile est enim in oculis  
Dei subito honestare pauperem. At quis eo  
pauperior, quis eo vilior, qui Christum  
negaverat?

Ecce autem oculi Domini super metuentes  
eum, & in eis, qui sperant super misericordiâ  
ejus, ut eruat à morte animas eorum. Psal. 32.

Quantas (diceret rursus) ostendisti  
mihi tribulationes multas, & malas, per-  
mittens, ut te negarem, sed conversus  
oculo

Dddd 2

oculo pietatis, ac benignitatis tuæ, *vivificasti me.* Theodoretus, hoc est, iterum in vitam me reduxisti; & de abyssu terræ, aut ad Hebraicum, de voraginibus terræ (trina negationis) iterum reduxisti me; seu juxta Campansem, auxisti honoribus (super alios) ac vicissim consolatus es me; vel juxta ipsius paraphrasim, auxisti potentiam. Symmachus habet, magnificentiam meam (cæli nimirum clavibus) & reversus ad me, clementissimè tractasti me.

Ragnin.

Psal. 10.

Oculi certè ejus in pauperem respiciunt. Astronomi vani, & nugaces frustrà jam mihi jaçtent felices astrorum quorundam aspectus. En, en verè benignissimus constellationis oculorum Christi aspectus! Hic, hic planè Petro felicior astrorum quorumlibet aspectu blandissimo. Sol, & lux reddita menti *Convertus Iesus respexit Petrum*, moxque in eo effecit quicquid Sol conversus, aspiciensq; nostrum horizontem efficere solet; luce discussit tenebras, calore frigiditatem depulit, virtute gelu, & glaciè dissolvit: *Christus illum divinis oculis convenit*, inquit eleganter D: Prosper, & ad largos pœnitum fetus potentè incitavit aspectu.

D Prosp. 2. de vocat. Gen. c. 28.

Gen. 4.

Gen. 4.

Gen. 4.

Gen. 4.

Gen. 18.

Gen. 18.

Job. 10.

Job. 10.

Job. 10.

Job. 10.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

*Væ, væ illi, quem non respicit Deus.* Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus, ad Cain autem, & ad munera illius non respexit. Quare jejunavimus, & non aspexisti? Cum extendo, utis manus vestras, avertam oculos à vobis. Hinc ille, qui filium habebat à Dæmonio vexatum, hoc solum rogabat: *Respice in filium meum.* Hinc illi toties: *Si invenit gratiam in oculis tuis.* Noverant quippe, quàm salubre, quàm bonum, quàm magnum, quàmque honorificum à Deo respici.

Nunquid enim oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu videlis? Haud planè. Hominis visio ex Aristotele est per intromissionem. At liceat dicere, Christi visionem fieri per extramissionem: ut enim videbat, gratias emittebat.

Vidit hominem sedentem in telonia. Mox è publicano Apostolus: nam vidit illum Deus, & eluti pulchrè ait Chrysologus, ut

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

ille videret Deum: vidit illum Christus, ut ille pecunias latebras amplius non videret.

Suspiciens Iesus vidit illum. Mox Zachæus justificatus: Zachæus, festinans descendende: hodie huic domui salus à DEO facta est.

Hunc cum vidisset Iesus illum jacentem, Ioan. 5. mox: Tolle grabatum tuum, & ambula.

Vidit hominem cæcum à nativitate. Et Ioan. 9. quid mirum, si cæcus? Sunt tenebræ, inquit Gregorius. Vbi Christus non respicit. Psal. 7. pœnit.

Sed mox: Et ecce video. Felix, quia Christus te vidit. Chrysologus: Hoc unversus sentit ex usu, de felicibus sic dicendo: Vidit illum Deus.

O, ô divinos oculos vino pulchriores. Quem etenim, Dominus, respicis, & non lætificas? Agar post afflictionem: Tu Deus, qui vidisti me.

Abraham post Sacrificium: Dominus videt. Et in monte hoc Dominus videbit. Quasi diceret Ierabundus: Hoc satis.

Convertus ergo Dominus respexit Petrum, & Petrus egressus foras flevit amare. Tempus nimirum affuit, quo Sol resulsit, qui prius erat in nubilo livoris, ac sanguinis in hortu: divinaque lux lucis explicatis radiis in aquâ lachrymarum, immò in corde Petri accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.

E benèno Christi respectu nimirum veniunt lachrymæ pœnitentis: In hilaritate vultus Regis vitæ, & clementia ejus quasi imber serotinus. Statim ac Christus peccatorem respicit, illum solvit in lachrymas. Vade piè Guarrius Abbas: Intendite, Fratres, in vultum serenissimi Regis nostri. Respexit in protoplastum, & mox animatus spiravit in vitam. Respexit Petrum, & mox compunctus respiravit animam: mox enim ut Dominus respexit Petrum, Petrus de clementiâ piissimi vultus suscepit imbrem serotinum, lachrymas post peccatum.

Hic primus index Dei nos respicientis: hoc statim ex misericordi respectu Dei concipimus salutis testimonium, quodd imbrem concipiamus serotinum, quodd in lachrymas resolvamur.

Illachrymare igitur, illachrymare, ô Petre, quando jam ignis valet in aquâ. hic.

Gregor. 2. que.

Luc. 22. 2. Mach. 1.

Gen. 22.

Luc. 22.

Prov. 16.

Guar. Abb. ser 3. in Rostri.

Sap. 19.

Gregor. 2.

que.

Mor.

que lachrymis incalesce, qui jam modò intus à charitatis calore torpens, totus ad ignem frigefactus accesseras.

August.

O ignis, ò ignis, qui semper ardes, & nunquam extingueris, accende me. Accende lachrymas, & inflama suspiria, ut exurantur, nedum contribulentur capita draconum in aquis. Acrius etenim Diabolus, ut ille ait, contriti cordis lachrymâ torquetur, quàm flammâ infernalis incendii: & tolerabilius sustinet flammam suam, quàm B lachrymam nostram.

Isal. 73. Petr. Cellens. tom. 9. Bibl. veter. Patrù. Lachrymâ torura demonis. Item 2.

Vide ergo & tu. quia malum, & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem Dei apud te. Ita, ita, Fratres, & nos cum Petro scelera nostra lachrymis diluamus. Heu! quoties & nos licet confessi simus novisse Deum? factis tamen negavimus! Heu! quoties & nos cum illo diximus: Quis est Dominus? Nescio Dominum, & Israel non dimittam?

Exad. 5.

Hoc plorandum, Fratres, hoc verè lugendum, non rerum temporalium iactura, non filiorum mortis tam immoderate, ut fieri solet, sed iactura divinæ gratiæ, sed mors, quam nos, nos ipsi intulimus Filio Dei.

Tetr. Cellens.

Sterilis, ait Petrus Cellensis, est omnis effusio lachrymarum, quæ non effunditur propter regnum calorum. Heu! flebam, Aiebat Augustinus, Didonem mortuam, quæ se occidit ob amorem Aeneæ, cum interea me ipsum in his à te morientem, Deus meus, vita mea, sicis oculis servem miserimus. Quid enim miserius misero non miserante se, & flente Didonis mortem, quæ flebat amando Aeneam, non flente autem mortem suam, quæ flebat non amando ee?

Aug. 1. Conf. c. 13. Lachryma Augustini in aniter susa.

Hoc caput, hic fons, unde jugiter defluamus, ut & veri lachrymarum fontes apud Gregorium, cum quis aut malorum suorum reminiscitur, considerans, ubi fuit, aut iudiciorum Dei sententiam metuens, & secum quarrens cogitat, ubi erit, aut cum mala vitæ præsentis solerter attendens, moerens considerat, ubi est, aut cum bona sempiterna patriæ contemplatur, quæ quia nedum adipiscitur, lugens conspicit, ubi non est.

D. Greg. 23. Mor. 13.

Lachryma quas ob res fundenda.

Ob alia si fleas, audi in tuas lachry-

mas, quod de Magdalena lachrymis ille cecinit:

Tam pretiosa pedes Domini nisi lambere unda, Vnda quid (ah! querever) tam pretiosa peris?

Apud Bossium in Bibliotheca.

CONSPVTATIO. PUNCTVM XI.

Tunc expuerunt in faciem ejus. Matt. 22. Mar. 14.

Confusio faciei mea Hieronymus: Ignominia faciei meæ cooperuit me, à voce (ab ore) exprobrantis, & obloquentis. Idem, & blasphemantis, à facie inimici: & persecutis: hæc omnia vengerunt super me.

Psal. 43. Hieron.

Propter te, ò Pater, sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.

Psal. 68.

Campensis in Paraphrasi: Tu enim iusto hanc pertuli ignominiam, ut texerit totam faciem meam infamis pudor. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus, ad verbû, & incognitus filiis matris meæ; adeò scilicet, ut me tam fœdè consputum non agnoverint. Tu scis improprium meum, & confusionem meam, & reverentiam meam. Iuxta alios: Tu scis opprobrium meum, & confusionem meam, & ignominiam meam, quàm gravis, quàm ingens: tu, tu scis ignominiam meam.

Ad Helviam Seneca: Ducebatur Aristides ad supplicium, cui quisquis occurrebat, deiciebat oculos, & ingemiscebat, non tanquam in hominem iustum, sed tanquam ipsam iustitiam animadverteret. Irvensus est tamen, qui faciem ejus inspueret. Poterat ob hoc molestè ferre, quòd sciebat neminem id ausurum puri oris. Expende Philosophi lepotes, & acumina, & compone, si licet, hominem Deo. O quàm sic fœdè consputus poterat molestè ferre, quòd sciebat, neminem id ausurum puri oris! Quàm nunc fœdè sputaminibus exceptus, non Aristides, sed Deus!

Sen. consol. ad Helviam. c. 13.

Consputare alium nemo puri oris potest.

Faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Hebr. ab ignominia, & sputo. Augustinus, à fœditate sputorum.

Isa. 50. Aug. ser. II 4. de Temp.

Dddd 3.

En

Iob. 30.  
Astrum. ib.

En modò verus Iob, qui verè dolenter A  
dicere possit: *Filii stultorum, & ignobilium,  
& in terrâ penitus non parentes, seu ad ver-  
bum, nullius nominis, abjectioresq; terrâ ipsâ  
abominantur me, & faciem meam conspuere  
non verentur.* Neque hoc hyperbolicè so-  
lâ, quemadmodùm de sputis Iobi inter-  
pretantur Nicetas, Gregorius, & Hugo  
Carenfis, quòd nimirùm fluxa, & contu-  
meliosa verba in eum, quasi sputa è deri-  
sorum ore deflexerint, sed propriissimè, B  
sed verissimè filii terræ, immò ipsâ terrâ  
abjectiores impurato ore expuebant in  
eum venenatos sputus, quemadmodùm  
ait Lactantius, divinamq; illam faciem  
fœdissimè conspucebant.

Nicet.  
Gregor.  
Hugo. Car. ib.

Lact. l. 4. de  
vera Sap.

Cant. 5.

Isa. 53.

Thron. 4.

Heu! *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô  
pulcherrima mulierum, quis sic adsurasti nos?  
Dilectus meus candidus, & rubicundus, ele-  
ctus ex millibus. Caput ejus aurum optimum,  
coma ejus alata palmarum, oculi ejus sicut co-  
lumba.* Abi, abi, sponfa: abi, hic certè  
sponsus non est. *Non est species ei, neque de-  
cor.* Hic neque candidus est, nec rubi-  
cundus, sed pallens, sed lividus, conspu-  
tus, deformatus. Caput ejus jam non  
aureum, sed phlegmatibus onustam, ac  
veluti plumbeum. *Obscuratum est aurum,  
mutatus est color optimus.* Come jam non  
erecta, sed sputis inclinata, ac depressa:  
nigra certè præ atrâ expuentium bili, sicut D  
corvus.

Psal. 44.

O, ô sponsum anime! ô speciosum for-  
ma præ filio hominum, ubi quæ gratia diffu-  
sa in labiis tuis!

Estne facies hæc eadem, quæ quon-  
dam respensus sicut Sol?

Tunc idem, qui dictus es splendor glo-  
ria, & figura substantiæ Patris?

Christus quæ-  
re consputari  
toleravit?  
Sedul. l. 5.

Heu! cur sic consputus? cur ita coin-  
quinatus? In faciem tuam fortène ex-  
puunt, quasi non sit vilior in Orbe locus?  
Verùm sat scio, cur conspui voluisti.

Hæc sputa per Dominum nostram lavere  
figuram. Ita Sedulius. Vt sputaminibus  
susceptis faciem animæ nostræ lavaret.

Hier. in Cat.  
Iudic. 16.

Ita Hieronymus.

Vt per hæc sputa fierent Diaboli vin-  
cula, sicut filum de stupâ tortum sputamine.  
Nec uni Samsoni tantùm, sed ipsi pueris  
frangi facillima.

Vt hinc etiam Christianorum sputum  
contra serpentis antiqui virus, & tenta-  
tionem fieret antidotum. *Si expueris enim  
super eum, extinguetur.*

O sputa ergo, quæ non coinquinant ho-  
minem, sed decorant: ut non propterea  
minùs pulcher sponsis ipsis animabus ap-  
pareas, nec te propterea minùs adole-  
scentulæ diligant, sed porius post te cur-  
rant, vultumq; tuum, vel ita consputum,  
Domine, requirant.

Vel in ipsis sputis speciosus formæ præ filiis  
hominum. Ita D. Paschasius: Humanitas  
etiam in eisdem passionibus, & in-  
juriis misericordiarum virtus esse com-  
mendatur: & idè pulcher in Cruce, pul-  
cher in flagellis (adde, pulcher in sputis)  
pulcher in omnibus prædicatur.

Conspuerunt illi quidem eum tanquã  
blasphemum, & detestabilem: sed ille ob  
hæc sputa non minùs Deo Patri dilectus  
fuit, nec minùs benè sibi Pater in eo com-  
placuit: hocque illi satis, quòd nunquã  
in eum Pater conspuit, ut cum murmu-  
ratrice illa deberet vel ad momentum ru-  
bore suffundi. Hoc illi satis, quòd dege-  
ner nunquã extiterit, semenque longæ-  
vum curaverit, quia sicut in Adam om-  
nes moriuntur, ita & in Christo omnes vivi-  
ficabuntur. Vt proinde opus non fuerit, ut  
vidua Synagoga in faciem ejus expueret,  
quasi in eum, qui omni opprobrio, &  
contumeliâ dignus esset, quòd demor-  
tui videlicet semen non susceperit, ju-  
re; ob id dehonestandus, ac fœdandus  
esset in vultu, qui clementiæ, & humani-  
tatis sedes, ac speculum esse debet; atq;  
ibi immanitatis, & ingratitude signa  
ferre cogere, ubi mansuetudinis, &  
gratiæ notæ fulgere debebant: nam ipse  
& per se pulcher in calcamentis, & san-  
daliis præparatis in Evangelium pacis, &  
per Apostolos domum ædificavit, Evan-  
geliique semine filios procreavit: Narra-  
bo nomen tuum Fratribus meis, in medio Ec-  
clesia laudabo te.

Num. 11.  
Deut. 25.

1. Cor. 15.

Aug. in Ps. 44

Psal. 21.

Psal. 72.

Conver-  
tentur

Psal. 7.

setur dolor; ex Pagnino, *peruersitas*, ex Felice Pratenſi, *labor*, afflictio, qua alios affligit, in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Campenſ. Recidet ærumna in caput eius: & in verticem ipsius injuria, quâ me afficere conatus est.

Cypri. ser. de Pass. Christi.

Ipsè enim, velut ait Cyprianus, inter sputamenta, & colaphos, & reliqua ludibria, patientiâ, & mansuetudine vefanas persecutorum mentes conturbat, & in eo, quodd inter injurias, & convitia se malitia Iudaica sentit contemptam, vehementius exacerbat: & de impietate, & malitiâ suavitatis, pietasq; Christi triumphat. Equanimiter omnia sustinet, conſpuit interim se finit: cælorum pulchritudo tolerat coinquinari, exæcariq; propemodum sputis, qui jam sputo cæcos illuminavit.

Sputo propè cæcari tulit, qui sputo cæcos illuminavit.

Corn. à Lap. in 1. Cor. 4. ad illa verba: Sicut Dei ministros in multa patientia.

Hanc edocti patientiam perfecti quique viri ad Christi similitudinem exerationes, ac sputa in faciem toleraverunt. Ex his D. Franciscus Xaverius, & socius ejus, Joannes Fernandes, in Iapone diu concionantes nihil profecerunt, donec à Iapone sputo in faciem appetiti, modestè deterſo sputo, quasi nihil passi, in concione suâ perrexerunt, probra, irrisiones, aliâq; plurima patientissimè pertulerunt. Hanc patientiam admirati Iapones ingenio acres, quasi homines cælo delapsos colere, eorumque doctrinam, & fidem certatim amplecti cœperunt.

O veri Christianæ fidei cultores! ô uberrimi Christianæ patientiæ fructus! Vbi nunc tua impatientia? ubi vivacissimus sensus?

Cave, cave, ô anima, ne unquam factio, verbo, vel cogitatu, aut Superiorum tuorum contemptu, aut divinæ gratiæ, aut sanctarum inspirationum neglectu conspuas in Christi faciem, ne in propriam animæ tuæ faciem eadem sputa recidant, & dicas: Sputa ejus super nos, & super liberos nostros; hasq; & tu execranda, & abominabilis Deo, Angelis, & hominibus.

## VELAMEN.

## PUNCTVM XII.

Et velaverunt eum. Luc. 22.

Marc. 14.

VT indignum scilicet existimatum vitâ, consortio, conspectuq; hominum. Quod & antiquo more erga damnatos, aut dammandos fieri consuevit, Nedum verbum de ore Regis exierat, & statim operuerunt faciem ejus (Aman.) Erat cooperta castissima illa, jam jam lapidibus obruenda, Caput obnubito, & infelici arbori suspendito. Apud Livium, & Tullium pro Rabirio.

Velabantur olim damnati.

Esth. 7. Hug. Car. 16. Dan. 13. Sanc. ibid.

Signum ergo ferale (heu! mi Iesu) video, cum jam te verum justitiæ Solem obnubilari, ac jam jam in mortem occidere conspicio, nuncque illud de te Patris proloquium intelligo: Solem nube tegam. O Solem, ô Solem jam obnubilatum in mortis occasu! Cur, cur tam properè faciem tuam abscondis?

Cic. pro Rabir.

Ezecl. 32.

Et velaverunt eum. Heu clauduntur Christi lumina, non tam mortis necessitate, quàm horrore perfidiæ: nam & velamen est super oculos, & corda eorum usque in hodiernum diem, & nimis certè obſcuratum est inspiens cor eorum, dum hoc obducto velamine, justitiæ Solem ita eclipsare nituntur.

Iob. 13.

Rom. 1.

Sed & hoc planè est, quod olim præcepit Deus: Pones in tabernaculo Arcam, demittesq; ante illam velum. Quod nimirum perfidi, veluti ab illius aspectu, ita & ab hujus veræ Arcæ intuitu arcerentur.

Exod. 40.

Velata Christi

facies, ne eam

viderent In-

dai.

Bed. in Cant.

D. Thom.

Et velaverunt eum, ut à se ipsi, quem admodum ait Beda, faciem ejus absconderent. Certè divinam illam faciem nunc velant in terrâ, eam amplius non visuri in cælo. Non velant in honorem, sed quasi velamen habentes malitiæ libertatem, i. Pet. 2. fordidissimum hoc velamen apponunt.

Velata eadem

facies &amp; ab

Angelis.

Compone ergo, si licet, istud: Et velaverunt eum; cum illo: Et duabus velabant faciem Isai. 6.

ciem ejus. O, o rerum discrimina! Quam olim divinitissimam faciem velabant Seraphim, nunc ipsi Satanae ministri velant!

3. Reg. 10.

Heu! universa terra desiderabat olim vultum Salomonis: & ecce plusquam Salomon hic; nec tamen miseri vultum ejus desiderant, sed velant!

Thren. 3.

Velati Christi oculi, ne viderent Iudaeos.

Opponunt scilicet nubem, ut non transiret oratio: Claudunt oculos, ne sint super eos aperti. Semper scelerata mens divinos oculos expavit. Hinc Ethnicorum quasi tibi vivere sub aspectu metuentium, ut peracurere ait Cyrillus, alii Solem ponebant, ut occidente Sole, sine Deo essent, alii vero Lunam, ut in die Deum non haberent. Sic, sic isti Filium Dei velant, ut sine Deo vivant.

Cyr. Hieros. Catech. 3.

Dei sub aspectu vivere semper metuerunt Ethnici.

Iob. 22.

Dicunt enim: Quid novit Deus? Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat. Non advertunt hanc nubem, quam ipsi opponunt, illas ipsas convocare nubes. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum (tunc, si nunc videre non vult) omnis populus, & qui eum pupugerunt.

Apo. 1.

2. Mac. 1.

Nam tempus plane aderit, quo Sol refulgebit, qui nunc est in nubilo.

Hier. in 26.

Matth.

Interea velant eum, quemadmodum ait Hieronymus, ne ex divinis illius faciei radiis, ac fulgoribus, a sputis, a colaphis, ac pugnis ullatenus retardarentur, & ne repercutiantur, percutiunt.

Chrys. hom. 90. in Matth.

Velati Christi oculi, ut faciem conspicere libentius possent.

Ita & Chrysostomus: Tam gratiosa, & benigna Domini facies erat, ut hostes, quamvis crudeles essent, & eum odio persequerentur, non possent in eam cernentes, in eam vivere, sed emolliiti commiserabantur: ideo consilium eorum fuit, faciem ejus velare, quo atrocius eum caderent.

O truces, & crudeles oculi, ita non subito effusa nocte obsecrati! ita, cum mundi lumen obscurabatis, non perpetua caligine obducti fuistis!

Exod. 34.

En, en hodie verus Moyses, qui posuit velamen super faciem suam. At nunc, mi Domine, audebunt isti non solum intendere in faciem tuam, sed & propere accedere, sed & conspungere, sed colaphizare? Non audebant quidem illi intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus: nunc audebunt, & intendere, & percutere!

O candor lucis aeterna! o speculum sine macula! Quis te ita contenebravit?

O vere Samson, quod est illuminans eos, Iud. 15. quis tuos geminos Soles obscuravit? Hebr.

En nunc vere quasi absconditus vultus Isa. 53. ejus, & despectus. Bernardus: En spendor, Bern. ser. 28. & figura substantia Dei obnubilatur in forma in Cant. servi pro vultu servi.

Nunc vere sunt tenebra super faciem Gen. 1. abyssi.

Certe iniquitates vestrae, o perfidi, nunc diriserunt inter vos, & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis. Unde & merito dicitis: Expectavimus lucem, & ecce tenebra, splendorem, & in tenebris ambulavimus: palpavimus sicut caci parietem, & quasi absque oculis atrectavimus: impingimus meridia quasi in tenebris. in caliginosis quasi mortui.

Isa. 59.

Dormiemus in confusione nostra, & operient nos ignominia nostra.

Non his, non his ego tenebris, Domine, comprehendar: sed illustra faciem tuam super servum tuum. Ne avertas faciem tuam a me: & a facie tua non abscondar, ne sim vagus, & profugus in terra, & ne omnis, qui invenerit me, occidat me. Sed, rogo, ostende mihi faciem tuam, & salvus ero. Tibi enim dixit cor meum, exquirere te facies mea, faciem tuam (vel sic velatam,) Domine, requiram.

Ierem. 3.

Psal. 50.

Psal. 24.

Gen. 4.

Psal. 26.

Quod si nihilominus faciem velari finis, averte, obsecro, faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Hoc tuo velamine aufer cordis mei velamen: nam propterea, inquit Hieronymus, Christus velari voluit, ut velamen culpa, & ignorantia a cordibus nostris auferret: Et precipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & velam, quam orditus est super omnes nationes. Marginalis: Et auferet in monte isto velamen, velamen, quod est ob faciem omnium populorum, & operimentum, quod operit omnes gentes.

Psal. 50.

Isa. 25.

Preterea rogo, ut quando in primis parentibus tam male aperti sunt oculi mei, sub hoc tuo velamine, Domine, iidem claudantur, ne videant vanitatem: & praesta, ne saltem ego e numero sim eorum, qui faciem tuam velant. Ii etenim velant Christi faciem, inquit Hugo Cardinalis, in Luc. 22.

Gen. 3.

Faciem Christi

quam velant.

Hugo Card.

in Luc. 22.

sis, qui non permittunt sibi ostendi veritatem, neque pœnarum, neque iudicii. Velant etiam faciem Domini hypocritæ, contra quos est illud Propheta: *Vt, qui profundi estis corde; vel juxta Marginalem, qui in profundum absconditis cor.* Hi videntes non vident, & audientes non intelligunt: quia verè *Verbum velatum est ante eos, aut juxta alios, velatum ab eis.*

Ysa. 29. Margin. Luc. 9.

ILLUSIONES.

PUNCTVM XIII.

Et illudebant ei. Luc. 22.

*Super quem iussistis, ô Iudæi? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? Annon super eum, qui est Sapientia Patris? Et nunquid non vos filii scelesti, semen mendax, semen Chanaan, & non Iudæi?*

Ysa. 57. Dan. 13.

O quam verè semen Chanaan, execratum scilicet, ob illam auiditatem Noëmi! Noë plantavit vineam: *(Vinea mea electa, ego te plantavi. Vinea facta est dilectio meo. Vinea Domini exercituum, domus Israël est.)* & inebriatus est. Interlinearis, calice passionis. *(Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, ut bibam illum?)* Certè multiplex fuit potus iste *(inquit Hugo Cardinalis)* contumeliarum, detractio, verberum, alaparum, sputorum, aceti, mortis. Unde in Threnis: *Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absinthio. Et nudatus in tabernaculo, id est, in medio suorum ad majorem confusionem, vel nudatus propriis vestibus, aut à suis derelictus, aut etiam nudatus, quia tunc maxime apparuit assumpta humanitas, & infirmitas, & propterea irrisus, factus nimirum Iudæis scandalum, gentibus autem stultitia.*

Gen. 9. Ysa. 5.

Hugo Card. in Gen. c. 9.

Thren. 3. Gen. 9.

Chryf. hom. 28. in Matth. Ysa. 52.

Margin. ib.

Chrystomus: *Hæc omnia Isaias ille prædixit, qui paucissimis verbis omnem hanc contumeliam multè antè aperuit: Quomodo dicitur, inquit, obstupescant super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus tuus, & forma tua à filiis hominum, vel, sic Speranza Scriptura selecta.*

**A** *ingloria erit ab hominibus species tua, & gloria tua à filiis hominum. Quid enim (subdit) illi contumeliæ potest exæquari? In faciem illam, quam fluxus matis reveriti sunt, quam Sol in Cruce videndo radios occuluit, spuebant, caput percutiebant, abundè animos suos explentes, & vulnera contumeliosissima inferentes, colaphi cædentes, & palmas in faciem ejus dantes, quibus spæcendi contemptum addere non verebantur. Verba rursus derisionis plena proferebant: *Prophetiza nobis, Christe, dicentes, quis est, qui te percussit? Sic illudebant, quoniam Prophetâ ipsam esse plerique dicerent. Alius verò Evangelista dicit, quia velamine suâ facie adoperatâ hæc faciebant, quasi quendam infamem, & nullius rei hominem, non liberi solùm, verùm etiam servi deludentes.**

**C** En nonne igitur Samson illusus à Philisthæis, quando veluti obducto velamine eruerunt oculos ejus. En, inquam, hic tristis illa Samsonis instaurata tragœdia, ubi cum post vincula, funes, excarcerationem, irriserunt, & scommatibus proficerunt.

*Filii stultorum, & ignobilium, & in terra penitens non parentes, nunc in eorum canticum Iob. 39. versus sum, & factus sum eis in proverbium.*

**D** Hebraicè: *Et factus sum eis in sermonem, vel in fabulam. Quasi diceret: Compotant de me cantilenas, ut sit de miseris, notat, vel ridiculis.*

*Et in me psallebant, qui bibebant vinum. Psal. 68. Iob. 38.*

*Heu! heu! Vbi eras, cum me laudarent simul astra matutina, & jubilarent omnes filii Dei? Erubi nunc sis? An non extrate præ stupore rapiatis, dum me isti non laudant, sed illudunt?*

**E** Inter innumeras calamitates, quas patientissimus ille tulit, eam præ cæteris sensisse visus est: *Nunc autem derident me juniores tempore. Reminiscitur enim Iob (inquit ibidem Hugo Carenensis) quanta afflictis exhibuerit beneficia pietatis, qui nunc à stultis, & penitus indignis deridetur. Et Lyranus: Postquam Iob descriperat magnitudinem prosperitatis, in quâ fuerat, hic consequenter describit*

Eccc magui-

Luc. 22.

Judic. 16.

Sa in suis

Psal. 68. Iob. 38.

Iob. 30.

Hugo Card. ib.

Lyran. ibid.

magnitudinem aduersitatis, in quam incidat: & primò ostendit, se turpiter vilipensum contra precedentes honores, & excellencias.

Adeo sensit Rex Saul eum irrisionis sensum, ut ne irrideret, diceret ad armigerum suum: *Evagina gladium tuum, & percute me.* Heu! cur, Rex, ita ad mortem properas? Ne forte, subdit, *veniant incircumcisi isti, & interficiant me, illudentes mihi;* quasi, juxta Abulensem, diceret: *Non tam ipsam mortem, quam irrisionem sentirem.*

1. Reg. 31. Sauli mors irrisione tolerabilior visa. Abul. ib. q. 8.

Rideri vel à Deo Iob iniquitavit. Iob. 9.

Iretum ipsummet patientiæ prodigiū Iob, vel ab ipso Deo in suis ætumnis quodammodo irrideri, tam graviter tulit, ut ipsam pariter mortem præoptavit: *Si flagellat, inquit, occidat semel, & non de poenis innocentium rideat.* Quasi levius duceret mori, & mallet occidi, quam irrideri.

Abul. q. 39. in Iudic. 16. Samson cur non fratrem casus, at captus.

Quærit Episcopus Abulensis, cur Philistini captum infensissimum hostem Samsonem non protinus occiderunt: *Quia, inquit, non reputabant completam vindictam, si eum occiderent, idè conati sunt accipere eum vivum, ad illudendum ei.* Quasi illis multo acerbior videretur post tot calamitates irrisio.

Plut. in Alc. Illusio gravior visa Alcibiadi exilio, vulneribus &c.

Tertor Deos immortales, inquit, quondam Alcibiades apud Plutarchum, me exilium in Laconia non sensisse, nec proserptionem bonorum, nec vulnera corporis, quantum verbum irrisionis, quo me Chiesiphon in facie illisit.

Illusiones canos adducunt. Psal. 6. Theod. ibid.

Nihil sanè est, quod citius hominem ad ca vitium ipsam deducat, quam si illusionibus, ac irrisionibus fatigetur. Inverteavi, ajebat David, *inter omnes inimicos meos.* Vbi peregre regie Theodoretus: *Malis omnibus graviora sunt inimicorum convitia; hæc enim consumunt, & liquefaciunt, & ad extremam senectutem adducunt.*

Christus inter unius noctis illusiones incanuit. Apoc. 1.

An hoc forte alludit, quod inter candelabra (dicam inter faces, ac laternas funeberrima noctis, quæ Christus exortans, ac in juvenis affectibus, ut ad diem usque judicii revelandæ fuerat) Ioannes vidit similem filio hominis, & capillos capitis ejus albos tanquam lana alba? Heu! heu! quæ sæcula pernatam ille subit, qui inter unius noctis spatium totus canus apparuit?

Et tunc illud facile intelligo, si non fallor: *Deducetis canos meos cum dolore, vel cum dolore ad Inferos, id est, efficietis, ut ego senex dolore, & mœstitia moriar; quin immò senio meo accelerabitis mortem.* Ita Abulensis, & Vatablus. Et eruditè Cornelius à Lapide. *Octava fuit hæc crux Jacobi.*

Verè spiritus tristis exsiccat ossa. Vnde & sententiosè, ut assolet, Seneca: *Nullus major labor, quam ferre illusiones.*

Annon ad irrisiones illas: *Ascende, calus; ascende, calus; in ultionem vini Dei usque protinus irruerunt?*

Non irrides hominem in amaritudine anime. Eccl. 7.

Oculum, qui subsannat patrem, effodient eum corvi de torrentibus. Ut propterea cæci Hebræi facti sunt, quod misericordiarum hunc Patrem subsannant: Arhanasius: *Illudebant infelices Domino, & non animadvertent illud propheticum contra ipsos adimpleri: Illusores dominabuntur eorum.*

Quò verè penitus infensati Dei sapientiam habetis in derisum, & in similitudinem impioverit!

Nunc, nunc planè deridetur justis simpliciter. Iob. 12.

An forte divinum hoc est: pur ridiculum? Objectum risus ex Philosopho: *Facies distorta sine dolore.* Hæcne tanto dolore tumens ad risum, & non potius ad commiserationem commoveat: *Vidimus eum, & non erat aspectus, & reputavimus eum quasi leprosum, percussum à Deo, & humiliatum, ad Hebraicum, אלהים ומכה מכה Muleh Eloham umngeneh, percussum Deum, & humiliatum.* O Deum verè percussum, ac verè humiliatum! *Propheta nobis, Christe, quis est, qui te percussit?*

Illudunt ei cædentes, ut ridet, ac pinguunt. *Patris parvulorum suorum verbera, non amaram, inquit Chrysologus. Ut parvulisti illudunt; ut grandævum, ac veteraquam feriant!* O irrisiones planè dolorosas! O dolores penitus non ridendos, sed verè lugendos!

Irrius Christus, ac illusus est. Fratres: quia nos, nos ridiculi sumus, & vani in omnibus. O quam celebra nobis cogitationes deridiculi.

Illusiones Christi non ridenda, sed deploranda. Irrius Christus, quia nos deridiculi.

Illusiones Christi non ridenda, sed deploranda. Irrius Christus, quia nos deridiculi.

Illusiones Christi non ridenda, sed deploranda. Irrius Christus, quia nos deridiculi.

Illusiones Christi non ridenda, sed deploranda. Irrius Christus, quia nos deridiculi.

iones sine intellectu! Quam frequenter insulsa verba, & actus sine fructu, quam insipida, quam indecora, ut scilicet est nostra conversatio! Non est, non est spiritus in eis, vana sunt opera, & risu digna, in tempore visitationis suae peribunt.

Nos interim merito irridendi, ac veluti pueri colaphizandi, irridentibus, ac forte caudentibus irascamur? Et putasne potest iste, ut quærit Chrysologus, vulneribus invenire victoriam, qui nec totum palme acquirere vult coronam? Potest iste merito inquirere gloriam, cui pro honore divino gravis videtur injuria?

Cave, cave, ne contra te dicatur illud: Et ego eligam illusiones eorum; vel ut habet Hieronymus, *illufores eorum*, à quibus nimirum sempiterno opprobrio illudantur; ac merito, quod post ranta à Christo patientissimè exceptas illusiones, ipsi nullatenus pertulerint illudi, aut irrideri.

Hec! quantum Christus illusus! Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis. Tertullianus hic eruditissimè legit: *Opprobrium hominum, & nullificamen populi*. Et libro de patientia, singularem, divinamque ejus præcipuè in ferendis illusionibus patientiam admirans: *Taceo, inquit, quod figitur, in hoc enim venerat. Nunquid tamen subeunda morti etiam contumeliis opus fuerat? Sed saginari voluptate patientia discessurus volebat. Despuitur, verberatur, irridetur, scælis vestitur, scædioribus coronatur. Saginari, saginari voluptate patientiæ discessurus volebat. Saturabitur opprobriis.*

Ob id attentissimè ambabus auribus excipiebat opprobria, amantissimè videbat illusiones, lætissimè, gloriante, cum deliciis omnia contumeliarum genera perfererebat. Sic peracutè Cyril. Alex. ea Salvatoris verba, *ut gaudium meum in vobis sit*, expendit, & ad rem premit. *Quid significat, inquit: Ut gaudium meum in vobis sit? Homo factus unigenitus Dei Filius, absq. peccato omnia sustinuit, qua Iudeorum excogitare perveraciam potuit: nec unquam spiritus delectatus, verbis acris, verberibus caesus, & tandem patibulo affixus ullo dolore affectus fuit, sed decenti semper ipse gaudio plenus, (quoniam voluntatem Patris consum-*

*plere videbat, & homines hinc salutem habituros non ignorabat) illa opprobria delicias sibi esse putabat.*

Hinc illud in illusionibus, contumeliis, opprobriis admirandum silentium, quod quidem pulchre expendens Chrysologus: *Tacet, inquit, qui volens patitur, clamat, qui laetatur in vitio. Hic coram tonde se obmutescit, non clamabit. Cum malediceretur, non maledicebat, ergo opprobria, ac illusiones pro deliciis habebat.*

Tunc est pœna (sic fatur in suis Declamationibus magnus ille Rhetor,) cum periturus trepidat: hæret, cum restringit supremo vincula conatu. *Volo perituri prius videre pallorem, audire gemitus: volo, circumspiciat, volo, queratur. Quasi diceret: Nam nisi hæc faciat, non videtur invitus pati, immò nec pati. Hoc de humanis affectibus ille tam eleganter, quam verè, non de divinissimis Salvatoris: qui licet humanitus sentiret opprobria, atque supplicia, divinitus tamen, hoc est, supræ illà divinissimâ portione, dum mediis in cruciatibus, falsis que accusationibus, vel usque ad iudicis admirationem tacuit, & summo gaudio plenum se esse, & spontaneo animo opprobria pro deliciis habere, manifestè ostendit.*

Sed jam tandem puncto huic, proximeque antecedentibus, veluti coronidem faciat Drogæ de Sacramentis Dominica Passionis. *Dedisti, Domine, corpus tuum percutientibus, & genas tuas vellentibus. Faciem tuam non avertisti à conspuentibus in te, ut alapa tuæ alapas meas removeant, & flagella flagellis expientur, & opprobria exprobrantium, quæ ceciderunt super te, auferant à me opprobrium sempiternum. Hæc sunt lintheamina mundissima carnis tuæ, quibus vulnera mea ligasti, ô Samaritane misericors, ut imponeres me super jumentum tuum, & perduceres in stabulum: quoniam verè languores nostros ipse tulisti, & dolores nostros ipse portasti, cuius livore sanati sumus.*

In domo ergo Principis Sacerdotum, velatâ facie, colaphizetur Christus: quia in domo conscientie, cæcatâ mente, colaphizatur Christianus. *Quod n. Christi? in publico;*

Ierem. 51.

Chrysol. quo supra. Illusionis impatiens mortum pro Deo non feret.

Isa. 66. Hieron.

Psal. 21.

Tertull. l. 3. contra Marc. c. 7. Lib. de pat. c. 3.

Cyrril. Alex. lib. 10. in Joan. c. 21.

Chrysol. ser. 23

Quintil. declam. 21.

Drog. de Sacram. Pass. Isa. 50.

Luc. 10.

Isa 53.

publico; ego patior in occulto: quod ille foris à ministris Caiphæ, ego intus à negotiis Satana: quia supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: faciem mihi velaverunt, faciem meam in terrâ defixerunt, & dorsum incudem suam fecerunt: & supra dorsum meum fabricaverunt peccatores.

Matth. 26.

2. Cor. 12.

Nonne & Petrus velaram habuisse faciem videtur? Unde tertio colaphizatus est? quia tertio negavit. Et Paulus tertio rogavit Dominum, ut auferret à se Angelum Satana, qui eum colaphizabat. Uterque ergo Apostolus colaphizatus est, ille intus, iste foris. Et tamdiu faciem habuit velatam Petrus, donec respexit eum Christus. Respectus Christi fuit recordatus Petri. Cum ergo & tu peccatorum fiendo recordaris, à Christo videris: immò sublato velamine Christum vides. Hactenus Drogo tam acurè, quam piè.

## NOCTURNÆ pœnalitates.

### PUNCTVM XIV.

Tunc congregaverunt ad eum universam cohortem, &c. Et genuflexo ante eum, illudebant ei. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, &c. Matth. 27. Et veniebant ad eum, & dicebāt: Ave, Rex Iudaorum. Et dabant eum alapas, &c. Ioan. 19. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Luc. 22. Iesum verò tradidit voluntati eorum. Luc. 23.

**E**T eris in die illâ, non erit lux, sed frigus, & gelu. Marginalis: sed nox congelata, id est, tenebrosa. Verè noctem hanc tenebrosus turbo possedit. Hac est hora vestra, & potestas tenebrarum. Et erit dies unâ, quæ (quantæ pœnalitatis extiterit) nota (per experientiam) est Domino: non dies, neque nox; quia nihil diei jucundum, neque ullâ noctis quietem habuit: noctem etenim illi verterunt in diem, & diem in noctem. Totam siquidem penè ducentes in somnum (sic piè Laurentius Justinianus) nullam Domino requiem tradiderunt.

Plusquàm trecentio (subdit ille) fuerant, quod tunc illis permittebatur implere: quam obrem eos nova irrisorum genera contra dominum meditato fuisse, indubium est. Hinc Iudæi necem clamoribus, inde convitiis subsannabant: nunc calcibus, nunc manu, nunc virgâ, nunc in- pulsionibus venerandum dilaniabant. Media- toris Corpus. Majora prorsus, & graviora sunt, quæ à sceleratis Pontificibus, Phariseis, ac ministris perpeffus, quàm cogitari valeant, tamesi inaudita quadam meditentur. & aspera: nâ furore bacchantes, ac velut amentes, in illum rabido ore, ac armatâ manu sa- riebant.

Factus fuerat ille tanquàm vas perditum, & sicut homo mortuus à corde, audiens vituperationem multorum commorantium in circuitu. Eorum siquidem nonnulli irridentes illum, genuflectentes dicebant: Ave, Rex Iudaorum. Quidam verò arundinem accipientes in manibus, venerandum ejus caput cædentes, irrisoriè dicebant: Prophetiza nobis, Christo, quis est, qui te percussit. O inaudita à sæculis crudelitas! & horrendum spectaculum, Regem aspiciere gloria, cui cælorum famulantur obsequia, tantis lacessiti injuriis, opprobriis gravari, atque incomparabilibus dilaniari pœnis! Mirabantur planè cæli, mirabantur Angeli, omniumque celestium spirituum legiones, videntes Verbum, per quod facta sunt omnia, contemni à perfidis, Sapientiam hominum fordissima super se spura suscipere, undique Dei Filium artritum, & respectum, agitatam, illusum.

Quid, quod nonnulli calcibus Dominum pessundantes, scapulas, os, & omne corpus

Idem c. 10.  
Et calcibus im-  
pingebant.

corpus ejus livoribus compleverunt. Ille A  
beatior, ille praestantior credebatur, qui  
in contumeliis irrogandis, infligendisq;  
verberibus, crudelior exitisset.

Bernardus: *Alii manu versa percutio-*  
*bant os ejus mellissimum: alii sanctissimam*  
*evellebant barbam: alii per crimes irabebant,*  
*& quicquid injuriam proterva eorum occur-*  
*rebat voluntati, in eum explebant.*

Quid, rogo, ignominiae non pertulit  
in illa nocte? Quodnam, quae so, ludibri, B  
irrisionisque genus tunc praetermissum?  
Plerique vosiferabantur, & sibilabant:  
Et sibilaverunt, & moverunt caput suum:  
Plauserunt super te manibus: aperuerunt, &  
fremuerunt dentibus.

Alii pollicem inter indicem, medium-  
que digitum in faciem ejus protendebat.  
Manus vestra plene sunt sanguine, & digiti  
vestri iniquitate. Contra id, quod alibi  
dictum est: Si deseris extendere digitum, &  
loqui, quod non prodest. Pagninus ad rem  
transfert: Mittendo digitum, & loquendo  
iniquitatem.

Quidam per summam ignominiam  
perstrepebant cornu, unde & lamentari  
videbatur per Prophetam dicentem: Ven-  
trem meum doleo, quoniam vocem buccinae  
audivit anima mea. Chald. Quoniam vo-  
cem clamoris tubae cornes audivit anima mea.  
Vsq; quid audivit vocem buccinae? Chald.  
Quando audivit vocem cornu?

Alii genis rumentibus insufflabant in  
eum: Ponam in salutari, fiducialiter agam  
in eo. Pagninus: Ponam eum in salute ab eo,  
qui deridendo sufflat in eum.

O, o ihusores sacrelegi! Siccine, siccine  
canitis buccina ante Arcam? Siccine bucci-  
natis in insigni die, ac insigni nocte, solenni-  
tatis ejus? Siccine in agnum dati olim  
arictis nunc cornu clangitis?

Haec, & alia multa blasphemantes facio-  
bant, & dicebant in eum.

Et quasi agnus coram tondeute se obrutescet,  
& non aperiet os suum. Marginalis: Et  
quasi agnus coram tondeute se obrutescet.  
Ruper. Miris quidem agnus inter lanistas  
crudelissimos, iuges insulias pertulit. Quod  
eum videlicet non tam tonderent, quam ton-  
derent.

Faciem tuam velabis, & non videbis ter-

ram, quia portentis dedi te filiis Israel. Chald.  
Quia signum (cui ab omnibus contradice-  
tur, & in quod omnia injuriarum rela-  
collimabunt) dedi te domui Israel.

Eili homini, fode parietem, ingredere, &  
vide abominaciones pessimas, quas isti faciunt  
hic. Septuaginta viri de senioribus domus  
Israel, & unusquisque habebat thuribulum  
in manu sua, & vapor nebula de thure (ante  
verum hoc templum, forte & vapor sul-  
phuris) consurgebat.

Athuc conversus videbis abominaciones  
(Graecè, iniquitates) majores: & ecce quasi  
viginti quinque viri dorso habentes contra  
templum Domini (vel Chaldaicè: Quorum  
posteriora erant ad templum Domini.) Et ecce  
applicant ramum ad naves suas. Nonnulli  
Hebraeorum interpretantur, ad naves meas,  
& zemorah, quod Vulgatus traustulit ra-  
mum, ipsi ad rem traustulerunt, foetorem.

Quasi dicant (claudite aures, verecunde  
auditor) applicant, seu mittunt foetorem  
ad naves meas, crepita scilicet impuri  
ventris, dorso ad me converso. Et hoc  
forte Angelorum fragrantia pro meis ob-  
scenitatibus, perpeti dedignata non est.

Septuaginta: Et ecce ipsi extendunt ra-  
mum, spinarum fortasse pro rosae, sicut  
subsannantes. Quasi divinas illius naves  
non suavi oblectarent odore, sed pun-  
tionibus extimularent.

Symmachus, sonum, aut canticum inconditum, ab-  
sonum, immò absurdum viderur intel-  
lexisse, qualis est ronchus, & sanna, qui-  
bus irrisores, & mimi alios sibi esse vili-  
mos significare. Est autem proprie sub-  
sannatio apud Hieronymum, quae rugata  
fronte, & contracto naso exprimitur: &  
irrisio, quae ab occipitio distorto ore, &  
labris contractis fit: anteriorum dentium  
ostentatione. Tentaverunt me, subsanna-  
verunt me subsannatione, fremuerunt super  
me dentibus suis. Chald. Verbis derisoris,  
& superbis, & derisoris strinxerunt contra  
me dentes suos. Cornutus in Persia, tria  
esse aut sannatum genera: cum aut ma-  
nnum contractis digitis, & ad inferio-  
rem partem inclinatis ciconia, sive rastrum  
significatur; aut auriculae asini apponun-  
tur; aut lingua in modum sitientis canis  
protenditur. Modis omnibus Christum  
Eccc 3 sub-

Ezech. 24.  
Luc. 2.

Ezech. 8.

Ezech. 8.

Et crepitu ven-  
tris, quod pu-  
dendum dictu,  
illum dehone-  
stabant.  
Sanctius, &  
Mariano, ib.

Septuag.

Symmach.  
Et absone  
canticis.

Et sannis va-  
riis, atq; in-  
dignis.

Hieron. in

Psal. 2.

Psal. 34.

Chald.

Cornut. in  
Pers. satyr. 5.

subannabant. Sed Symmachi interpretatio ita habet: *Sunt quasi emittentes sonitum, velut canticum per nares.* Est autem sonus ille per nares emissus, aut halitus, seu spiritus ad nares tractus, seu applicatus, qui plerumque efflari solet adunco, & suspenso naso. Hęc, hęc, & alia multa blasphemantes faciebant, & dicebant in eum.

Luc. 23.

*Pilatus barbarus, qui Christum suorum hostium libidini tradidit.*

Iob. 30.

*Offert. Missæ de Pass.*

Psal. 21.

*Orig. hom. 8. in Exod. 20. Iohn. 8.*

*Thren. 1. Rab. Moys.*

Poterant eum illi utcumque malè ad sua vota accipere: etenim illum Pilatus tradidit voluntati eorum. O barbarum ergo, ac inhumanum! Limitasset saltem tempus, modum, numerum illudentiũ. Nihil tale factum: credibile sævitum latius in eum: pulsatum ad cuiusque libitum. Tradidit, inquam, voluntati eorum, ut facerent, quæcumque vellent, ut vota explerent, ut furori satisfacerent. Vnde & verè dicere poterat: *Noctæ os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt, non dormiunt.* Hebræus: *Et lacerantes me non dormiunt.* Septuaginta: *Et nervi mei dissoluti sunt.* Quidam Hebræus nervos interpretatur flagella, quibus eum vel de nocte hostiũ suorum fax cedebat. Quod mihi non probatur, inquit Astunica, premens literam Iob, sed non improbetur piè contemplanti personam Christi.

*Insurrexerunt in me viri iniqui absq. misericordiã: quæserunt me interficere: lanceis suis vulneraverunt me: & concessa sunt omnia ossa mea.*

*Circumdederunt me canes multi: tauri pingues obsiderunt me: aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens. Canes, tauri, leones, sævissima prorsus gradatio.*

Et quid miramur, Fratres? Omnia in eum, velut inquit Origen. ipso instigante Diabolo peregunt, de his siquidem dictum fuerat: *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere.* Ergo ut Saranæ viva membra, odioque Satânico in eum desævientes, sic eum inhumaniter exceperunt, percusserunt, ut à planta pedis, usque ad verticem capitis non esset in eo sanitas.

Heu tunc maximè verum illud fuit: *Plorans ploravit in nocte, & lachrymæ ejus in maxillis ejus.* Vbi ad rem Rabbi Moyses:

*A Plorans fuit ipsa Ierusalem, & plorare fecit Deum sanctum.*

Hac in nocte (heu! heu! quàm verè!) à pedibus ad caput membratim percussus, exulceratus.

*Ut intingatur pes tuus in sanguine. Crura ejus (ex nimio percussionum tumore) columna marmorea. Convulneravit lumbos meos. Misit in renibus meis filius pharæta sua.*

*Vide, Domine, quoniam tribulor, conturbatus est venter meus. Interiora mea efferverunt absque ulla requie. Viscera mea conturbata sunt. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, araverunt aranes. Fossisti ut arcum æreum brachia mea. Ad nihilum redacti sunt omnes artus mei.*

O verè noctem laboriosam! ò verè noctem dolorum! ò Iobum dolentem! Et quis alius in Iob, qui interpretatur dolens, figuratur, nisi is, de quo scriptum est: *Verè languores nostros ipse tulit. & dolores nostros ipse portavit.* Sic pulchrè Gregorius.

Heu! quot hac in nocte dolores petulit! Theophylactus ad illa verba: *Et alia multa blasphemantes dicebant in eum;* ait, milites, ac ministros hesternâ ex crapulâ ebrios, multa petulanter effudisse, juxta illud: *Et in me psallebant, qui bibebant vinum.*

Evangelista paucis quidem totius noctis laborem absolvit. Et quis plavè in hoc noctis ludio quanta pertulerit Christi patientia dictis exequatur?

*Quis cladem illius noctis, quis sinera fando*

*Explicet, aut possit lachrymis aquare dolorem?*

Creatori noctis, ac quietis, nec mora, nec requies ulla. Somnus illi nimirum alius non erat capiendus, quàm in lecto Crucis. Non sit ergo, non sit nox ista solitaria, ac laude non digna, sed æternâ mihi semper benedictione recolenda, quòd Christi nocturna inquietudo, animæ meæ quietem attulerit sempiternam. Hęc nox apud te, ò Pater, patrocinetur, rogo, tot noctibus pessimis filiorum hominum, tot peccatis, inquam, quæ nocte tam scødè in cubilibus, & impudicitis perpetrantur.

Pro

Pro his noctem tam laboriosam sustinuit. Tunc, tunc maxime corpus suum innocentissimum pro corporum nostrorum lascivis dedit percussibus, & genas suas vellentibus. Tunc diviniſſimæ ejus maxillæ unguibus impiorum dilaceratæ. Bernardus: *Credo hoc non sine sanguinis effusione peractum.* Vnde vide sacrilegas manus impiissimæ gentis non saturatas colaphis, & alapis, & conſpiratione desiderabilis vultus ejus: sed etiam ad genarum ipsius vellicationem exarsisse, & a vultu quoque dulcissimo, ad rubricationem rosæ nostræ, sanguinem elicuisse. Video Agni immaculati patientiam admirabilem, & inimitabilem, per quam genas pudicissimæ impudicissimorum unguibus lacerandas, cum omni mansuetudine præbuit: ut & nos patienter sufferamus, si aliquando nostram faciem operiat confusio propter ipsum, immo & si quis nos cadat in faciem verbis, & factis, propter dulcem Iesum.

Hæc igitur in nocte peccatorum avidissimi fatiati sunt pœnis: sed nequaquam faciatius est Christus. Hic semper ad perferenda graviora paratissimus. *Sitio*, ex Cyrillo, Chrysostomo, Augustino, Remigio, aliam Crucem, alios clavos, alias spinas, alios dolores. *Pro cervicâ matutinâ siti* exagitatâ. Hic titulus affixus Psalmo Passionis.

Nimirum aqua multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illâ. Caput ejus aurum optimum. Cur auro comparatur? Accipe Lucam Abbatem sic fanrem: *Auri materia, quò deduxeris, suâ mollitudo sequitur: ita majestatis immutabilis bonitas, quantumcumque ab impiis irridetur, non frangitur.*

Beatus Thomas à Villanova: *Quoniam si de hac charitate dubitas, & quare Deus dilectione prosequatur, adhuc ignoras, testimonia ejus credibilia facta sunt nimis. Testis Crux, testes clavi, testes dolores, testes sanguinis inundante furvis, testis amara mors, & acerbissima, quam pro te sustinuit: & cum hæc omnia patitur, videntur ei omnia pauca præ amoris magnitudine: adhuc enim majores, & abundantiores (si possibile esset) expetit pro te dolores: graviores, longioresq; pro te sustinet angustias.*

Hoc est enim, quod in Cruce pendens clamat ad Patrem: *Sitio.* Et in Psalmo: *Cucurri in siti;* paratus videlicet ad longiores, & acerbiores pœnas tolerandas pro homine, si Pater adhuc injungeret. Et quamvis de illo scriptum sit: *Satiabitur opprobriis.* Et iterum: *Quia repleta est malis anima mea;* Sicut tamen adhuc, satur quoad effectum, sitiens quoad affectum. Satur, quia à planta pedis usque ad verticem non est in eo sanctus, sitiens, quia amor adhuc doloribus plenus non est, quamvis corpus vulneribus plenum sit.

Hinc jam jam expirans, quasi hæcenus pauca passus esset, ad Patrem conversus, & juxta Augustinum interrogans dicebat: *Consummatum est?* quali diceret: *Nec aliquid patiendum superest?*

Quid quod nec etiam post mortem satur quoad affectum videtur! *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in corpore meo.* Vbi Theophyl. *Quæ desunt, inquit, ut arguat, tantam Christi fuisse in nos charitatem, ut nec debitum omne persolvisse se credat, & tanquam nec satis sint, quæ antea tulerit, sed post mortem etiam nostri gratiâ patiatur & in meo corpore, hoc est, in mei corporis passione: neque enim morte duntaxat suâ contentus, quia & infinitis nititur modis, ut facere satis nobis pro ejus desiderio queat.*

O amorem, ardoremque patendi! *Improperium expectavit cor meum, & miseriam.* Expectavit, inquit, tanquam rem concupitam.

Hinc illud: *Quos facis, fac citius;* non actum præcipiens, sed temporis circumstantiam, ait subtiliter Cajetanus.

*Baptismo habeo baptizari.* At non satis, si diceret: *Debeo baptizari?* Satis: sed affectum non ira exprimeret. *Osculetur me osculo.* Osculum non redundat, sed affectum declarat: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, donec perficiatur?* Irenæus legit: *Et valde propero ad illum;* hoc est, non lento, sed concito gradu pergo, nec ambulo, sed propero, sed curro.

Hinc illud: *Tristis est anima mea usq; ad mortem;* Catharinæ Senensis pulchre, tale videtur, ac si dixisset: *Tristis est anima mea,* quia

*Christus passionem inextinguibilem sitiens.*  
Psal. 77.  
Thren. 3.  
Psal. 87.

*Isa. 1.*

*Colos. 1.  
Theoph. ib.  
Etiam à morte.*

*Psal. 68.*

*Ioan. 13.*

*Luc. 12.*

*Cant. 1.*

*Iren. lib. 1.  
cap. 1.*

*Matth. 26.  
Cathar. Sen.  
nen. in epist.*

Bernard. D.  
Pass. Domin.  
cap. 38.

Ioan. 19.

Psal. 21. tit.  
juxta Hier.

Cant. 8.  
Cant. 5.

Luc. Abbas,

B. Thom. à  
Villanova  
lione 3.  
Dominic. 17.  
post Pent.

- quia mors non venit. Non longè perrexit à D. Ambrosio : *Mastitiam prætendebat Christus, quam non ex metu mortis sua, sed ex morâ nostræ redemptionis assumpserat. Cruciabatur (inquit) divinus Salvator morâ nostræ redemptionis. Irascor usque ad mortem, quòd nimirum concupira non venit.*
- Ioh. 4.* *Spes, quæ differtur, affligit animam. Sic generosum militem prælio instanti anxi- um videas, non quia iæstat, sed, quia non- dum pugnat.*
- Virgil. Idem.* *Stare loco nescit, micat auribus, & tre- mit artus. Stat sonipes, & frana ferox spumantia mandit.*
- Iob. 39.* *Gloria narium ejus, terror, terram ungula fodit, exultat audacter, in occursum pergit ar- matis; contemnit pavorem, nec cedit gladio, super ipsum sonabit phœveta, vibrabit hasta, & clypeus, serpens, & fremens sorbet terram, nec reputat tuba sonare clangorem. Vbi nu- dierit buccinam, dicit: Vah; procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & ululatum exercitus.*
- Athan. de Cruce.* *Athanasius: Cum festinatione ad locum vadit, ubi cum in Crucem ascendere oportebat, fœcitque eos accelerare, qui ipsum duce- bant.*
- Mar. 10.* *Et præcedebat illos Iesus, & stupebant. Sed obtupescere jam desinuit: Ecce, inquit, ascendimus Ierolimam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & con- spuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum. Ut gustat in narratione! Ab- bas Cellensis: Pungebatur, cruciungebatur, crucifigebatur, flagellabatur, conspuiebatur, impinguabatur.*
- Psal. 68.* *Dolebat quod non amplius doleret. Hugo Card. ibid. Lyr. in 19. Ioan. Civ. vinum myrrhatum bibere noluit.*
- quia mors non venit. Non longè perrexit à D. Ambrosio : Mastitiam prætendebat Christus, quam non ex metu mortis sua, sed ex morâ nostræ redemptionis assumpserat. Cruciabatur (inquit) divinus Salvator morâ nostræ redemptionis. Irascor usque ad mortem, quòd nimirum concupira non venit.*
- Nihil sibi propterea pati videbatur. Ex flagellis licet sanguinem largiter fuderit, præ amore, ne guttam quidem sibi profudisse videbatur. Dissipati sunt, nec com- puncti. Litera originalis: Etiam si lacerabam carnem meam, non ejiciebant, aut elicie- bant sanguinem. Quid? ruptis jam undi- que venis, sanguinem non eliciebant? Præ amore, vix guttam sibi profudisse vi- debatur.*
- Vnus militum lanceâ latus ejus aperuit. Ioan. 19. Vade Ioannes: Videbunt, in quem tran- sifierunt. Hebræus huc referendus: Vi- debunt, in quem pupugerunt. Quasi amori non apertio, aut lata transfixio, sed solum punctio videretur.*
- Hinc, quod Ieremias lachrymans vo- cat mare: Magna est, velut mare, contritio tua; Christus læto, fortique animo vo- cat calicem: Calicem, quem dedit mihi Pa- ter, non vis, ut bibam illum? Aded nimirum nostrâ sitiebat salutem, ut præ siti ipsum erat mare pas- sionum mare calicem absorbendum sionis existimaret.*
- O quàm verè Augustinus! Amantis est, magna parvi facere. Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognovisti, quæ facta sunt in illa his diebus? Qua? qua?*
- Quid recolitis passionem? Pati glo- riam existimo. Dicebant excessum, quem completurus erat in Ierusalem. Græcè: Lo- quebantur de gloria.*
- Glorifica me, Pater; sic legit Chryso- stomus, qui & pulchrè subdit: Quid! Ad Crucem duceris cum latronibus, maledictam sufferre mortem, conspuendus, cadendas cola- phis, & hæc gloriam appellas? Ita, inquit, pro dilectis ipse patior, meritiq; hæc eadem gloriam existimo.*
- Hæc passionem vocat opprobrium: Et cum impiis reputatus est. Christus vocat honorem: Si exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad me ipsum.*
- Propheta hostes vocat passionis mini- stros: Facti sunt hostes ejus in capite, inimici ejus.*

ejus locupletati sunt. Christus vocat amicos: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Castalion. Vulneratus sum in amicorum domo.

Psal. 18. Aug. 9. 71.

Quid, quoddum patiebatur, sese quodammodo ostentabat? In Sole posuit tabernaculum suum. Augustinus, id est, corpus suum, quod à Pilato flagellis casum est ignominiamq; passionis in Sole posuit.

Tob. 53. Luc. 23. D. Leo serm. 10. de Pass.

Sicut ovis ad occisionem ducitur. Ad Hebraicum: Cum regìa pompã, & majestate deducetur. Vnde ad lamentatrices: Filie Ierusalem, nolite flere super me. Quidni, Domine? D. Leo: Quia non decebat luctus triumphum, nec lamenta victoriam.

Isa. 1.

Habac. 3.

Hinc Bethlehem nativitati, Ierosolymam prælegit passioni. Eapropter & passus in meridie (uti pulchrè notat Hieron.) qui resurrexit mane. Vnde & in gloriã visus ab uno. Vidi Dominum sedentem super solum excelsum, & elevatum: in opprobriis, à multis: Vidimus eum, & non erat aspectus. Cornus (inquit simul, & semel Propheta) in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo ejus.

Nos tanto pro nobis patiendi ardori quantã promptitudine respondemus? quã alacres obviam pergimus passioni?

SILENTIUM. PUNCTUM XV.

Nihil respondes ad ea, quæ isti adversum te testificantur? Iesus autem tacebat. Matth. 26. Non audis, quanta adversum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur Prasfes vehementer. Matth. 27. Non respondes quicquam? Vide, inquantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus. Marc. 15. Herodes, viso Iesu, gavisus est valde, Speranza Scriptura selecta.

Et interrogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat, Luc. 23.

Quid ergo? Verbum silet? Factum est silentium in calo? Et cur præ stupore non sileat calum, cum in calo videat silentium? Hec, concentum cali quis dormire fecit?

Apoc. 8. Job. 38.

Accusatur Iesus apud Iudices, falsis ubique testibus circumvenitur, postulatur ad necem: at ille silentio se tueretur, & qui mundum verbo fecerat, taciturnitate jam refecit. En, en hic agnus innocentissimus ab origine mundi sine voce ad occisionem ductus! Enis, qui sicut ovis coram rudente se obmutuit, & non aperuit os suum.

Et iustitia ut itat, & tacet! perfidia verò ut loquitur, & sedet! Ambrosius de Rachele sedente, & Laban stante: Vbi, de Tacob, c. 5. inquit, causa religionis agebatur, fides debuit habere sedem iudicii, & quasi rea stare perfidia. Sed, heu! modo perfidia recidit, fides stat, & tacet.

Silentio mundum refecit, qui verbo fecit. Isa. 53.

Ambrosius de Rachele sedente, & Laban stante: Vbi, de Tacob, c. 5. Gen. 31.

Primum, coram Principe Sacerdotum Caiapha ad manifestissima accusationis mendacia tacuit, nec ibi dolor ullã prorsus vocem expressit, sed obsequium erga Patrem, divinam linguam cohibuit: Ego autem, anquam surdus non audiebam, & sicut mutus, non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Posui ori meo custodiam: vel ut vertit Hieron. Custodi vi os meum silentio, cum consisteret peccator adversum me. Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis, & dolor meus revocatus est.

Psal. 37.

Psal. 38. D. Hieron.

O verum Iosephum iniquè à Putipharo accusatum, qui nunquam ad verbum respondit, qui cum possit legem talionis implere, & malum malo fœnerare, ut loquitur Tertullianus, tacere maluit, & falsam calumiam ne verã quidem accusatione repellere.

Gen. 39.

Tertul. lib. de Patient. c. 6.

Tacui, semper filius patiens sui. Summæ nimirã, divinæque virtutis argumentum, in mediis objurgantium testimoniis, & calumniis patienter tacere. Ita pulchrè D. Leo serm. 6 de Passione: Perducto Iesu ad Caiapham Principem Sacerdotum, quò Scriba, & omnis sacerdotalis

Isa. 42.

D. Leo.

is Ordo conuenerat, falsa aduersus Dominum A  
testimonia querebantur, sed inter inconditas,  
& dissonas voces hoc Iesus mirabiliter elegerat, ut taceret.

O quam vere! ô quam propriè mirabiliter! Non etenim frigiditatis poterat esse humanæ, in medijs falsissimis calumnijs sic tacere, sed mirabilis, sed diuinitatis virtutis eximium argumentum.

Thren. 3.

Alii.

D. Ambr. ser. super sa. Alii: Quia leuauit super se. Mox: Pones in puluere os suum, si forte sit spes. D.

10, in Ps. 128.

Ambrosius uertit: Dabit in sepultura fossuram os suum, si forte sit spes patientia. Et lectionem elucidans subdit: Quod autem ait: Dabit in sepultura fossuram os suum, ostendit quandam supra modum patientiæ taciturnitatem, & tanquam sepelias os proprium, ne loquatur, & uelut quodam aggeri uirtutum obstruat, ne uocem doloris emitat: & quemadmodum etiã

Theod. ibid.

Theodoretus exponit, ita tacebit, ac si os terrã oppletum haberet. At quæ spes tanti silentij, & patientiæ? Hæc ipsa, ut supra hominem agnoscat. Sedebit solitarius, & tacebit. Septuaginta: Sadebit singulariter, & silebit, quia leuauit super se: aut, se parauit Christi.

Silentio existimationem diuinitatis sibi parauit Christus.

Isa. 32.

Silentium ut rem diuinam coluerunt ueteres.

Plin. lib. 3. cap. 5.

Calim: Rhodig. lib. 2. 2.

6. 46.

Psal. 64.

Cypr. lib. de bono patientia. Patientia res Dei.

Quæ Deus innotuit.

Huc facit illud Varis: Et erit cultus iustitiam silentium; id est, silentio, ac taciturnitate in opprobrijs æquanimiter perferendis, agnosceretur, & coleretur ut Deus.

Vel Ethnici, ut rem diuinam, colebant silentium; illud non secus ac Numen uenerabatur in Musã Tacitã, in Ecã Angeioniã, ac in Harpocrate. O uanos silentij cultores! Eo, eni uerus silentij Deus.

Hinc Psaltes: Te docet hymnus, Deus in Sion; aut juxta alios: Te docet silentium, Deus, in Sion. & tibi (consequenter tanquam iam ex hoc noto Deo) reddetur uotum in Ierusalem.

Hinc & illud Cypriani acumen: Patientia res est Dei; quasi eã potissimum, tanquam se propius simã. Deus innotescat.

Hæc præsertim Dei Filius innotuit. Et certe non potuit hinc non agnosci ut Dei Filius, qui Deum Patrem imitatus suas injurias tam profundo silentio tolerabat.

Accipe eundem Cyprianum libro de bono patientiæ, ita fantem: Inter cetera admirabilia uirtutum, quibus indicia diuinae Majestatis expressit, paternam quoque patientiam tolerantiam tenore seruauit. Vbi pulchrè illud expendendum uenit, tolerantiam tenore, quod sic ut æternus Pater inter injurias patientissimè silet, ac sustinet, ut ait Apostolus, in multa patientia: ita Christus Dominus eandem Patris patientiam amulatus, atq; inter objectas sibi calumnias, & injurias conticecens, paternam maiestatem, ac Diuinitatem referebat.

Magnum id certè, ac pulchrè ait Athanasius, & mirificum in Secretore, qui tacendo, & non respondendo, tam efficaç erat in persuadendo, ut Iudex ultra factiones, conspirationesque aduersus eum initas agnosceret, & confiteretur, se magis turbis hominum, quam iustitiæ gratificatum esse. Qui si respondisset Pilato, poterat ille suspicari, formidine eum mortis ad loquendum inducẽ fuisse: jam cum taceat, quid admireris, nisi illius robur, fortitudinemque in contemnendã morte? Cumque eum de innocentia ita excuset Pilatus, quid aliud in mentem uenire potest, nisi illũ ipsum, qui ibi iudicio subiectus stabat, Deum esse?

Vnde solenni etiam suo acumine Tertullianus libro de patientia, vel hinc potissimum Phariseorum aut malitiam, aut cæcitatẽ redarguit, quod Christi Diuinitatem non agnoscerent. Qui, inquit, in hominis figurã proposuerat latere, nibilde imitatus est. Hinc uel eius deitas præmaximè, Pharisæi, Dominum agnosce debuerat.

Quasi diceret: Cum à solo homine tam silentem in tam apertis injurijs tolerantiam exhibe, haud esset possibile, uel hinc solùm Deum agnoscere debuisset.

Certè ipse patientiæ miraculum Iob tot calumnijs impetitus, ut qui Deus non erat, sed homo. Quare tacens consumor? aut ad Hebræicũ: Nunc, si tacero, moriar; aut Græcè: Nunc obmutescam, & deficiam; id est, nisi loquar, deficiam, & expirabo: si statim non dixerõ, & me oratione non defen-

Athan. de Pass. & Cruce Domini. Silentio efficaç in persuadendo Christus.

Tertul. lib. de patient. c. 3.

De patientia Christi agnosca. Hinc uel eius deitas præmaximè, Pharisæi, Dominum agnosce debuerat.

Iob. 13.

defendero, protinus moriar. Sic aliàs A  
adversus suos calumniatores: Usquequò  
affligitis animam meam, & atteritis me ser-  
monibus? Vbi Origenes citatus in Cate-  
na: Iobus, inquit, fortissimus Athletarum,  
in cuius libro nihil ita eminet, ut fortitudo, la-  
bores tamen sentit, quos ex eorum duro sermo-  
ne, qui ad eum visendi causâ venerant, hau-  
riebat.

Iob. 19.  
Orig. ibid.

Id, quod etiam elegantissimè expen- B  
dit Chrysof. hom. 15. in Matthæum, ad  
illa verba: Beati estis, cum exprobraverint  
vobis, & dixerint omne malum verbum ad-  
versum vos; sic enim ipse legit, subditq;  
Non pro periculis solum, verum etiam pro ma-  
ledictis retributionem maximam pollicetur.  
(Beati estis, &c. Gaudete, & exultate, quo-  
niam merces vestra multa est in calis. Pro-  
pterea non dixit: Beati, cum vos exagi-  
taverint, atque interfecerint, sed, cum ex-  
probraverint vobis. Nescio enim quomodo  
omnibus penè rebus amarior solent mordere  
maledicta. In periculis quippe multa sunt, qua  
laborem ipsum faciunt leviorē, ut multorum  
exhortatione succendi, ut habere plurimos ap-  
plaudentes: dignisq; passionem ipsam praconis  
coronantes: in maledictionibus verò etiam  
consolatio ipsa subducitur.

Matth. 5.  
Chryf. ib.

Verba male-  
dica amarissi-  
mè mordent.

Quosdam ad  
laqueum impu-  
pulerunt.  
Matth. 27.  
Act. 1.  
Maledicta ne  
audiret Iudas,  
laqueum induit.

Iob. 1.

Maledicta ne  
Iob quidem  
satis patienter  
ferre poterat.  
Iob. 11. &  
19. & 20.

Neque enim maledictiones creduntur cun- D  
ctis periculis servius mordere certantem, nec  
omnino magna esse quapiam virtus putatur,  
fortiter sustinere maledictum, cum certe multi  
etiam ad laqueum convolarint, famâ oppro-  
bria non ferentes. Et quid hoc miraris in ca-  
teris, cum proditorem illum impudentissimum,  
pariter & crudelissimum, atque contra omnia  
flagitia nequitia fronte duratum, hoc praecipue  
ad laqueum ire compulerit? (Quasi diceret:  
Ne à quopiam fortè audires: En refracta-  
rius! en proditor?)

Iob quoque ipse certè omni lapide, atque  
adamante tolerantiur, cum quidem patrimo-  
nium amitteret, malaq; innumera sustineret,  
cumq; subitò numerosâ sobole esset orbatus, cū  
quasi fontem quendam vermium toto videret  
corpore haurientem, suprag; hac uxorem sibi  
molestius imminentem, per facile cuncta su-  
peravit: ubi verò exprobrare sibi amicos, at-

que insultare videt, & malignam illum de se  
existimationem fovere, & dicere, quidd talia  
propter peccata pateretur, ac malitia sua solve-  
ret ultionem, tunc demum utique turbatus est  
vir ille maximus, ille fortissimus.

Et quid David? Nonne ipsumq; cal-  
umniarum, ac oburgationum pelagus fuit  
ingressus: Infixus sum in limo profundi, &  
non est substantia vni in altitudine maris, &  
tempestas demersit me. Quia tamen homo  
erat, non Deus: Laboravi (subdit) clamans,  
rara facta sunt fauces meae. Sic penè Chry-  
sofotomus: David quoque omittens cun-  
ctâ, quae pertulit, pro maledicto patienter  
ad dito, vicem à Domino repositae: 2. Reg. 16.  
Dimitte, inquit, ut maledicat, quoniam Do-  
minus mandavit ei, ut videret afflictionem  
meam (pende Chrysofotomi lectionem)  
& reddat mihi pro maledictione hac in die illâ.  
Nemo igitur hominum, nemo patien-  
tiam huiusmodi penetravit.

Psal. 68.

Neque David

2. Reg. 16.

Chrysof.

Et quidem inter notas, quibus Chri-  
stus ut Messias signaretur, illa neque ob-  
scura, neque infirma est: Non clamabit, ne-  
que audietur vox eius foris. Et tyranni rudi-  
culi ejus erunt, & ipse de Regibus triumphabit.  
Quâ etenim re aliâ, quàm ipsâ in-  
nocentiâ, æquanimitate, ac silentio de-  
Rege Herode, de Pilato, deque cæteris  
Pontificibus, & calumniatoribus trium-  
phavit? Rectè Ambrosius ad illa ver-  
ba: Redime me à calumniis hominum.  
Christus, inquit, calumniis appetitus silen-  
tium detulit triumphale.

Isa. 42.

Silentio Chri-  
stus de hosti-  
bus trium-  
phavit.

Psal. 118.

Ambros. ser. 17  
ibid.

Hoc & regius Propheta pulchrè in-  
nuit, ubi cecinit: Specio tua, & pulchri-  
tudine inâ intende, prosperè procede, & re-  
gna. Propter veritatem, & mansuetudi-  
nem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter  
dextera tua; ad optatum videlicet fi-  
nem, ad optatas coronas, & triumphos.  
Sic Genebrardus.

Psal. 44.

Hinc ad mores D. Valerianus Episc.  
Plena victoria est, ad clamantem tacere, &  
non respondere provocanti. Et Paulinus: Val. de bono  
In Christo triumphat, qui tunicam auferenti confer. pacis.  
remittit & pallium.

Paulin. ep. 2.  
de perfect.  
Christian.

Porrò juvat hoc loco, & mansue-  
tudi.

FFFF 2

rudinis, ac silentii hujus pulchritudinem, atque honestatem intuemam, & ad nostrorum regimen animorum in rebus difficilibus, contemplari, quemadmodum Christus Dominus coram Pontificibus, ac Pilato se gesserit. Etenim inter tam confusas voces, inter tam absonos clamores accusantium, ac deposcentium ipsum in pœnam, in tantâ invidiâ, & calumniâ rabie, inter plagas, atque ictus, impendente tanti supplicii atrocitate, & morte probrosissimâ, quâ moderatione est usus, quâ sapientiâ? Non exacerbantur eum indignissima, quæ perpetiebatur, & infanda, ut aliquid ex ejus ore prodiret immodestum, arrogant, durum, insolens, contumeliosum, maledicum. Iudicum auctoritatem non imminuit, non propriam extulit. Non fregit, ac debilitavit eum tantum pondus arumarum, ut in preces, lachrymas, supplicationes sese abiiceret, aliquidque vel ageret vilitate, aut diceret. Quo temperamento semper est usus? quâ prudentiâ in sensis? quâ circumspectione in paucissimis, quæ dixit, ne perpetuo silentio, ut ait Chrysost. superbus videretur: Quantum enim fuit satis, respondit, & nihil amplius: ut dicta ejus neque asperitate, aut arrogantia offenderent, neque dejectione vilescerent, aut sorderent.

Luc. 23.

Et quidem coram Principe Sacerdotum, surgente eo, ac dicente? Nihil respondes ad ea, quæ isti adversum te testificantur? nihil intulit: Iesus autem tacebat. Sic nimirum & obedientiam præstabat Patri, & patientiam, animique constantiam calumniis opponebat, simulque indicabat illis, quali iudicio uterentur, ad quod ipsi non esset respondendum, nimirum corruptissimo, & ad damnandam innocentiam potius, quàm ad veritatem cognoscendam comparato: quod præterquam jam diu illi multis exemplis conati ipsum perdere ostendissent; tamen ipso præsentate factio demonstrabant aperte, qui ipsum ante capiendum, quàm causam cognoscendam curassent: non enim debet capi is, de quo nihil est per testes iudicatum; aut qui non presentes habeat accusatores. Isti post capturam quærebant

Act. 25.

testes studiosè, & non inveniētes, inibant modum falsi constandi testimonii. Quid igitur respondendum esset in hujusmodi iudicio?

Libeat, rogo, rem hanc totam ad nostram eruditionem, ex D. Laurentii ore, elegantissimè ita fantis, audire. Illi, inquit, coram Summo Pontifice constituti falsum quærebant testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent. Falsidicorum utique quærebant suffragium, ut ad mortem damnaverent vitam, ne ipsi viderent in aeternum. Viciissim contendeabant, ut candorem aeterna lucis suis obnubilarent tenebris: fiebat autem, ut quò sollicitius investigarent ista, eò in depressioribus ipsi tenebris remanerent, perseverante in suo splendore incommutabili veritate. Illos Prophetia descripsit, dicens: Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. Volebant inermi manu durissimam infringere siliem, sed quid? prævalueruntne? Minime: Manus contriverunt suas, cassoque defatigati labore nihil facere potuerunt.

Varias nocendi artes, & maligna consilia invenire conati sunt, ut perderent sapientiam: & tamen in propria insipientiâ perstiterunt. Nempe cum plurimas finxissent oppositiones veritati aeternæ, & supervacue desidassent, testes duos repererunt, qui dicerent: Nos audivimus eum dicentem: Ego solvam templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum resedificabo. Poterant hi testes esse veridici, si prout Dominus dixerat, retulissent. Sed consuevit semper iniquitas superaddere veritati, ut puritatem mendacii cæno velut cæno commaculet, sic enim inquit: Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Quod voce protulit, potentia sua verbo perfecit. Post sua etenim passionis triduum, cum in tumultu corpus, quod erat anima tabernaculum, & Divinitatis templum, jaceret exanime, illud, omni depositâ passibilitatis molestiâ, resuscitavit ad vitam. Fecit, quod se facturum esse promiserat, ut veritatis ostenderetur assertor, & futura resurrectionis, atque structura caelestis imputribile poneret fundamentum, quatenus omnis supra edificata habitatio crederet in templum hoc sanctam Domino.

His testibus auditis, Pontifex iniquitatis, dolo plenus, de iudicario surrexit solio, nolens falsiloquarum objectiones, neque Christi discuti-

D. Laur. Iuss. de triumph. Christi. agone. c. 10.

Psal. 63.

Marc. 14.

Veritatis puritas additione velut cæno mendacii commaculatur. Ioan. 2.

tere

Siluit Christus, sed non omnino mutuit, ne arrogans videretur. Chryst. hom. 87. in Matt.

vere innocentiam. Maximam profecto Media-  
tori afferbant laudem prolata aduersus eum.  
& non probata testimonia. Nequaquam ut  
Iudex astabat tunc Caiphas, sed ut calumnia-  
tor, & hostis: quamobrem veritatem, quam  
minime diligebat, non scrutabatur, sed medi-  
tationem calumniam, quam referret erat. Insi-  
diabatur quasi leo in spelunca sua, & sicut ca-  
rulus leonis habitans in abditiis. Observabat  
callide, si forte ex ore Mediatoris aliquem in-  
compositum, & reprehensibilem prolatum ser-  
monem agnosceret. Propterea cernens, quod  
nihil falsis objectionibus respondisset, tentauit,  
si quo modo ipsum concitaret ad loquendum:  
in tacentis quippe lingua nihil reperitur indi-  
gnum. At igitur: Non respondes quicquam  
ad haec, quae tibi obiciuntur ab his?

O iudolos, & uenenatis antiqui serpentis  
astutia! o malignitatis eloquium tumens! o  
Pontificis summi inueterata canities! Gradis  
sicut praemines ceteris, ita & peruersitate pra-  
cellis. Cur tentando ad loquendum provocas  
sapientiam? Cur accusationibus falsis quaris,  
ut satisfaciatur veritas? Non ut depravatam cor-  
ruptum, omnes calumniatores Dominum esse men-  
ditos. An forte seiscitarius responsum, ut agni-  
tae sanctitatis innocentiam absolvas? Nempe,  
os tuum abondauit malitia, & lingua tua  
concinnauit dolos, sedensque aduersus fratrem  
tuum loquutus es, & aduersus filium ma-  
tris tuae posuisti scandalum.

Veniet, veniet tempus, (crede mihi) in quo  
deprehendaris in crimine, & malitia tua pro-  
feratur ad publicam, atque toti mundo efficia-  
tur nota. Nunc tua solum te accusat conscien-  
tia: nunc coram patris, qui tecum in uno con-  
ueniunt nocendi consensu, exponis illam, ut in-  
de consequaris laudem, tuaeque dolositate affe-  
ctum: alias autem aliter fieri. Stabis procul-  
dubio ante tribunal eius, qui astat tibi, &  
quem moliris occidere, iudicabis ipse te, non  
sicut tu, sed iusto tecum iudicio contendet, &  
statuet te contra faciem tuam, & te iudicabit  
per te, non alterius indigebit testimonio, pro ut  
agnis nunc tu: te faciet esse reum, teque iudicem  
tibi: ostendet prius te tibi, tuamque de te audi-  
turus est abs te sententiam contra te: neque  
alter iudicabit de te, quam tu, non autem er-  
raro valebit. Ducet te sapientia sua per cordis  
tui latebras, & multa, quae ignoranter com-  
missisti, deteget delicta. Iuxta te erit aequitas,

A & quid virtus, quidve vitium mereatur, in-  
sinuabit. Tunc clamabis aduersum te, ne-  
mine contradicente: proferes tu ipse in te sen-  
tentiam de te, quam ille, quem nunc contem-  
pibilem, afflictum, moerentem, tacentemq;  
vides, coram Angelis, & calorum approbabit  
militia. In presentiarum, quamuis posset, ni-  
hil tamen falsis oppositionibus respondere ve-  
lari, ut omne securus fidelibus daret de se hu-  
militatis exemplum: incorrigibiles namque  
agnoscens illos, nec excusationis, neque admo-  
nitionis sermonem exprimere voluit. Verba  
sancta in spiritus seminare, & eloquia sapientis  
super aridam terram, & petram aurissimam  
jactare passus non est.

B Similiter coram Pilato, cum accusaretur  
a Principibus Sacerdotum, & senioribus, nihil  
respondit. Et subinferenti: Non audis,  
quanta aduersum te dicunt testimonia? non re-  
spondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur  
Praeses vehementer.

C O vere silentium admirabile! Et vo-  
cabitur nomen eius. Admirabilis Deus, For-  
tis. Admirabilis certe in verbis; admira-  
bilis & in silentio.

D Egregie Origenes expendens illud,  
vehementer: Quod, inquit, scriptum est, non Origen. in  
solum mirari Pilatum, sed etiam valde mira-  
ri, mouet me, ut existimem, quod dignum ei Silentium  
videbatur magno miraculo, ut exhibitus ad Christi vehe-  
criminali iudicio Christus inturbabilis ma-  
neret, & stare ante mortem, quae apud omnes miratus Pi-  
latus.

E Et certe, velut ait Philosophus: Terri-  
bilia sunt mala. Ea sunt infamia, paupertas,  
morbis, solitudo amicorum, mors maxime  
omnium rerum horribilis. Sunt verba Phi-  
losophi. Haec autem omnia Christo ob-  
oculos, infamia ex calumniis; paupertas,  
cum non haberet, ubi reclinarer caput,  
regnumque eius non esset de hoc mun-  
do, morbus in illo nullus unquam fuit,  
habuit tamen intensissimos ex percussio-  
nibus, alapis, spinis, flagellis dolores, soli-  
tudo amicorum, quia omnes, relicto eo su-  
gerunt, mors ipsa denique maxime omnium  
terribilis: & tamen imperterritus silet,  
in silentio, & sperit fortitudo mea. Verè  
Plutarchi. Silentium in maledicto res grauis,  
& Socratica, vel potius Herculeae: adde  
(praesertim in morte) vel potius divina.

Ffff. 3.

Matth. 27.

Isa. 9.

Arist. 3.  
Mor. c. 6.

Matth. 26.

Isa. 50.

Plutar. lib. de  
profectu ab  
amic. cap.

Isa. 49.

Matth. 27.

Ita ut miraretur Praeses vehementer. Et A quidem multiplici ratione, tum ipsius accusationis, quae maxima crimina implicabat, seditionem, seductionem, laesam Dei, ac Caesaris maiestatem, tum supplicii, cui si convinceretur, adjudicandus esset, crudelissimi nimirum, & atrocissimi immanitatem, tum etiam ipsius Christi eloquentiae, ac facundiae vim, & efficacitatem, qua rudem, & effertum populum adeo demulserat, ut omnem ad se mundum trahere diceretur: *Ecco mundus totus post eam abit. Diffusa etenim gratia in labiis eius, tum denique talis, tantaque constantiae ut qui coram eo, tanto Iudice, staret imperterritus. Quis ergo non miraretur? & vehementer? Verum innocentia nescit timere eos, qui occidunt corpus.*

Matth. 10.

Vnde planè eleganter Ambrosius: Bene tacet, qui defensione non indiget. Ambiat, ambiat defendi, qui metuit supplicari: festinet loqui, qui timet vinci. Christus, cum condemnatur, superat, cum iudicatur, vincit, sicut ait Propheta: *Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris. Vincit enim, cum iudicatur, Christus: quia sic innocens approbatur; unde ait Pilatus: Innocens ego sum à sanguine iusti huius.*

Ambros. ser. 44. de accusato Domino, &c.

Psal. 50.

Eodem Dominus silentio est usus coram Herode. Hic erat cupiens ex multo tempore videre eum, eò quòd audierat multa de eo. *Et sperabat signum aliquod ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat. Herodis ergo, & Pilati, ut pulchrè ait Cyprianus, Christus contempsit fastigia: nec potuit altitudo potestatum extorquere ad interrogata responsum.*

Cypr. ser. de Pass.

Luc. 23.

Hoc similiter silentium, tum ab eisdem Herodis intentione, obstinatione, crudelitate, & mendacijs, tum à Christi ipsius desiderio patiendi, & à modestiâ, atque studio medendi profectum est

Christo sicut, ut Herodis curiositatem fraudaret. Job. 31. Greg. 22.

Ab Herodis intentione, non etenim hinc Herodes iste proficere quærebat, sed ipsa tantum signa, ac facta mirari. Ita Gregorius ad illa verba: *Si exparvi ad multitudinem nimiam, & non magis tacui, nec egressus sum ostium. Ipse, inquit, quia vi-*

dit Herodem non quærere profectum, sed signa, vel scientiam velle mirari, requisitus ab eo tacuit. Et ad illa: *Lampas contempra apud cogitationes divinum. Huius, inquit, lampadis, id est, Christi flammæ Herodes explorare voluit, sed nullo radio lucis lampas emicuit: quia ei, qui se non pie, sed curiosè quæsierat, nihil de se miserabile ostendit. Ambrosius: Tacuit, & nihil fecit, quia nec illius credulitas merebatur videre divina.*

En hic conditio carnalium hominum, qui divina quidem oculis subicere concupiscunt, non doctrinæ, sed curiositatis implendæ gratiâ. Hinc olim in Ecclesiâ nefas, curiosis hominibus sacra mysteria detegere. Ideo D. Dionysius in Demophilum Monachum docet, eousque immaculata servata esse mysteria, donec ille temerarius in ea irrupisset. Hoc etiam olim negatum in re eucharisticâ restatur Iustinus. Verum nunc passim videas, carnales homines oculos pascere, & ex his, quæ visa sunt exterius sibi contempibilia, ratiocinari. Sic & nunc Herodes videre vult, quia ab externis simplicem Iesum iudicat, eundem quoque contemnit. Ab obstinatione, quâ scilicet neque signis, neque verbis futurus esset melior. Iesus, qui cuncta ratione periegit (sic pulchrè Theophylactus) & qui teste David, suos sermones in iudicio disponit, pium esse iudicavit in talibus habere silentium: sermo enim prolarus, qui nihil proficit, condemnationis sit causa. Miserationis ergo divinæ silentiū hoc, ne verba, & miracula essent ad eumulum damnationis. *Vbi non est auditus, & non effundis sermonem. Et nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne foris conculcent eas pedibus suis.*

D. Dionys. Mystheria curiosu detegere olim nefas.

Iustin. Mart. Apolog. 1. pro Christianis.

Theoph. in Cat. Luc. 23.

Siluit item Christus, ne sermo ejus Herodi majorem adferret damnationem.

Eccl. 32. Eccl. 32.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Matth. 7. Matth. 7.

Eccles. 28.  
Ians. ibid.

responsione digna. Non refert, aiebat So-  
crates, quam multi sint testes, sed quam gra-  
ves. Quid igitur opus erat tales refelle-  
re, cum mentita esset iniquitas sibi? Nihil  
respondit, inquit Chrysostomus, quia mul-  
tas habentes demonstrationes ex ipsis re-  
bus virtutis, & mansuetudinis ejus, &  
humilitatis, tamen in ipsum indignabatur,  
& perverso judicio agebantur contra  
ipsum.

Laert. lib. 2.  
cap. 5.  
  
Chrys. in  
Cat. Matt. 26  
Cajet.  
Tum ne moras  
miseret sua  
passioni, & no-  
stra redem-  
ptioni.  
Hieron.  
Ambros.  
Tum ob suam  
modestiam.  
Greg. 22.  
Mor. 12.  
1. Cor. 2.  
Verbum Dei  
audierat  
quid.  
Item Mor.  
lib. 10.

Silentium idem à Christi ipsius pacien-  
di desiderio. Silet, ne obstet. Sic acutè  
Cajetanus. Nihil respondere voluit, ne cri-  
men diluens, dimitteretur. & Crucis utilitas  
differretur. Sic cruditè Hieronymus.

A modestiâ: quid enim possit, non  
ostentat, ut ita jactantiam declinet. Sic  
Ambrosius. Hinc discamus, ut quories  
auditores nostri nostra volunt quasi lau-  
danda cognoscere, non autem sua per-  
versa mutare, omninò taceamus, ne si-  
mus adulterantes verbum Dei, quod est aut  
aliter de illo sentire quàm est, aut ex eo  
non spiritales fructus, sed adulterinos  
fœtus quærere laudis humanæ. Sic ad  
mores Gregorius. Qui etiam alibi per-  
egregiè: Inquisitus Redemptor tacuit, expe-  
ctatus miracula exhibere contempsit, selesq;  
apud se in occultis retinens, eos, quos exteriora  
quærere comperit, ingratos foras reliquit, ma-  
gis elagens aperit à superbientibus despici,  
quàm à non credentibus vacuâ voce laudari.

A studio medendi, contrariis scilicet  
contraria curando, hoc est, Adami excu-  
sationes in peccatis, taciturnitate etiam  
à bonis. Cum confisteret peccator adversum  
me, humiliatus sum, & silus à bonis.

Anteaquâ vitæ recordatione se solari  
Christo satis, si vel Socrati ipsi, dum ob  
id mori destinatus obticebar. Sic nimi-  
rum vixerat Christus, ut nulla jam suis  
medicis esset fides.

Invenitur pro viribus & nos divinum  
hoc Christi silentium, quandoquidem ta-  
cituritas ejus, ut ait Bernard. nobis in  
exemplum facta est, edificamusque ab  
hoc cælesti Magistro tempus tacendi, &  
tempus loquendi, hæc enim doctrina perfe-  
ctio perfectorum est, eorum videlicet,  
qui jam sunt virtutes adte, nec unam,  
aut alteram, sed omnes juxta illud: Au-

Siluit etiam  
studio medendi  
  
Psal. 38.  
  
Xenoph.  
Apolog.

rum tuum, aut argentum tuum confusa; aut  
Græcè, calliga, vel comæto: & verbis tuis  
facito stateram, & franos ori tuo vestos, & ar-  
tende, ne forte labaris in lingua, & cadas in  
conspectu inimicorum insidiantium tibi, & se  
casus tuus insanabilis in mortem. Hoc est,  
coge virtutes omnes morales, & charita-  
te, quæ per aurum signatur, & intelle-  
ctuales simul cum prudentiâ, quæ argen-  
to significantur: omnes enim sunt neces-  
sariæ, ut noveris bene loqui, & bene ta-  
cere: quia & omnia vitia, veluti agmine  
facto, conveniunt ad confundendam, &  
lere noveris, perturbandam linguam: unde necesse  
est, virtutes quoque convenire, ut illam  
contineant, atque rectificent, ideoque si  
quis in verbo non offondit, hic perfectus est vir.  
Iac. 3.

O quàm difficile silentium! Adeo dif-  
ficile, ut Aristippus quondam interroga-  
tus, quidnam esset in vita difficillimum?  
Tacere, inquit, quæ loqui non decet.

Facit optimè in commendationem si-  
lentii illud Proverbium: Stultus quoque, si  
tacuerit, sapiens reputabitur, & si compresse-  
rit labia sua, intelligens.

Vnde Iob ad amicos: Atque utinam ta-  
ceretis, ut judicaretur esse sapientes. Et Plu-  
tarchus: Magna est sapientia temperatum  
silentium, & omni cordè est sermone præstan-  
tius. Item: Ut egregius artifex, faculandi  
statim scopum petit, ita sapit, qui pauca loqui-  
tur, sed ad rem.

Faciunt pariter egregia illa Philoso-  
phorum dicta.

Menandri: Silentio nihil utilius.  
Simonidis: Nulli tacuisse nocet, nocet esse  
locuturum.

Xenophontis: Sæpe locutum me poenit-  
uit, siluisse nunquam.

Seneca ad suum Luciliium: Nihil a què  
proderit, quàm quiescere, & minimum cum  
aliis loqui, & plurimum scire. In hoc incum-  
be, ut identiùs audias, quàm loquaris. Quod  
tacitum velis, nemini dixeris. Auribus li-  
bentius, quàm lingua utere. Tandem post  
tot litterarum volumina ad eundem Lu-  
ciliium luculenter conscripta: Summa er-  
go summarum hæc est, tardiloquum te esse ju-  
beo, & propè erit tibi Deus.

Huc verè aurea faciunt illa verba Ca-  
tonis,

Vi rectè tum  
loqui, tum si-  
facto, conveniunt ad confundendam, &  
lere noveris, perturbandam linguam: unde necesse  
est, virtutes quoque convenire, ut illam  
contineant, atque rectificent, ideoque si  
quis in verbo non offondit, hic perfectus est vir.  
Iac. 3.  
Max. ser. 20.  
Silere rectè  
nosse, difficil-  
limum.  
Prov. 17.  
106. 13.  
Plut. in Mor.  
Silentii varia  
encomia.

Senec. ep. 16.  
In sent. moral.  
Lib. 5. epist.  
p. 4.



Virtutem primam esse puto compescere A  
linguam,  
Proximus ille Deo est, qui scit ratione  
tacere.

Hinc Glossa in 3. Ecclef. Disciplina Py-  
thagora est, per quinquennium tacere, & post-  
ea eruditos loqui.

Marul. lib. 4.  
Ebor. tit. 2.  
Silentium ve-  
terum mona-  
chorum.  
Psal. 106.

O quam enixius, tenaciusque illi cul-  
tores eremi, cultores erant silentii! Mul-  
titudine millium, & quingentorum Mo-  
nachorum sub uno Amone Abbate soli-  
tudinem taciturnitate æquabat. Mirum  
planè silentium! *Letati sunt, quia silue-  
runt, & deduxit eos in portum voluntatis eo-  
rum.*

Marul. ibid.

Romualdus Camaldulensium Author,  
dum montem solitarius coleret, septen-  
nii silentio spirituales Psalmorum intel-  
ligentiam meruit, quos etiam cum piè &  
elegantè exponeret, dicere solebat: *De-  
dit mihi Dominus linguam, mercedem meam:*  
(hoc est, mercedem silentii) poterat &  
dicere: *linguam eruditam* & in ipsa laudabo  
eum.

Ecclef. 51.  
Isa. 50.

Ex Vitis Patrum: Theonem in cellula  
causam annos triginta silentii habuisse  
continentiam perhibent.

Psal. 38.

Quidam Sanctorum Patrum adiit aliù,  
ut aliquid edisceret, & primà vice audi-  
vit illud Psalmi: *Dixi, Custodiam vias  
meas, ut non delinquam in lingua meâ.* Nec  
amplius reversus est, ut aliud edisceret,  
Et post quadragesimum annum interro-  
gatus, cur amplius ad Magistrum non  
esset reversus, respondit, se adhuc non  
didicisse primam lectionem Psalmi: *Ut  
non delinquam in lingua meâ.* in illo spatio  
quadragesima annorum.

Hieron. in  
epist.

Hinc meritò Hieronymus monet: *Ad-  
huc tacens considera, & provide, ne quid pe-  
nites dixisse.* Et Ambrosius testatur. *Quam-  
plures vidi loquendo in peccatum inci-  
disse, vix quæquam  
tacendo.*

VESTIS ALBA.  
PVNCTVM XVI.

Sprevit illum Herodes cum exer-  
citu suo, & illi induit vestem ve-  
ste albâ, & remisit ad Pilatum.  
Luc. 23.

Quoniam innocentissimi causa decrat  
Iudicibus, Iudices ipsi non decrant  
causa, sed tamen & inimici nostri suat Iu-  
dices innocentie Christi, dum cum indu-  
unt symbolis innocentie. Hæc hodie  
Iudicibus sistitur, sed constans omnino,  
sed inconcussa.

Acute huc allegoriam Gregorius cum  
tropologia simul necit ad illa verba Io-  
bi: *Si expavi ad multitudinem inimicorum.* Be-  
nè, inquit, Christus non expavit, quia ne-  
quaquam terret exterius numerus ho-  
stium, quem non devastat interiùs turba  
victorum.

Vita nimirum innocens, & immacu-  
lata nullis malevolorum incuribus labat,  
nullis calumniarum succumbit insidiis,  
nullis invidorum tenebris obscuratur, ac  
semper vel furentibus cineta hostibus  
triumphat. Pulchrè hoc D. Ennodius:  
*Nec bonorum facem meritorum, maledicentis  
credendum est, extingui posse consilium. Quo-  
modo estis dente tangatur invidi splendor vitæ,  
umbram venenatæ oblocutionis excludit, acto-  
rem, (aliàs authorem) repetunt tenebra, qua  
ad involvendum jubar aptantur, nitorem sy-  
derum nox infusa non obruit, ad genium cla-  
ritatis proficit cum obscuritate constitit.* Sic,  
sic & Christi innocentia inter densissimas  
hostium, & calumniarum tenebras lu-  
cidior, sic semper candidior emicuit. Vn-  
de & apud Lucâ λαμπρῶν, hoc est, splen-  
denti, ac nitidâ veste perhibetur amictus.  
*Nec quidem otiosum,* inquit Ambrosius, *quod  
quod albâ veste induitur Dominus ab Herode, Luc. 23.  
immaculata tribuens iudicia passionis, quod  
Agnus Dei sine maculâ cum gloriâ, peccata  
mundi susciperet.*

Certe

Cant. 2. Certè non potest non circumvestiri A candore, qui induitur innocentia, qui pasceatur inter lilia. Secura est conscientia, quæ nullius sibi est conscia sceleris, quæ ambulat in innocentia in medio domus suæ.

Tollius in Sallustium: Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere.

Tob. 11. Si non manserit in tabernaculo tuo injustitia, defossus securus dormies. Vbi pulchre Varablis: Tacebis securus, veluti fossa circumducta. Metaphora sumpta è re bellica, ubi quod milites ab hostili exercitu securi reddantur, fossis, vallisque sese protegant, ut ita aliquantulum arma deponat, ac securiter conquiescant. Quid ab Herode, ac exercitu ejus securum reddidit Salvatorem? Innocentis vitæ conscientia, qua, veluti fossa circumducta, securus jacebat, nullum omnino timens: Quis ex vobis, inquit, argues me de peccato?

Joan. 8. Bregie planè D. Ambrosius in illud: Obmutui, & silui à bonis. Silui, inquit, à bonis, quia bona conscientia non eget defensione verborum, quæ suo nexa est testimonio, ipsa sui iudex, idè Paulus ait: Mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicet. Adversus calumniantes, & peccatores justus suo iudicio contentus est: non possunt aliena verba crimen effingere, quod propria non recipit conscientia.

D. Maxim. D. Maximus Taurinensis hom. 2. de accusato, & condemnato Domino, ad illud: Peccavi tradens sanguinem justum. Magnum, inquit, divina innocentia testimonium est, dum accusator ejus & confitetur de scelere, & reus est de mercede.

1. Pet. 2. Eapropter albâ induitur, qui omnino peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.

Exod. 12. Agnus est absq; maculâ, & uovâ apud Septuaginta, irreprehensibilis.

Cant. 5. Manus ejus cornutis. Interlinearis: In nullo reprehensibilis.

Interlin. Nec manus tantum, sed à capite ad pedestoras est irreprehensibilis. Propterea & id mortis genus elegit, quo expansus in Cruce, & manus, & pedes, & universa membra nuda inimicorum oculis exposuit, ut ea illi inspicerent, ac in singulis divinam munditiam, & innocentiam prænotarent. Sic Theodoros ad illa

Theod. ser. 10. de Prov. Speranza Scriptura selecta.

verba: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea, ipsi verò consideraverunt, & inspexerunt me. En diligentius, inquit, nunc nudum in Cruce, hoc videns scrutare. Inspice linguam omni probro carentem, & auditum omni noxâ liberum: oculos item, qui nullam extrinsecus corruptionem seuserunt: & manus quidem ab injustitiâ alienissimas, omni autem justitiâ ornatas: pedes non in malitia occurrentes, sed virtutis studium emensos. Scrutare quàm diligentissimè omnia corporis membra. Non poteris non fateri, & cum ea, quæ sic illum intuita erat, non dicere: Dilectus Carnes, meus candidus.

O candorem! ô innocentiam pulcherrimi nostrarum animarum sponsi! In hujus persona Propheta regius: Ego autem in innocentia meâ ingressus sum. Pes meus stetit in directo. Unde & de illo dictum est: Via ejus, vie pulchra, & omnes semite ejus pacificæ. Vbi Salonius: Que sunt ista via sapientia? Via sapientia sunt actiones Domini, quas gessit in carne, quæ via pulchra sunt, quia divina.

Et verè quacunq; ex parte Iesum videas, ac perscruteris, undiq; sese pandit Divinitatis ejus candor, & innocentia: nullibi planè non sanctus, innocens, impollutus, & à peccatoribus segregatus apparet.

Talis enim decebat, ut nobis esset Pontifex sanctus, & purus, omnisq; expers labis, innocens, & Chrysostomo, Theophylacto, Oecumenio, sine dolo, quicq; neminem deciperet, impollutus, & incorruptus, immaculatus, incemeratus, in violabilis, illisus, extra omnem paritatem plusquam lapis ille Indicus amiantus, ad quem hic Paulus videretur alludere, & de quo post Plinium Athanasius, quod ex eo, utpote flexili, telæ, linteaq; pettextra, ignique injecta ardeant quidem, sed ex eo splendidiora exeant. Segregatus à peccatoribus, Glossa, & Primasius, ab omni peccato immunis, & à conversatione peccatorum (Cajetanus, quatenus peccatores) separatus, quod est esse omnino segregatum à peccatis; quod scilicet nullo vel minimo se unquam piaculo inquinaverit; sed nec inquinare potuerit, cum sanctissima

Gggg ejus

Psal. 21.

Psal. 25.

Prov. 1.

Salon. ibid.

Heb. 7.

Chryf.

Theophyl.

Oecumen.

Amiantis lapidis proprietatis

Plin. lib. 36.

cap. 19

Athan. lib. de incar. Verbi.

Diosc. lib. 5.

c. 113.

Gloss. 1.

Primas.

Cajet.



eius voluntas, tam ob magnitudinem, ac A pleitudinem gratiæ creata, aliorumq; supernaturalium donorum, quam ob gratiam ipsam unionis, aded esset in bono confirmata, ipsiq; rectitudinis regulæ conjuncta, ut ab eâ deflectere nullo modo posset, ac proinde esset *excelsior cælis factus*: excellentissima etenim illa sua puritate, qua superiorum Spirituum candorem longissimè ancecessit, vel in ipso suæ conceptionis initio non modò cæli verticem ipsum attigit, sed excelsiorem etiam cælestium omnium illarum mentium nitorem, ac sanctitatem infinito spatio superavit.

Cant. 2.

Ambros.

*En, en ipse stat post parietem nostrum, ait dilecta ejus in Canticis, prospiciens per laqueos, eminens super retia.* Ita legit Ambrosius, qui eam lectionem elucidans serm. 6. in Psalmum, *Beati immaculati.* Benè, inquit, *eminens*: quia solus est, quem retia non involuerint peccatorum omnes enim intra retia sumus, quia nemo sine peccato, nisi solus Iesus.

Non est ergo, non est, quòd falsi testes, quòd iniquissimi Iudices eum studeant irretire. *En ipse stat prospiciens per laqueos, eminens super retia.* Is solus est (subdit Ambrosius) quem nunquam cepit avaritia, nunquam ligavit dolus.

Cant. 1. Greg. ibid.

Plin. lib. 35. 10.

Joan. 14.

Plutar. prob. 46.

Christus Crucis candidatus, cum veste alba indutus.

*Ecce, ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* Vbi etiam pulchrè Gregorius. *Idè pulcher, quia in Divinitate, & humanitate sine maculâ reprehensionis aspicitur.*

Plinius in naturali Historia de Appelle. Perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, ut vitia, quæ notarentur, auscultaret. Poterat sanè in Appellis tabula notari vitium, sed in figura, & imagine Patris quis vitium argueret? Et propterea innocentissima vita suæ perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, cum dicebat: *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

Christus, Fratres, (dicere liceat) ambibat Crucem. En ut propè ex ambientium antiquo more indutus alba. Crucisque se candidatum professus, de vita, & moribus probationes non abuit: *Quis, quis ex vobis arguet me de peccato?* Vnde & Crucem peroptatam adeptus, & eques

armatus factus est. Sic D. Thomas ad illa verba: *Christo igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.* Nota, inquit, quomodo Dominus armatus fuit in Cruce: habuit enim in capite galeam, non de auro, sed de spinis: habuit loriceam non de ære, sed carnem immaculatam: habuit in manibus lanceam, vel gladium, sed magnos clavos manibus affixos, in pedibus quasi calcaria clavos infixos: pro equo vero habuit ipsâ crucem.

Huc illud Hæc: *Et erit iustitia cingulum lumborum ejus.* Oleaster: Id est, gloriabitur de iustitia, quemadmodum homo de pulchro cingulo, aut vestimento. Aut iustitia, sanctitate, ac innocentia quasi gladio ab omni calumniis se tuebatur: *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Quoniam gladio? Specie tuâ, & pulchritudine tuâ, munditie, ac innocentia.*

Hac tantum ille calumniatores devicit: *Surgentes testes iniqui, qui ignorabant me.* Augustinus: *Quid ignorabas, Domine? Respondet: Ignorabas peccatum.*

*Venter ejus eburneus, distinctus sapphiris.* Hebræicè: *Viscera ejus nitor, vel candidum ebur.* Proprietates eboris, candor, atque incorruptibilitas. Vbi cordis est innocentia, rinea, vermisque conscientia non remordet.

En ebur candidissimum, ac imputabile, quod nulla unquam tinea corripit, nullusve conscientia vermis omnino momordit. *Sicut agnus ad occisionem ducetur. At cur tanquam agnus? Quia innocenter, ed quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus.* Interlin. Quod de nullo alio potest dici: *Nemo enim mundus à foribus. Et ego tanquam agnus innocens, qui portatur ad victimam.* Nullam, nullam causam inveniò in homine isto. *Vulneratus est propter iniquitates nostras, non suas: attritus est propter scelera nostra, non sua; quia nulla perpetravit, nec penitus perpetrare potuit.*

*Insurrexerunt quidem in eum testes iniqui, sed mentita est semper iniquitas sibi.* Onus probationis, ex Iuriscoñsulto, incumbit ei, qui dicit. Et quis innocens esse posset, ut ait Imperator ille, si accu-

Gre.

1. Petr. 4. D. Thom.

Isa. 11. Oleast. ibid.

Psal. 44.

Psal. 34. In Christo ignorantia, sed solius peccati.

August. Cant. 5.

Isa. 53. iuxta Pagnin.

Interlin. Jerem. 11. iuxta Sep.

Psal. 26.

fare sufficeret? In multis Christum accusabant, sed non erant convenientia testimonia. & semper innocentia triumphabat.

O beatos, qui hanc Christi innocentiam pro viribus æmulantur! *Omni tempore* (olim monebat Sapiens) *sunt vestimenta tua candida.* *Omni tempore*, Hugo Carenfis, id est, adversitatis, & prosperitatis, *sunt vestimenta tua*, id est, conversatio exterior, gestus, habitus, ingressus, status, silentium, locutio, & cætera opera tua, *candida*, candore virtutum, & innocentia, & sine fuce pravæ intentionis: quæ vestimenta debent esse duplicia; decor enim interioris conversationis, id est, recte intentionis, debet esse conjunctus decori exterioris conversationis: & talis vestis est Christiana.

Beati, inquam, qui hac induci sunt, qui nec *inquinaverunt vestimenta sua*, qui & *laverunt stolas suas*, & *decalbaverunt eas in sanguine Agni*. Hi. hi cum Christo ambulabunt in albis.

Albâ igitur, ut symbolo innocentia, Christus induitur ab Herode: quamvis non ea homini mens fuerit, ut innocentiam, verum potius, ut fatuitatem prænotaret. Voluit enim Herodes irrisorie indicare Pilato, quem ipse tulisset calculum de regno, quod Christo obiciebatur: stultulum nimirum cum ita declarans, ac regni candidatum (sic olim ex candidâ dicebantur) non esse, nisi per risum. Vnde & sprexit illum cum exercitu suo: contempsit scilicet illius accusatam rerum novarum molitionem, cum videret accusati conditionem nihil apparatus, nihil opis humanæ, nihil divitiarum, copiarum nihil haberis, deinde hominis (ut iudicia Principum aliquando sunt) semifatui, qui nihil responderet ad rogata, tanquam ignarus omnino, & expertus rerum publicarum, & rationum regni: cum è contra ipse haberet & consilia callida, & exercitum, quo suum regnum tueretur, Christus nihil haberet horum, stultum potius esse iudicavit, quam facinorosum, atque demonstravit illusionem, & veste indutâ.

En ergo hodie, ut verè *devidetur iusti simplicitas!*

En ut ille, qui Patris est Sapientia,

*factus est in derisum omni populo, canitur eorum totâ die.* *Jerem. 3.*

*Deus, (dicere poterat) tu scis insipientiam meam, quàm gravi scilicet ab his afficiar ignominia.* *Psal. 68.*

O, ô verus David accinctus *ephodâ lineolâ* quàm despectus, quàm vilis hodie effectus in oculis Michol, impiæ synagogæ! O David irrisus à Rege Gerh!

Heu! heu! *sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Sed nunc sapientia Dei mundo stultitia est! Quàm id, rogo, injuriosum ipsi Dei sapientia? Ipse quoque Deus, inquit Naziazenus, *quamvis per multis nominibus vocetur, nomine sapientia impensius, quàm ullis aliis delectatur.* *1. Cor. 3. Ignominiosissimum fuit Christo stultum putari. Naz. or. 1.*

Ipsi Christi discipuli, ubi illud audierunt: *Non est vestram nosse tempora, vel momenta, timuerunt iterum interrogare,* inquit Chrysostomus, ne audirent: *Et vos sine intellectu estis.* Quàm igitur grave incretæ sapientiæ stultam reputari, stultitiam dici?

Ad huiusmodi exemplum, Fratres, Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Stulti sumus propter Christum, quando Christus stultus est habitus pro nobis. *1. Cor. 3. 1. Cor. 4.*

Sapientem hanc Christi fatuitatem ediscamus, cujus quidem propriæ notæ sunt hæ, quas ex Iacobo subiecit: *Que desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordiâ, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione, vel ut multi veteres Codices legunt, & si-Tirelm. muljungunt, iudicans sine simulatione, aut Paer. ibid. Syriacè, absque dijudicatione faciens, sive Syriacè. personas non accipiens.* Hæ, inquam, notæ veræ sapientiæ, quæ *desursum est, descendens à Patre luminum, non sapientiæ, quæ deorsum est, terrena, animalis, & diabolica.*

Ad veram sapientiam suo nos sententiarum pondere adhortans Gregorius ad illa verba: *Zachæus ascendit in arborem sycomorum:* Siveraciter, inquit, sapientes esse, atq; ipsam Dei sapientiam contemplari (liceat addere, ac imitari) appetimus, stultos nos humiliter cognoscamus: relinquamus noxiam sapientiam, discamus laudabilem fatuitatem. Hanc Zachæus didicit, cum sycomorum

Eccles. 9.  
Hug. Carenf.  
ibid.

Apost. 7.

Alba Christi  
Herodes  
munit ad  
stultitiam.

Cic. pro Marc.  
Plin. in Paneg.  
Luc. 23.

Christus stultus  
magis, quàm  
facinorosus  
visus Herodi.

Iob. 12.

conscendit. Et quid per sycomorum, quæ A  
 ficus fatua dicitur, nisi stultitia designatur?  
 Quid verò in hoc mundo stultius, quam  
 amissâ non quærere, possessâ rapientibus  
 relaxare, nullam pro acceptis injuriis injuriam  
 reddere, immò adjunctis aliis patientiam præbere?  
 Quasi sycomorum nos ascendere Dominus præcipit,  
 cum dicit: *Qui auferit, quæ tua sunt, ne reperi-  
 as*. Et rursum: *Si quis te percussorit in dexteram  
 maxillam, præbe illi & alteram.*

*Beda lib. 5. in Luc. c. 77. Prov. 30. Hugo Card. ibid.*

*1. Cor. 2.*

*2. Cor. 1.*

O stultitiam verè sapientem, quæ non  
 discitur, nisi in sycomoro, hoc est, in Cru-  
 ce, quæ credentes alit, ut ficus! quem-  
 admodum ait Beda, & ab incredulis irri-  
 detur, ut fatua: inquam is, qui per fi-  
 dem tanto autè concederat, dicebat: *Stultissimus  
 sum virorum*: Hugo Card. quoad mundanam  
 sapientiam, quæ stultitia est apud Deum: *Et sapientia hominum  
 mundanorum non est mecum qui intendo æternis.*  
 (Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam  
 verò non hujus sæculi, neque Principum hujus  
 sæculi, qui destruntur, sed loquimur Dei sapientiam)  
 Non didici sapientiam hujus mundi, aut Philo-  
 sophorum, qui temporalia abicere, æternis intende-  
 re, idola contemere, Christum mortuû, & Deum  
 invisibilem adorare stultitiam reputant.) *Prædicamus  
 Christum crucifixum. Iudeis quidem scandalum, Gen-  
 tibus autem stultitiam. Et novi scientiam Sancto-  
 rum, quæ juxta Bernardum est, temporaliter cruciari,  
 & in æternum gloriari.*

*Vi ergo similem fecistis Deum? Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis me?*  
 Vah, vah indignitatem! Salvatore mundi, Filium Dei in stateræ balance cû indignè post-  
 prædone, sicario, ac parricidâ appendi habitus la-  
 (Et cum iniquis reputatus est) neq; tamen ironi-  
 præferri! *Hic est Deus noster, & non astimabitur alius adversum me: seu Græcè, non reputabitur alius adversum me.* Et ta-  
 men nunc latro præ eo reputatur, ac astimatur.

*Verbum Domini proiecerunt. Septuaginta: Verbum Domini reprobarerunt. Chal-  
 dæus: Verbum Domini detestati sunt.*  
*Vulimus eum despectum ab omni populo, & novissimum virorum. Hebr. & cessatorem virorum, vel. & cessavit à viris, hoc  
 est, usque ad eum se dimisit, ac humiliavit, ut ferè hominis capacitatem per humili-  
 tatē exhausterit, ita ut eum majori humili-  
 tate jam humana natura stare non posset, sed omnino desinere, cessareque deberet.*  
*Vnde Paulus: Semetipsum exinanivit. Græcè, evacuavit, Tertullianus, exhausti, vel inani-  
 vit.*

O, ô novissimum, & altissimum! (ex-  
 clamat Bernardus) ô humilem, & subli-  
 mem! ô opprobrium hominum, gloriam Angelorum! Nemo, nemo illo sublimior, nemo humilior, qui cum sceleratis deputatus est.

*Ego autem sum vermis, & non homo. Hebraus apud Cajetanum: Ego autem ut ver-  
 mis habeor. Genezardus: Abjectissimus, & contemptissimus coram mortalibus, imbecillimus, & plene expositus hominum proculcationi: vermi similis, ab-  
 jectus, & contemptus. Opprobrium hominum, & abjectio plebis. Chaldaus, portans vituperia hominum, & despectio populorum. Tertullianus, & nullificamen populi. Campens. Fabula hominum, & contumelia vulgi, aut velut in paraphrasi: sterquilinum Ada, & infima plebis sæc.*

Heu! quò profundius descenderet, qui sese eousque demisit, ut vel infimæ plebis sæci, veluti sterquilinum, & ipsius sæcis sit hodie posthabitus!

Iste, istène, ô Sponsa electus, tu ex militibus, an potius præ uno, eoque, seculissimò rejectus, ac reprobatus? Ita verum est:

BARABBÆ ELECTIO, & Christireprobatio.

PVNCTVM XVII.

*Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? Matth. 27. Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro, Ioan. 18.*

Ezech. 22.

est illud: Sacerdotes eius contempserunt legem A  
meam, & polluerunt Sanctuaria mea: inter  
sanctum, & profanum non habuerunt distan-  
tiam, & inter pollutum, & mundum non in-  
tellexerant: & conquinabant in medio eorum.  
Dereliquerunt venam aquarum viventium  
Dominum. Septuaginta: Dereliquerunt  
fontem vite, Dominum

Ierem. 17.  
Septuag.

Vos, vos, (ô Iudæi,) virum hunc san-  
ctum, & iustum negastis, petistis virum ho-  
miciam donari vobis, autorem verò vite B  
interfecistis! O, ô cæcitas! ô furia phre-  
neticorum! (clamat Augustinus) & quid  
fuit hoc aliud dicere, quam occidatur il-  
le, qui suscitatur mortuos, & dimittatur  
latro, ut iterum occidat vivos?

Chrysol.  
ser. 7. de  
myst. domini-  
ca Pass.

Sic tam verè, quam pulchrè Chrysol.  
Quid agis Synagoga damnabilis? Iu-  
stum sanguinem ducis ad victimam, &  
absolvi manifestum postulas homicidam?  
Latronem iudicas innocentem, & inno- C  
centem possis ad Crucem? Ille, qui te oc-  
cidit, tuo suffragio mori subtrahitur, &  
qui mortuos ab Inferis suscitavit, te in-  
sistente damnatur? Reus sit, qui reus non  
fuit, & indemnis evadit, qui olim dam-  
nari iam debuit. In utroque rea teneris,  
& exitio innocentis, & absolutione lat-  
ronis.

D. Leo. ser. 3.  
de Pass.

Heu! vincit Iesum in iudicium ad-  
duxistis (sic vos alloquitur D. Leo) ut D  
clamoribus impiis trepidum cogitorem su-  
perato, interfectorem hominum eligeretis  
ad veniam, & Salvatorem mundi pe-  
teatis ad peccatam.

Et pulchrè sanè Pilatum vocat trepi-  
dum cogitorem: cognovit etenim Pi-  
latus, dum causam exploratam habuit, &  
Christi innocentiam, qui propterea, nul-  
lâ in eo inventâ causâ, institit, ut eum ab  
eorum manibus liberaret: & quemad- E  
modum facit Cyrillus, quamvis boni, &  
æqui ratione facile persuadere putaret, ne  
tamen repugnare quisquam eorum pos-  
set, viam optimam, & colorem pulcher-  
rimum excogitavit: Est, inquit, consue-  
tudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pa-  
scha, vultis ergo dimittam vobis Regem Iu-  
dæorum? Regem autem nominans Iesum  
(subdit Cyrillus) rabiem Iudæorum risu  
mitigare conatur, & simul prudenter

Cyrill. in 18.  
Ioh. c. 3.

Ioh. 18.

ostendit, falsò ipsum hoc crimine accusa-  
ri: nunquam enim Romanus præfectus,  
cupiditate tyrannidis adversus Roma-  
nos accusatum, si quicquam signi dato-  
tur, dimitteret.

Cognitor ergo Pilatus fuit, sed tamen  
trepidus. Et quò rem hanc altiùs repe-  
ramus, Pilati hic primò, deinde & Hero-  
dis testimonio Christi innocentia com-  
probata. Pilatus enim agebat: Ecce ego  
eum coram vobis interrogans, nullam causam  
invenio in homine isto, sed neque Herodes,  
Nisus præterea est, eum ad suam causam de-  
fensionem provocare: Pilatus autem rur-  
sus interrogavit eum dicens: Non audis,  
quanta adversum te dicunt testimonia? Quò  
videlicet populum, quem ipse toties suâ  
prædicatione docuerat, etiam ad suam  
ipsum tuendam innocentiam permove-  
ret, eum que sic ab imposturis Pharisæis  
vindicaret. Cæterum ubi eum silere vi-  
dit, profundissimum que ejus silentium  
miratus est, ultimum, quod sibi perfu-  
gium supererat, perquisivit, morem sei-  
licet erueni aliquem ex vincitis, quò ni-  
mirum plebs, ubi tandem Christum la-  
cerum advertisset, miseratione commo-  
ta, eum eripi postularer.

Opcionem ergo proposuit populo eri-  
piendi aut Christum, aut Barabbam. Ha-  
bebat autem tunc vincitum latronem insignè  
in arte, qui dicebatur Barabbas, qui cum se-  
ditionis erat vincitus, qui in seditione fecerat  
homicidium. Duorum itaque capitalium  
criminum fureifer iste reus comproba-  
batur, seditionis, quam maximè Romani  
metuebant, ne scilicet Iudæi, quovis mo-  
do, a suo imperio deficerent, & homici-  
dii, quod quavis lex, & divina, & huma-  
na condemnat. Proinde impium omni-  
nò fuisse illum eripere: nam ut pulchrè,  
& erudite notat idem Cyrillus, cum lex  
de homicidâ, qui non sponte, sed fortuito,  
& absq; odio, & inimicitis eadem fecisset,  
fieri hoc juberet, hi non nisi per summam  
impieratem sicarium postulassent.

Vnde Augustinus, ubi exclamavit: O  
horrendum honoris, vitæque certamen! sub-  
dit: Sed nihil est dubii: quis latronem homi-  
cidam elegit? quis fontem honorum omnium  
Gggg 3. damnat-

Luc. 23.

Matth. 27.

Mar. 15.

Cyrill. ibid.

cap. 14.

Num. 35.

damnabit? Absque dubio rejecto Barab-  
ba, Christum eligent Iudæi.

Christum tamen non elegerunt, nec  
postulaverunt, sed exclamavit simul uni-  
versa turba, dicens: Non hunc, sed tolle hunc,  
& dimitte nobis Barabbam. Exclamavit  
(quod exponendum est) non cogitavit  
solum, aut mussitavit, sed aperit, alteque  
ipso vocis tenore cordis sui rabiem indi-  
cavit. Nec tantum è turba aliquis, sed  
universi: adeo iniquitas serpit in popu-  
lum. Rem autem omnino impiam po-  
stulavit, innocentem scilicet damnari,  
eum, qui vivificabat, occidi, benefacto-  
rem ignominia affici, homicidam verò  
contra leges præscriptas eripi, seditio-  
sum, & latronem libertate donari.

Hier. in 15.  
Marc.

Levit. 6.

Ioan. 1.

Eapropter scitè, ac disertè Hierony-  
mus: Hic duo hirci adsunt, unus emis-  
sarius cum peccato populi in deserto In-  
ferni absolutus dimittitur: alter pro  
peccatis absolutorem, ut agnus occi-  
ditur.

O, ò verè Agnum! ò Agnum, qui tollit  
peccata mundi! ò Agnum immaculatum,  
& innocentem, vel ipsius Pilati testimo-  
nio! Quid enim (subdit) mali fecit? Adeo  
enim innocentem illum iudicavit, ut ne  
crimen exiguum quidem in eo crederet  
posse reperiri. Et quis non aliquo næ-  
vo, aut maculâ levis saltem mali labore?

Prov. 20.

Ioan. 14.

Marc. 7.

Quis dicat: Mundum est cor meum? Hic,  
hic solus, qui propterea fidenter ait: Quis  
ex vobis arguet me de peccato? Et venit Prin-  
ceps mundi huius, & in me non habet quic-  
quam. Quid ergo, inquit Pilatus, mali fe-  
cit? & dicere potuisset: Quid ergo boni  
non fecit? Bene etenim omnia fecit, & sur-  
dos fecit audire, & mutos loqui.

Et tamen trepidus hic cognitor suc-  
clamantibus dimisit illis Barabbam: ad-  
iudicavit autem de Iesu fieri petitionem  
ipsorum. O, ò verè trepidum cognito-  
rem!

Cyri. lib. II.  
cap. 14.

Ego verò divinam admirari satis Scri-  
pturam nequeo, addit peracutè Cyrillus,  
quæ vel huius insani clamoris ex persona  
Christi sic per Ieremiam meminit: Rel-  
qui domum meam, dimisi hereditatem meam  
in manus inimicorum ejus, facta est mihi ha-

reditas mea, quasi leo in sylva, dedit contra me  
vocem suam. Sed prius (subdit Cyrillus)

quid in sylva leo faciat, explicandum est.  
Fertur igitur leo, cum animal aliquod ca-  
pere velit, mirabilem solere rugitum  
edere, eoque, quæ propinqua sunt, ani-  
malia perterrita cadunt, ita solo leonis  
clamore superantur, ac capiuntur. Vnde  
Propheta: Leo rugiet, quis non timebit?  
Quasi ergo leo sylva adversus Salvaro-  
rem Synagoga facta est: nam quamvis  
nullo ille terrore percussus sit (expers  
enim formidinis Deus est) clamoribus  
tamen suis Christum Synagoga interfe-  
cit.

Leo quomodo  
animalia cate-  
ra capiat.

Osea 11.

Egregiè quidem, nec ut arbitror, me-  
lius dici poterat. Et nonne ad Synagoge  
clamores Pilatus ipse perterrefactus?  
nonne cecidit trepidus cognitor, qui in-  
trepidus, & ad instar ipsarum legum  
erectus, immobilis, inflexibilisque esse  
debebat?

Noli, noli, ò Pilate, quæ rare fieri Iudex, ni-  
si valeas virtute irrumperè iniquitates. An  
fortè ignoras illud, quod olim Moyse  
dictum est: Provide de omni plebe viros po-  
tentes, seu, ut alii transferunt, viros fortes,  
& timentes Deum, in quibus sit veritas, &  
qui oderint avaritiam. Vbi Origenes. Ta-  
les oportet esse Principes populi. Viros;

Eccles. 7.

Exod. 18.

Origen.

Cajet.

Index sit vir,

hoc est, masculu-

lo animo.

Arist. 7.

Ethic.

Cajetanus, non mulieres, quoniam regi-  
men mulierum pessimum est, adeo ut  
communiter loquendo, nulla in muliere  
affirmeretur virtus, veluti in Ethicis ait  
Philosophus. Viros potentes, Hebraicè,  
viros virtutis, id est, viros valentes ani-  
mo, qui non vereantur faciem potentis,  
sed unum timeant Deum Iudicem Iudi-  
cum, & Regem Regum.

Vt planè talis exitit Iob! Conterebam,  
inquit, molas iniqui, & de dentibus illius au-  
ferebam prædam. Osi etiam tu, ò Pilate,  
hisce viribus præditus fuisses, & de ini-  
quorum, oblatrarum dentibus divi-  
nam hanc prædam abstulisses!

Iob. 29.

Sed, Iudicum infelicissime, illi potius  
pessimis exitisti: Dixit Balaam, filius  
Beor, dixit homo, cuius obturatus est oculus,  
dixit auditor sermonum Dei, qui visionem  
Omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic  
aperiuntur oculi ejus. Ut quadrant tibi  
omnia

Num. 24.

Isheveus  
Pentati

omnia ad amissim! Homo, cuius obturatus est oculus; ad Hebraicum ex quorundam lectione e contrario, cuius apertus est oculus, ut certe tuus extitit, Pilate, ad tantam videlicet Christi innocentiam intruendam. Sed juxta vulgatum, cuius obturatus est oculus, ac optimè, cum verbum Hebraicum, *Satan*, sit obturare, non aperire, quemadmodum disertè docet Olearius. Sensus est: Quamvis Balaam apertum haberet oculum intellectus speculativum ad cernenda futura, clausum tamen habebat oculum practicum, qui eum dirigeret ad bene, recteque agendum, erat enim homo impius. Vnde Rabanus: Obturatus est oculus ad corrigendum errorem suum, & ad venerandum ipsius prophetiae auctorem, cum apertus ei esset oculus ad perspicienda prophetiae sacramenta. Sic & ante Rabanum Gregorius: Cadens Balaam apertos habuit oculos, quia rectum, quod diceret, vidit, sed rectè agere contempsit: cadens videlicet in perverso opere, & apertos habens oculos in sancta predicatione. Talis, inquam, Pilatus extitit, qui toties cognita, ac predicata Christi innocentia; qui audito illo Christi sermone: *Veritas sum ego*; qui vel propriae uxoris visione percepta, quasi tamen apertis oculis cecidit, immò & in hoc adhuc ipso Balaamo perversus, & iniquus magis, quod hinc adduci non potuit, ut malediceret, ille & dilexit maledictionem, & adjudicavit de Iesu fieri petitionem ipsorum.

Hebr.

Olear. ibid.

Rabna, ibid.

Greg. hom. 9.  
in Excep.

Isal. 93.

Campanf.  
Paraph.

Irem. 8.

Prov. 17.

Exod. 23.

A Hebraicè, & Chaldaicè: quia non iustificabo impium, hoc est, inultum non unam eum Iudicem, qui innocentem morti ad iudicavit?

Præceperat Dominus: Non effundas sanguinem innoxium. Et, Ne patiaris maleficos vivere. Hic & maleficum passus est vivere, & sanguinem innoxium effudit.

Hac dicit Dominus: Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis; hoc est, juxta Lyranum, celeriter exequimini, quod iustum est, non differendo propter favorem, vel potentiam partis injustæ.

Anselmus. Quatuor modis iudicium humanum pervertitur, timore, cupiditate, odio, & amore. Tam hoc verum, quam quod verissimum.

B C D E Bapropter in Exodo, ubi supra: Nec accipies munera, qua etiam excacant prudentes. Hebraicè, qua etiam excacant apertos. Quam lectionem expandit Cajetanus, id est, apertis oculis videntes: tanta est enim vis munerum, ut non solum parum, aut mediocriter videntes ea, quæ sunt juris, sed etiam perfecte videntes excacant, intus mutando scilicet affectum. Et subvertunt corda iustorum. Hebr. Es torquebunt verba iusta; hoc est, munera non solum excacant internos oculos, sed etiam torquent verba, stectendo illa hinc, & inde, etiam verba iusta, ut habeat Septuaginta: quia prius pro veritate, & iustitia loquentes, repente mutatos, contraria & loquentes, & sentientes efficiunt.

Quare id, quod Apostolus dixit de Iac. 3. equis, tu pulchrè dixeris de muneribus: Si autem equis fræna in ora mittimus, ad consentiendum nolis omne corpus illorum circumferimus. Quid sunt enim munerera, nisi fræna, quibus omnem animam, nedum omne corpus Iudicium cum omni corpore juris ad consentiendum nobis trahimus, quoquo versum inflectimus, ac circumferimus.

Audi ipsum juris peritissimum, qui non è terræ Academiis, sed cælitus sapientiam comparaverat: Xenia, & dona excacant oculos Iudicium (Interl. ne videant veritatem), & quasi mutus ore, avertit

Deut. 19.  
Exod. 22.

Ierem. 22.  
Lyra ibid.

Ansel. lib. de  
siml.

Exod. 23.  
Hebr.

Cajet.  
Munera quæ  
per nos excacant.

Iac. 3.

Fræna sunt,  
quibus circumferitur  
omne corpus  
Iudicium cum  
omni Corpore  
juris.

Ecl. 20.  
Interlin.

correctiones eorum; hoc est, & quasi cum aliquis obmutescit, aut qui dicenda, quasi mutus tacet, vel sicut canis, in os cuius injectum est quoddam ranarum genus, quod dicitur *mutus*, non valet latrare: ita & xenium datum pro subversione iustitiæ, facit Iudicem tacere, & à punitione mali cessare. Vnde proverbium Græcum: Bos in lingua, aut, Argentaniam patitur. Sic Hugo Carentis, & Lyranus ibidem. Sicque eruditè, & adhuc magis ad rem Iansenius ex Græco: *Et quasi fraum in ore.* Et quidem verè, & appositè: sicut enim fraum equi domantur, & in quamcunque partem fessor voluerit, inflectuntur: ita Iudices muneribus coërcentur, & in quam partem munifici ipsi anauerint, inclinantur. Munera planè ipsos Iudicēs ad inflectendum circumagunt, curvant, inflectunt.

*Index muneribus corruptus argentaniam patitur. Hugo Card. Lyr. ibid. Iansf. ibid.*

*Ecc. 28.*

Hinc & idem Sapiens monebat: *Verbis tuis facito stateram, & frauos ori tuo rectos, ne scilicet accipias vel à filo subtegminis, usque ad corrigiam calige, præter id, quod tibi solummodo pro ferendâ sententiâ concessum est.*

*3. Reg. 7. Lyr. ib. Iudicii sedem cur ex cedro fecit Salomon.*

Vnde idemmet Salom. 3. Reg. 7. *Porticum quoque solis, in qua tribunal est, fecit, & textit lignis cedrinis (imputribilibus) à pavimento usque ad summitatem, & domuncula (id est, thronus) in qua sedetur ad iudicandum, erat in mediâ porticus simili opere, ne quâ scilicet ex parte munerum tinea, quæ omnia demolitur, & corrumpit, imputrescibile illud folium pervaderet.*

*2. Reg. 16.*

Noverat nimirum, vel ad sui patris solium pertigisse. Apparuit puer Miphiboseth, nomine Siba, in occursum ejus (Davidis fugientis à facie Absalom) cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligatis uræ passa, & centum massis palathuram, & utriusque vini. His solum rebus, nec aliis, non tantum in triduo, sed statim in ipso jentaculo comestibilibus, & consumptibilibus adeo veterator iste Davidem excavit, & corrumpit, ut is vel per summum nefas, & mendacium asserenti, Miphiboseth rebellionem in ipsum machinari, mox nec cognitâ veritate, nec

*Muneribus, usq. exiguis, etiam David excatus.*

absentè vocato, concesserit omnia, quæ illius erant. *Tua sunt, inquit, omnia, quæ fuerant Miphiboseth.* Sed heus tu, ô Rex sapientissime, verone tibi simile videtur, infelicem hominem viribus tam infirmum, claudum utroque pede, & tot beneficiorum catenis devinctum tibi, ac obæratum, ad regiam hæreditatem aspirare? Sed esto, in infirmo corpore regios adhuc spiritus enutriti, cur nihilominus testes non adhibes? cur absentem hæud vocas? cur crimen vel læsæ majestatis ad sacram legum præscripta non exquiris? *Munera crede mihi, placant (dic, excacant) hominesq., Deosq.* Sic pulchrè Lyranus in Morali: David quamvis sanctus, ex verbis tamen, & dono, licet modico hujus adulatoris, & detractoris, in tantum fuit deceptus, quod sine verborum ejus examinatione dedit ei hæreditatem sui Domini. *Quin aded hic eorundem munerum fraum regium hominem, quamvis alto qui dexterimum confraxerat, ut ad rectam viam, ubi i. sum Miphiboseth audivit, penè reverti volentem, immobilem adhuc, fixumque in primâ sententiâ contraheret. Quis, inquit, ultra loqueris? fixum est quod loquutus sum. Tu & Siba, dividite possessiones; quasi diceret: Tam ille fraum in os meum iniecit.*

Non certè Samuël passus fuerat hoc sibi fraum imponi. *Loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus, utrum bovem cuiusquam viderim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum: si oppressi aliquem: si de manu cuiusquam munus accepi. Et dixerunt: Non calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quicquam.* Hugo Cardinalis: Simile olim de se dixit Moyses: *Domine, tu scis, quod nec asellum quidem unquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum.* Et Paulus: *Act. 20. Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui.* Subditque: *Vbi sunt Prælati hodie, (adde: Vbi sunt Iudices hodie) qui verè possint hæc dicere: Sed de hoc jam satis.*

*Lyr. ibid.*

*2. Reg. 3.*

*1. Reg. 2.*

*Muneribus excari Samuel non est passus.*

*Hugo Card. ib.*

*Num. 6.*

*Nec Moysi.*

*Act. 20.*

*Neque Pauli.*

Expende

Expende demum, ut hic punctum facias, cæcum mundi iudicium, qui ubi acclamavit: *Benedictus, qui venit in nomine Domini* statim penè clamat: *Non hunc, sed Barabbam.*

Semper nuadus, spretis summis bonis, pessima elegit, benefactorem odit, hostem, amici loco habet. *Chanaan, in manu ejus statera dolosa, Mendaces filij hominum in statera.*

Osa 12.  
Psal. 61.

CHRISTI DENUDATIO.  
PUNCTVM XVIII.

Tunc apprehendit Pilatus Iesum,  
& flagellavit. ioh. 19.

Confestim ut peruenit Ioseph ad fratres suos, nudaverunt eum tunica talari, & polymita. Hebraicè: *Nudaverunt eum tunicâ suâ, tunicâ polymitâ, que super eum.* Ut intelligamus (subdit ibi Deltius) duplici Ioseph veste spoliatum, interiore unâ, quam vocant talarè, exteriore alterâ, licitiâ variâ; sicque nudum prorsus destitutum, sicut & Christus ad flagella nudatus fuit.

Gen. 32.

Deltius ib.

Bernard. l. de Pass. Dom. c. 5.

Bernardus: *Nudatur Iesus: nudatur bonus Iesus! Heu mihi! qui vestivit cælos diversis sideribus, expoliatus, nudus ut erat! Nudatur Dominus, qui ante secula regnans decorem induit, & fortitudinem, cui canimus: Confessionem, & decorem induisti, amictus lumine, sicut vestimento.*

Psal. 105.

Gen. 1.

Tu, tunc, Christe, qui terram herbis, ac floribus vestis, ab ipsi creaturis tuis vestibus expoliaris?

Exod. 13.

Dent. 29.

Anne fortè populus iste, qui te modò denudat, quem tu nube per desertum olim operuisti, cujus ne quidem per quadraginta annos attrita sunt vestimenta?

Isa. 6.

O, Seraphim! cur non modò vestris accurritis alis? Cur faciem ejus ac pedes ejus olim velantes, nudum nunc, ut erat, minimè velatis?

Speranza Scriptura selecta.

A Nunc, nunc planè præ stupore Seraphim stabant super illum.

*Ab quam gloriosus fuit hodie Rex Israel, 2. Reg. 6. discooperiens se! nudatus est, quasi si nudetur unus de sarris.* Scemma planè in verum Davidem Christum jactatum ab impiâ Synagoga Michol.

En nunc prosus alter Noë detectus, Gen. 8.

ac nudatus in oculis Cham. Amore quippe ebrius (inquit devotissimus Justinia D. Laur. Iust. nus) suam coram omnibus exhibuit de triumph. nuditatem. Alter equidem Noë præ figur. Christi agone, ratus in spiritu, Ecclesiæ plantavit vineam, qua extendit terminos suos à mari usque ad mare, & usque ad flumen propagine ejus. Hujus vitis inebriatus dulcedine, obrectâ majestatis gloriâ, humanitatis verenda nudavit.

Templum illud antiquitùs, sive auro, sive cedro, penitus circum vestitum. Et 3. Reg. 6.

C cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, nec omnino lapis apparere potuit in pariete. Porro oraculum operuit, atque vestivit auro purissimo. Lamini, que aureis texit totam domum. Domum quoque ante oraculum operuit auro. Porro aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit domum, parietes, & ostia: sed pavimentum domus texit auro: cœnacula quoque texit auro; nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur.

2. Par. 3.

3. Reg. 6.

2. Paral. 3.

D Adhæc: *Fecit quoque velum ex hyacintho, & bysso, & intexuit ei Cherubim.* Hoc nimirum velamine Sanctum Sanctorum operiebatur. Sed nunc aperiendum veram hunc Sanctum Sanctorum velum nullum intueor: & templum hoc vivum, ac nudum penitus video. Verum, ut ait Augustinus, velum nunc templi sciaditur, quia Synagoga honore nudatur.

Aug. ser. 14. de tempor.

Percussit (& olim Dominus) de viris Bethsamitis, eò quòd vidissent Arcam Domini, nudam, velut ibidem inquit Hugo

1. Reg. 6.

Cardinalis, Abulensis, Lyranus, & alii, cum id nemini, præterquam Summo Sacerdoti, liceret. Elici id potest ex Hebræo: *Quia viderunt in Arcam Domini, scilicet, ut*

Hugo Card. ib. Num. 4. Hebr.

*addit ibi Pagninus: Quæ erant in eâ, seu, ut Pagnin. legit Vatablus: Quod introspexisse in Arcam Vatab. Domini. Tot ergo hominum millia morte percussit, eò quòd tantum vidissent Arcam*

H h h h cam

cam Domini nudam! Heu! nunc invere-  
cundæ cohortes Arcam hanc veram, nu-  
dâmq; vident, & vivunt!

*Christus ad  
columnâ pro-  
sum nudus  
subverecundè  
stabat.*

Heu! heu! quis nunc mihi explicet  
Christi verecundiam? Ad columnam allu-  
gatus (satur ipsa piensissima ejus Mater  
in revelationibus ad D. Brigitam) nihil  
omnino operimenti habebat, sed sicut natus est,  
sic stabat. & patiebatur erubescen-  
tiam nuditatis suæ. Expende: Patiebatur erubescen-  
tiam nuditatis suæ.

*Nudus in cruce  
rexit caligo.*

*Chrysol.*

In Cruce quidem ignominiam nudi-  
tatis tulit, sed ibi subitâ tenebrarum cali-  
gine tora passionis indignitas tegitur, in-  
quit pulchrè Chrysol. Et omnis injuria  
novæ noctis obscuritate celatur. Hic nul-  
lâtenus favorabile cælum, sed eo serenif-  
simo tota Christi nuditas ostentatur. Ibi  
ex eadem Brigitâ non defuit aliquod pie-  
tatis velum: hic nullam nudâ Christi  
membra contexit.

*Cant. 4.*

Sicut framen mali punicis (præ rubore)  
ita gena tua (ô animarum sponse, ut præ  
tui honestissimi cordis dolore nunc sub-  
di possit) absque eo, quòd intrinsecus latet.

*Dan. 3.*

Heu fornacæ quondam Babylonicæ ca-  
stissimos juvenes non tetigit omnino ignis,  
neque contristavit. Et quomodo contri-  
stasset? Si vestes combussisset. Ita Chrysol.  
Vestibus ob honestatem ignis pepercit:  
q. d. ligamina tantum exolvit, vestes at-  
tingere non est ausus, ne purissimi juve-  
nes pudore suffunderentur. Hic vestibus  
ipsius castitatis non parcitur, sed exiuit,  
sed nudatur.

*Chryl. hom. 13.  
de tribus pueris*

*Christus nu-  
dabatur, ut  
luxum vestiû  
dammaret.  
Mulierum or-  
nandi corporis  
studium est  
elaborata libi-  
dinis suggestû.  
P. Col. 43.  
Psal. 68.  
Psal. 21.  
Gen. 3.*

Hanc Christus nuditatem patitur, ô  
nimis comptæ, ac margaritis ornatæ, in  
pomparum vestrarum detestationem.  
Studium hoc planè periculosissimi decoris, satur  
Tertullianus. & elaborata libidinis sugge-  
stûm Unde,

Confusio (ajebat) faciei meæ cooperuit me.  
Operuit confusio faciem meam. Et unde, un-  
de, ô innocentissime Salvator? Ipsi confi-  
deraverunt, & inspexerunt me, deviserunt si-  
bi vestimenta mea. Quasi diceret: Me nunc  
primum, postremo in Cruce nudum in-  
spexerunt.

Timui, hoc est, erubui, ait noster pri-  
mus ille parens, eo quòd nudus essem. Vere-

undatus videlicet sum in conspectum  
tuum venire. Ea modò secundus Adam  
pariter erubescens, ut nobis rubore suo  
deperditum ingenuitatis pudorem, ac in-  
nocentiam restitueret. Dictum quippe  
fuit: Tolle vestimentum ejus, qui fidejussor ex-  
tuit alieni. Ipse certè Iesus sponzor factus est,  
ac fidejussor extitit alieni, ac vestes ei  
ablatae sunt, qui peccati, quod non fecit,  
pœnam pudoris pertulit.

**B**

O quali, & quanto rubore perfusus!  
quanto affectus dedecore, ac ignominia!  
Nunc, nunc verè dilectus tuus, ô anima,  
totus est rubicundus: nunc verè rubrum est  
humanitatis ejus vestimentum: nunc gena  
illius sunt sicut aveola aromatum, consita à quanta ver-  
pigmentariis, minio videlicet ac sanguinis  
purpurisillo depicta.

Expende, anima mea, sponsi tui con-  
fusionem, ac ruborem, dum in tot homi-  
num oculis penitus denudatur. Etenim  
quò quis nobilior, eò ingenuitatis, ac pu-  
doris magis amator est. Quis verò filio  
Dei, vel quoad ipsam humanitatem rega-  
li ex progenie oriundo nobilior? Quan-  
tum igitur sui honoris aestimator?

**C**

Et nunc forte illud Vatis attingo: Con-  
gregati sunt super me flagella, sive ad He-  
braicum: Congregati sunt super me flagellato-  
res, vel percussores, & ignoravi; hoc est, præ  
verecundiâ, & confusione nuditatis vix  
immanissimos illos ictus præsensit. Ita D.  
Anselmus.

**D**

Primus ille parens nec unius Evæ præ-  
sentiam sine erubescentiâ nudus perferre  
valuit: unde mox perizomata sibi consuit.  
Christus coram multitudine omnino de-  
nudatus, quantum, rogo, ruboris pertu-  
lit. Ille ob unius inobedienciæ crimen  
totus erubuit: hic ob omnium nostrâ  
crimina in Dei oculis, ô quam verè dice-  
re potuit: Deus, tu scis confusionem meam, &  
reverentiam meam. In conspectu tuo sunt  
omnes qui tribulant me. Tibi revelavi cau-  
sam meam. Ad Hebraicum: Coram te dixi  
injuriam meam. Quia dicunt: Euge, euge,  
viderunt oculi nostri.

**E**

Virguncula illæ in tyrannorum, ac  
procacium hominum oculis olim u tu-  
datae summo cum earum dolore non ap-  
pare-

*Delivus, &  
Lap. ibid.*

*Prov. 20.  
Hebr. 7.*

*Cant. 5.  
Christi nudi-  
cundia.*

*Psal. 34.  
Hebr.*

*Symmac.*

*Christus præ-  
verecundiâ  
nuditate vix  
sensu flagro-  
rum ictus.*

*Ansel. tran-  
s. de Pass.*

*Adam nudus  
nec solius Evæ  
præsentia ru-  
bore ferre po-  
terat.*

*Psal. 68.  
Ierem. 20.*

Dan. 13.

parent, ne vel sic impudicissimi illarum *fatiantur decore, néve petulantium oculorum sic præda fierent, aut radiis, aut nutibus, aut suis capillis benignissime à Deo contacta sunt. Heu! Filii Dei nuditas nullo modo contecta nec vel nubes, quæ in monte quondam obumbravit eos, ne illum ulterius gloriosum viderent, modo quæquam obumbrat, nec illorum oculos vis ulla divina perstringit, aut quemadmodum commeterentur, excæcat!*

1. Reg. 10.

Si Hanon Rex Ammonitarum, quod servos David dehonestasset, præcens vestes eorum medius usque ad nates (unde & ii. confusi sunt turpiter valde,) ipsum David adeo dedecus ulciscens persequitur, ut de Syris, quos mercede conduxerat, septingentorum curruum, & quadraginta milium equitum in prælio iacturam fecerit: quam obrem nunc cælica legiones ad injuriam ignominiosissimæ nuditatis Filii Dei, veri nuncii pacis ulciscendam, protinus non accurrunt? Confunditur Salvator valde, & nemo indignatur.

Luc. 15.

Mox ut pater ille redeuntem filium vidit, exclamavit: *Cito proferte stolam primam, & induite illum. Quid? Tantumne filii nuditate angetis? Cur antea, quod criminofus redierit, non coarguis? Sustulit, inquit Chrysol. filij crimina, qui non sustulit nuditatem: hinc est, quod à servis ante vestiri filium voluit, quam videri. Hæc ille de prodigo.*

Chryss. serm. 3.

Sed ent, rogo, Christus vestes cum pudore exuat, nudus, cur erubescat, qui totus circumdatus est innocentia? O quam fatius de Christo, quod de Josepho castissimo illo Patriarcha elegantissimè factus est Cyprianus: *Propter tanti sceleris, inquit, audaciam vestes reliquit, corporis nudi sinceritatem habiturus conscientia sestem!*

Cyp. lib. de bon. patient.

Col. 3.

Verùm Christus expoliari voluit, quod doceret expoliare nos *veterem hominem cum actibus suis, & induere novum, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate. Expoliari voluit, ut jam jam stadium passionis ingressurus, nudus cum nudo luctaretur.*

1. Jo. 55.

Tu interea si videris nudum C. pio mise-

A rationis affectu) operi eum, & carnem tuam (tum in Christo, tum in paupere) ne despicias. Postremo, dum hanc nuditatem expectades, tuam ipsam in judicio revelandam nuditatem extimesce, & veluci monet Augustinus: *Ipsi tibi indicito peccandi pudorem.*

Aug. ser. 114. de tempore.

COLUMNA, ET flagellatio.

PUNCTVM XIX.

Corripiam illum, & dimittam.

Luc. 23.

Quid dicam ergo illi nocuisse scissuram, in D Leo ser. x. de quem vel ipsa clementia crudelis fuit? Pass. Domini.

Prætor jam nunc Christi innocentia patrocinaturus, ut plebis esseratos animos emolliret, utq; fatiata populi iniquitas de innocents injuriis ulterius jam non sevirat, remediū maiori cœdit sed malis omnino pejus aggressitur, atque commodius misericordiam reo conciliat, plane miserabilem facit, & cui prodesse cupit, nocet vehementius.

Obligari itaque jubet Pilatus ad columnam columen mundi nudam ut erat, & suâ tantum modestiâ coopertum, mox etiam suo sanguine vestieadum. Ecce, ecce, iam Dominus aptatur ad verbera: (singulit sic Augustinus) ecce jam ceditur, rumpitque carnem sanctam flagellorum violentia, & repetitis ictibus, crudelia verbera terga benedicta concidunt.

August.

Illum lacertosi virgatores subitò circum-

camistunt, nunc que scapulas, nunc ventrem, nunc brachia, nunc crura cingunt, diripiunt, lacerant, metunt, quam non severe, vindemiam. Nunc verè supra dorsum Domini peccatores arant, ac fuleum producunt, ut terra nostra uberem det fructum suum.

Iustin. de Christi agon. c. 14.

Psal. 128.

Ah! ah! sistite, nequissimi criminum coloni: campus iste syderei corporis non vestra sulcandus est manu, sed Solis, nec H h h h 2 alio

alio tentatur cælum aratro, quam syderum. Impius hæc postmodum tam culta novalia miles habebit. Hic interim si nescitis, ager est Virginis, non virgarum.

Intuemini, heu! columnam, (terminale saxum) quæ veluti in titulum erecta, vos inter, ac Deum surgit, ac dividit. Legite jam illos indices Domini characteres ductos in lapide, in quo non atramento, sed sanguine, & quanquam *scylb hominis*, incisus tamen, atque inscriptus est Deus.

Isa. 8.

Laur. Iust. de triumph. Christi agone. c. 20.

Librum jam legite, quem Deus, ut ab universis legeretur, publicè exposuit, qui non sermone composito, vel humanæ sapientiæ exaratus est verbis, sed hominum interveniente malitiâ, digito Dei signat<sup>o</sup>, & scriptus: nempe se ventibus Gentilibus, atque Judæis, depictus est foris, virtute autem, & sapientiâ Dei formatus est intus.

Hier. in 26.

Mat. 6. 50. Isa.

Traditur nunc ergo Jesus militibus verberandus, qui corpus illud sacratissimum (velut ait Hieronymus,) pectusque Dei capax, flagellis fecant.

D. Bonavent.

medit. Vit.

Christi. c. 76.

Isa. 44.

Stat nudus (ita Seraphicus in Meditationibus) coram omnibus juvenis elegans, & verecundus: *Speciosus formâ præ filiis hominum*. Suscipit spurcissimorum flagella dura, & dolorosa caro illa innocentissima, & tenerrima, mundissima, & pulcherrima. Flos carnis, & totius humanæ natura repletur livoribus, & fracturis. Fluit undique regius sanguis de omnibus partibus corporis, superadditur, reiteratur, & spissatur livor super livorem, & fractura super fracturam, quousque tam terroribus, quam inspectoribus fatigatis solvi jubetur.

Bernard.

Psal. 90.

Cessavit ergo, cessavit jam nunc (heu! ploreat Bernardus) antiqua illa laus: *Non accedet ad te malum, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, dum haud unum, sed penè innumera appropinquarunt. Et nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo. Theodotion: *Flagellatum, & percussum Deum*.

Isa. 53.

Theodor.

Deut. 25.

Pro mensurâ peccati, erit & plagarum modus, ut quadragenarium nu-

*merum non excedans, ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus; aut ne vilescat, & horribilis sit frater tuus.* Et quem, rogo (vos, vos alloquor, immanissimi) hic modum servastis? Quo nunc stetit numero vestra crudelitas? Quid misericordiæ repertum in oculis vestris, quando non fratrem tantum ex semine Abraham secundum carnem, sed & Dominum omnium tam fœdè dilaniastis, tam horribilem reddidistis?

Hebr.

Sex carnifices accedunt, (hæc habet Hieronymus.) Duo eorum virgis spineis, duo loris nodosis, duo catenis ferreis, unguibus terminatis aduncis, incipiuntque primi totis viribus eum percutere: adduntur vulnera vulneribus, decurrit sanguis. Primis defessis, succedunt secundi, & novis vulneribus vereta cumulanti: quos mox tertii subsequuntur, qui uncinis carnem, ac pellem avellunt.

Hier. velatus à S. Vinc. sermone in Parasce.

Et tu, Fili hominis, cum scorpionibus habitas, increduli, & subversores sunt tecum. Septuaginta: *Insanient, & congregabuntur contra te in circuitu.* Certe infano furenti furore, dum te ita dilacerant. Pagninus: *Robelles, & spina tecum sunt, & cum scorpionibus.* Pagnin. & cum tribulis habitas. Tribulus, inquit Pinus ibidem, est herba duris spinis armata: unde stimuli ferrei, ac virgæ, quibus solebant nocentes flagellari, tribuli vocantur, & scorpiones.

Ezech. 2.

*Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cecidam vos scorpionibus.* Ubi Glossa: Scorpio genus est flagelli, sicut & de spinis solent esse virgæ nodosæ: vel etiam flagellum Sarcenorum cum duabus, vel tribus virgis, quod habet in summitate plumbeas glandes. Ita Lyranus. Est autem scorpio genus flagelli durissimi, habens in fine cordularum, seu catenarum, nodulos plumbeos, vel ferreos, & ided vocatur scorpio, qui graviter pungit. & quia sicut scorpio pungit cauda, eam super caput reflectendo, sic extremitas hujus flagelli, in quo est plumbum, vel ferrum, percutiendo reflectitur ab anterioribus percutiens super corpus percussæ. Vel vocatur scorpio, inquit & Abulensis, genus flagelli, quod in extremitate recurvarum est, & ex illa parte

3. Reg. 12. Gloss. ibid. Scorpio quale flagelli genus.

Lyan.

Abulens.

Hier. ibid.

parte mordet, sicut scorpio. Hieronymus vero ad eadem verba: Et cum scorpionibus habitas: Qui possint (subdit) ferire, qui arcuato percutere vulnere, & aculeo fistulato, ut eadem plaga & cutem aperiat, & venena diffundat.

Isa. 1.

Oleaster.

Hebr.

Psal. 21.

Lyr. n. ibid.

Christus velus

excoriatus flagellis.

Theod. ibid.

Aplana (ergo) pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Oleaster, non est in eo integritas. Hebr. non est in eo forma humana.

Excoriatus dixisses: ossa, & costas flagellato dinumerasses. Dinumeraverunt, id est, dinumerabilia sibi fecerunt omnia ossa mea. Ad eod scilicet inhumaniter habitus, ut vel ossa dinumerare possent. Sic ibi Theodoretus. Uade & verè dici possent:

Collaque brachiaque, & detecta verberare costas.

Iob. 33.

Iob. 17.

Psal. 10.

Levit. 1.

Tabescit caro eius, & ossa, qua tecta fuerant, nudabuntur.

Membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Quoniam qua perfecisti, destruxerunt.

Immolabit vitulum coram Domino, detrahaque pelle hostia, artus in frustra concident: nam penè sacra illi membra, ex inmanissimâ flagellatione in frustra concisa sunt, pellisque hostia hujus suavissimè olentis prorsus detracta est.

Et ad costas,

unquè nudatus

Lib. 1. Revel.

S. Brig. c. 10.

Ch. 4. c. 70.

Testis sit omni penitus exceptione major locupletissimus, & oculatus, piensissima eius Mater, Lacrymas, si potes, cohibe. Vidi, inquit, corpus ejus verberatum, & flagellatum usque ad costas, ita ut costa ejus viderentur. & quod amarissimus erat, cum retraherentur flagella, carnes ipsius flagellis aculeatis infixis aculeis, sulcabantur. Ad primum ictum ego, quæ ad stabam, cecidi quasi mortua.

Iob. 16.

Hebr.

Hier. ibid.

Concidit me vulnere super vulnus, rupturâ super rupturam. Sic Christus dicere poterat. Unde Hieronymus paraphrasticè: Dum languoribus meis, atque vulneribus adduntur plagæ innumerabiles, aridor totus resolutus, atque comminor, ita ut nullum in me membrorum residuum sit, quod aliqua soliditate subsistat. (Subditque) De Christo etiam sic intelligendum. De quo pariter, ut de Rege Martyrum, illud dici potest, quod de Martyribus dixit Cyprianus: Iam ruptâ compage viscera torquebantur in eo jam non membra, sed vulnera. Etenim,

Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Psal. 68.

Vulnus, & levor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque foris oleo.

Et plagis impostis, abierunt, semivivo relicto. Ulpianus de poenis: Ministrorum inmanitate multi sub flagellis interierunt.

O, ô hominum feritatem! ô hominum inauditam à sæculis barbariem! Tot rhetoricæ eloquentiæ luminibus factum illud Vetrinum de cive Romano flagellato Tullius exagitat. Ipse, inquit, inflammatus scelere, & furore in forum venit. Ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat. Expectabant omnes, quò tandem progressurus, aut quidnam acturus esset, cum repente hominem proprii, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgis expediri jubet. Clamabat ille miser, se civem esse Romanum. Hic Tullius ab oratione surgens: Cadebatur (subdit) in foro Messana civis Romanus, Iudices, cum interea nullus gemitus, nulla vox alia justius miseri inter dolorem, crepitumque plagatum audiebatur, nisi hæc: Civis Romanus sum. Et rem hanc mirum in modum exaggerans, clamat: ô nomen dulce libertatis! ô jus eximium nostra civitatis! ô lex Porcia, legesque Sempronie! ô graviter desiderata, & aliquando reddita plebi Romana Tribunitia potestas! Huc tandem omnia reciderunt, ut civis Romanus in provinciâ populi Romani, oppido sedentorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces, & securus haberet, deligatus in foro virgis caderetur?

Componere, si licet modò cum cive Romano civem, immò cæli, terraque Conditorem. Componere clamantem: Civis Romanus sum, cum eo, qui nec clamavit, nec audita est vox ejus foris. Quoniam ego in flagella Hebræus, ad fracturam. Hieronymus ad plagas. Chaldaeus, ad interitum paratus sum.

Iussit Tribunus flagellis cædi (Paulum) & cum astrinxissent eum loris, astansi sibi Centurioni Paulus dixit: Si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare? Quo audito, Centurio accessit ad Tribunal, & nunciavit ei, dicens: Quid acturus es? Hic enim homo civis Romanus est, accedens autem Tribunus

Psal. 68.

Isa. 8.

Vip. de poen. l. 8.

Cic. act. 7. in Verr.

Virgis circum Romanum

cædi nefas.

Virgis Dei

lium cædi quid

Psal. 37.

Hebr.

Hieron.

Chald.

Act. 22.

h h h 3 unus



bonus dixit illi: Dic mihi, si tu Romanus es? At ille dixit: Etiam. Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum torturi erant. Tribunus quoque timuit, postquam rescivit, quia civis Romanus esset, & quia alligasset eum.

Rupert. in 19.  
Ioan.

O spectaculum grande (ait admirans Rupertus) & mundo, & Angelis, & hominibus, ut à servis peccati Princeps libertatis (non civis Romanus) servilibus modis caderetur!

Grande porro spectaculum, mirum & inauditum, Deus homo flagellis cæsus instar servi contemptissimus! Sic l. in servorum, ff. de poenis. Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his servus flagellis cædi iubetur. Quis, quis, rogo, non obstupescat, & extra se penitus non rapiatur, si Deum alligatum columnæ, ac flagellatam contempletur? Consideravit olim Propheta hominem Deum inter animalia, & exprobat: quid si considerasset inter flagra? Obsupefcite, obsupefcite, cæli, Angeli, Cherubim, atque Seraphim super hoc! Obsupefcite, vel potius ad Hebraicum, horrescite, aut significantius Chaldaice, lugete: quia vos ipsi expenditis hoc. Vos enim longè melius infinitam illius maiestatem novistis, omnipotentiam, & gloriam perpenditis! Heu! Deum rerum omnium Dominum, Creatorem vestrum, servi instar flagris durissimè videtis discerpi, & crudelissimè cruentari!

Ierem. 2.

Hebr.  
Chald.

Phil. 2.  
Bern. ser. de  
Pass.

Isa. 53.

Nunc planè exinanivit semetipsum, formam servi ac ipiens. Non solum formam servi, ut subesser, inquit, & verè Bernardus, sed etiam mali servi, ut y apularet.

Quis creditit auidiu nostro! Quis credet, Creatorem universi, totius Orbis Deum, ac Dominum, illum, inquam, qui in cælis tonat, ac fulgurat, manibus nunc, ac pedibus ad columnam adstrictis, instar furis ligatum, instar prædonis flagellatum, instar malefactoris habitum, atque tot militum feritatis expositum, quasi agnum inter tot flagra, virgas, funes, & vincula penitus obrumescere?

Aug. ser. 114.  
de tempor.

Chryf. ser. in 5.  
seriam Pass.

Ecco, ecce nunc pro impio pietas flagellatur (dolet pius Augustinus.) pro stulto sapientia illuditur, pro mendace veritas necatur, damnatur iustitia pro iniquo, misericordia afficitur pro crudeli.

Proh dolor! (dolet & Chryf.) jacet ex-

ensus ante hominem Deus, & supplicium patitur rei in quo nullum vestigium peccati potuit inveniri!

Heu! ligatur æternus Motor! indignissimis (heu!) nexibus cæli libertas in terris adstringitur: & cælum, ac Sol gyrat per Meridiem! & protervus homo, quasi pullus onagri se liberum natum putat? Mirum, mirum planè, si ligato Motore, non cessat motus! Mirum, si Motore, immobili ad columnam, virgatores moventur!

O, ô charitas, quàm magnum est vinculum tuum, quo Deus ligari potuit! Nullum quippe vinculum Filium Dei ad columnam tenere potuisset, si charitatis vinculum defuisset. Ita Justinianus.

B. Lau. Infi. 75  
ligno vita de  
charit. c. 6.

En, en igitur modò divinus Samson, Ind. 16. charitatis brachiis columnam complexus, quò infernales Philisthæos obrueret: O mors, inquit, ero mors tua, morsus tuus ero, Inferna. Et verè Samson quod est. Sol ejus. Tu etenim (ait Seraphicus) Sol iustitiæ tuos radios subtraxisti: & idèd facta sunt tenebra, & potestas tenebrarum. Omnes sunt te potentiores. Amor tuus, & iniquitas nostra, sic te imbecillum fecerunt.

O columnam nubis, quæ tota jam solvitur in sanguinis pluviam, & in ardentissimi amoris ignem, ut iter nobis tuum præbeat in terram viventium.

Exod. 17.

D Summi planè, æternique in nos hæc Christi amoris est symbolum. Frangar, (subscripte ille sub columnâ,) non flectar. Certè Christus frangi putavit, atteri flagellis potuit, sed non flecti. Attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostra super eum, cuius lavore sanati sumus.

Quousque, rogo, divinis in nos Christi amor: En columna, cui fortè insculptus videatur: Non plus ultra. Sed ô altitudinem! ô profundum divinæ charitatis.

Hæc certè nullâ clauditur metâ, ut rectè de Salvatoris charitate dicas, quod de Machabæorum sub flagellis patientiæ fortitudine dixit Alexandrinus Theophilus: Quod tra, inquit, persecutorum invenerat, patientiæ fortitudo superavit: inter poenas magis paterna legi, quàm doloris memores: lassabantur toriores, & non lassabantur fides.

Theoph. ep. 3.  
pasch.

Liceat, liceat hic parva magnis componere.

are. Inter dira tormenta, inter flagello- rum acerbiter, magis paternæ legis, quam doloris memor, hoc Christus age- bat, ut lassarentur tortores, non lassare- tur amor.

Rup. l. 6. c. 31. in c. 22. Gen.

Colligavit nimirum Deus Pater (velut pulchre ait Rupertus) *Filium suum non imbecillitatis vinculo, sed magna charitatis im- perio.* Sic ille peracutè meditatus Isaacum à patre in Sacrificium colligatum. Charitatis vinculis, amorisque nexibus ad co- lumnam constrictus, quot flagellorum ictibus divina hæc petra percutiebatur, tot se ex incèdiorum scintillas emittebat.

Quis autem in posterum ambigat, aut quis posthac de Christi amore diffidat? O chara, ô amabilia flagella! quæ animam nostram divinæ, æternæque Christi Jesu dilectionis securam reddiderunt!

Quid enim ulterà ad infinitum in nos Christi amoris commendationem exco- gitari jam possit? Pro te, pro te, ô anima, Christus flagellis cæsus est!

Psal. 90.

Scapulis suis obumbravit tibi, & sub pen- nis ejus sperabit. Scapulas certe divinas ipse flagellis objecit, ne tu ipsa flagellareris.

Psal. 31.

Multa flagella peccatoris. Multa & flagel- la Salvatoris.

Isa. 38.

Proieci si etenim, Domine, post tergum tuum omnia peccata mea: propterea & di- vissimè flagellaris.

Deut. 25.

Pro mensurâ peccati eris & plagarum mo- dus! En ut propemodum sine modo, ac si- ne mensurâ flagellari voluit, qui pro in- numeris nostri sibi omnium excessibus fla- gella sustinuit.

Psal. 72. Hugo. Card. Lyrano.

Et sui flagellatus totâ die, non ad horam, inquit Hugo Cardinalis: Et castigatio mea in manus. Lyrano: Hoc est, velociter adhibita, quasi depluerent super me fla- gella.

Job. 9.

Ut verè depluebant! & quasi in dilu- vio aquarum multarum ad eum approxima- bant! Et in turbine conteret me.

Heu, heu quæ grando hæc? quæ tam se- vera, ac tam horribilis tēpestas, ut ipsam- met durissimam columnam, quin ada- mantem confringere, & contrere possit! Nubes en modò exonerantur onere per- antiqui in eum odii, & in sanguinis gran- dem pluviam resolvuntur. Vidimus eum

A *virum dolorum, & scientem infirmitatem.* Græcè: *Vidimus eum virum dolorum, homi- nem in plagâ,* quasi apertis jam venis, ac undique laceratus, planèque decortica- tus una sit effectus plaga: nam planè per- cussit eum *ulcere pessimo,* ut à plantâ *Job. 2. pedis, usque ad verticem non esset in eo sani- tas,* ut vere dolere posset: *Va mihi super Ierem. 10. contritione meâ, pessima plaga mea.* Pagnin. Pagnin. *dolorosa plaga mea. Multiplicabit vulnera Iob 9. mea.* Ad Hebraicum: *Multiplicabit percus- siones meas, etiam sine causâ.*

O immanissimi tortores, quisquam, ro- go, is, qui ex immanitate tot suavissima- rum percussionum jam languet, ac penè agonizat in mortem? Estne hoc corpus humanum, an sanguis? O, ô verè mon- strum doloris! Heu! mi Jesu, quid hic agis? Quid, rogo? *Amore languo: vulneratus charitate sum ego.* Ah! ah! sentio, Domine, sentio flammam tuam, sentio columnam hanc ignis undique conflantem.

Isa. 53. Græcè.

Job. 2. Isa. 1. Ierem. 10.

Pagnin. Pagnin. Iob 9.

Cant. 2. Sept.

Quærit pars semina flamma Abstrusa in venis silicis.

Virg. l. 6. Aeneid.

Quot verberibus, tot quasi ictibus à petrâ hæc scintillas, immò flammam excu- tiunt. O Etnam! ô Etnam amoris, & Ex Iosepho a- charitatis! Tota jam Christi caro præru- pud Eusebium

D *laceratum, & sustinentia illæsa: que ad ossa di- lassantur tortores non lassatur amor: laniatus, nec asque ad ossa dilaniatus, nec lachry, lacrymas, nec mas, nec preces fundit: decidit in ter- ram sanguis, spiritus non decidit, sed ipsâ adhuc columnâ erectior, quia & erectus ipse columnam erigit, quæ ex pietate eotraret.*

Ex Iosepho a- pud Eusebium l. 3. inst. Eccl. c. 6. flagris us- laniatus, nec preces fundit.

O scelus! ô pietas! qui fors hæc verbera, Verbum?

Erga te summus ferre coegit amor. Ferre coegit amor! quis causa est hujus a- moris?

D. Bon. med. Pass. Christ.

Qui penitus nullo dignus amore fuit. Heu! dulcissime Domine (hæc plorat Se- raphicus) mihi, mihi debebantur flagella æterna afflictionis: tu pro me flagellati voluisti, ut me misericorditer ab illis e- rueres. Heu! dulcis Domine, quomodo decòr ille spectiosissimus de sacratissi- mo Corpore tuo abiit? Exitus aquarum deducant oculi mei: quia qui speciosus erat

Psal. 118. Psal. 44. pra.

pro filii hominum, nunc totus efficitur de-  
formatus. Caro illa sanctissima, quæ  
prius mirabili candore nitēbat, incipit  
jam tota hinc inde tumescere, & ex per-  
cussionum frequentia densi tumores in-  
cipiunt pullulare: dehinc ex inflata carne  
sanguis erumpit uberrimus, & velut aqua  
ex fonte, undique sanguis exuberat. Jam  
rota cruore madescit terra, & fluuius in-  
cipit featurire, sanguineus. Caro illa de-  
liciosissima, quæ prius candidissima fue-  
rat, nunc rubicunda prorsus effecta est. O  
anima mea, jam non dicere potes: Dile-  
ctus candidus, & rubicundus; sed potius: Di-  
lectus meus lividus, tumefactus, ulcero-  
sus, & planè rubicundus. Quis nunc tam  
immitis? Quod d'pectus tam saxum, quod  
non moveatur ad lachrymas, cum non  
dulcissimum Jesum sic aspicit deforma-  
tum?

Cant. 5.

Quid verò putas tunc agebat Agnus  
ille mitissimus, dum tam durè, & acerbè  
affligeretur in corpore? Equidem etsi tor-  
queretur corpus, mens tamen servabatur  
illæsa: sed quia fuerat humanâ carne ve-  
stitus, tanquam homo, inflata vulnera  
sentiebat: quantoque caro illa delicatior  
fuerat, atque tenerior, tanto dolor im-  
primebatur acerbior. Suspirabat interdum,  
ut æstimo, dulcissimus Jesus, (sic  
pitè, & humanitus contemplamur) nunc  
tacitus emittebat gemitus; modò sub-  
missâ voce lamentabatur; nonnunquam  
caput ex dolore movebat, quærens, ubi  
ex debilitate illud paululum reclinarēt.  
Sed heu! non erat locus, nisi columna,  
cui fuerat alligatus, ubi caput posset ad-  
hærere gravatum. Interdum etiam la-  
chrymæ ex limpidissimis oculis cogente  
vulnere dolore stillabant. Aliquando  
verba aliqua dolorem attestantia sub-  
missâ, ac tremulâ voce fundebat. Sed car-  
nifices immanissimi nullâ permoti com-  
passione, acrius in eum verberibus stri-  
debant, & verba contumeliosa miscētes  
cura cruciatibus, pium, & mansuetissi-  
mum Jesum linguâ, & manibus lacera-  
bant.

Tertull.

Tertullianus: *Dominicum Corpus à co-  
lumnâ in terram dilapsum, tanquam pilam,  
pedibus sacrilegis excitabant.*

A Eja, eja ergo, validi virgatores, cædite,  
verberate, comminuite frumentum hoc  
Electorum in hoc tam magno charitatis  
ardore. *Triura mea filia aree mee. O, ô gra-  
num. velut optime ait Augustinus, mor-  
tificandum, & multiplicandum: mortifican-  
dum in infidelitate Iudaorum, multiplican-  
dum in fide populorum. Hinc & D. Ignatius  
agebat: Frumentum Christi sum, dentibus  
bestiarum molar, ut panis mundus inveniar.*

B Hinc eodem patiendi ardore S. Gordia-  
nus Martyr apud D. Basilium: *Lanietur D. Basiliorum  
corpus, torqueantur membra, seminate multa in Gord. Mar.  
in me, ut multiplicem fructum metam.*

Frumentum ergo triturant, torcular-  
que simul calcant: Ego sum vitis. Bernard.  
Ligatur vitis ad palum, dum Christus  
ligatur ad columnam.

Lavabit in vino stolam suam. & in sangui-  
ne vva pallium suum. Botrus Cyprî dilectus  
meus mihi in vineis Engaddi. Clemens Ale-  
xandrinus: *Magnus Botrus Christus pro no-  
bis expressus.*

Quare rubrum est indumentum tuum, &  
vestimenta tua, sicut calcantium in torculari  
Lavit Christus stolam suam in vino, inquit  
eruditè Tertullianus, id est, lavit carnem  
suam in sanguine: lavit autem tunc maxi-  
mè, cum flagellis est maximè cruentatus.  
Tunc etiam vestimenta ejus, id est, corpus  
velut in torculari rubescit, cum columnæ  
alligatus verberibus est cæsus. Calcari qui-  
dem videbatur verberibus, sed Dæmones  
velut botros, mortem, mundum, peccataque  
omnia calcabat doloribus. *Ipsè vulneratus  
est propter iniquitates nostras, attritus est pro-  
pter scelera nostra: disciplina pacis nostra super  
eum: & livore ejus sanati sumus.*

Et sicut balsamum non mixtum odor meus.  
Glossa: Balsami arbor stirpe similis viti,  
foliis semper manentibus: arbor balsa-  
mum, lignum xylobalsamum dicitur  
fructus, vel semen carpobalsamum, suc-  
cus opobalsamum: quia percussus ferreis  
virgulis cortex per cavernas eximii odo-  
ris guttas distillat: succas enim Græcè,  
ὄσος, dicitur. Arboreis balsami, more vi-  
nearum coluntur, & admini culis susti-  
nentur. Agricola acutis lapidibus, vel of-  
fensis cultellis solent incidere. Per incisio-  
nes manat succus odoris eximii. Græcia  
præci-

Ioan. 15.

Bernard. l. de  
Pass. c. 4.

Gen 49.

Cant. 1.

Clem. l. pæd.

c. 2.

Isa. 63.

Tertull. l. 4.  
cōtra Marcion.

Isa. 53.

Eccl. 24.

Gloss. sup.

Strabo.

præcipua debetur lachrymæ. Christus quoque humilis in carne, sed plenus gratiâ. & virtute vulneratus est propter iniquitates nostras, & nobis vitæ, & salutis Sacramenta profudit. Unde & quasi balsamum non mixtum odor meus.

Isa. 53.

Eccel. 24.  
Hebr.  
Bernard.

En igitur, ut totus halat! en ut flagrat, & rubet charitate! En rosa in Iericho, quod est odor ejus. Bernardus libro de Passione Domini, cap. 40. quod est de quintâ effusione sanguinis: Quinta, inquit, rubricatio rosæ invenitur in crudeli flagellatione mansuetissimi Agni rosei Jesu. O cum quantâ quantitate, putas, illum sanctissimum sanguinem è conciso corpore, & flagellato distillasse in terram! O quantâ, putas sævitiâ impiotum frementium, quanto fremitu sævientium flagellatum putas fuisse dulcem Jesum, qui venerat, ut nos à flagellis liberaret æternis! Sine causâ, inquit, flagellis ceciderunt me. Verè sine causâ, nisi fortè miserissimi, & perversi bona opera tua pœnis digna judicarent, qui veritatem tuam in mendacio detinuerunt. Tum egregiè ad mores:

Job. 9.

Sed & hic moraliter erudimur, ut flagella benignissimi Patris nostri discamus æquanimiter tolerare: cur enim flagella non sufferat homo ad laborem natus, in peccatis enutritus, & conversatus, cum videat Regem Regum, & Dominum dominantium, dulcem Jesum, qui peccatum non fecit, nec in ventus est dolus in ore ejus; tam gravibus flagellationibus esse contritum?

1. Pet. 2.

Audi, ô homo stulte, & insipiens, & non solum non refuge, sed etiam apprehende disciplinam, ne fortè quandoque pereas de viâ justitæ, Domino tibi irascente, qui proprio Filio suo non pepercit, sed propter tetradidit flagellandum. Non pepercit Filio suo naturali, & consubstantiali, sibi coæterno, & impassibili, quin pro salute tuâ ipsum faceret nasci in tempore, & passibilem. & flagellis contereret, sicut scriptum est: Dominus voluit eum conterere in infirmitate. Et quomodo parceret tibi Filio adoptivo, cum sensus tui proni sint in malum? quin in chamo, & fræno maxillas tuas confringeret, ut saltem vexatio det tibi intellectum, quatenus ad ipsum

Psal. 2.

Isa. 53.

Speranza Scriptura selecta.

A approximare cogaris, qui licet moiceste, salubriter tamen flagellat omnem filium, quem recipit. Haftenus ille.

Hebr.

Et certè (Fratres) si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij. Quis enim filius, quem non corripit pater? Interlin. id est, cui non det disciplinam pater ejus? Ubi Augustinus citatus in Glossa: Dat disciplinam Deus, ut auferat misericordiam. Cædit contumacem, ut reddat hæreditatem. Si promissa patris benè agnovisti, non timeas flagellari, sed ex hæredari. Curte sub manu Dei flagellantis: quia dum flagellat, erudit ad hæreditatem. Noli esse iniquo sensu, & puerili, ut dicas: Plus amat pater meus fratrem meum, (cui permittit facere, quicquid vult) quam me: quia si me movero contra jussionem ejus, flagella invenio. Potius gaude sub flagello: quia tibi servatur hæreditas. Si exceptus esses à passione flagellorum, exceptus esses à numero filiorum. Et quid mirum, sic flagellat custodiens parvulos Dominus, quos

Interlin.  
August.

C grandes querit hæredes?

Felix, qui apprehendit disciplinam. Disciplinam qui abjicit, infelix est. In malum est illud: Non est virga Dei super illos.

Sap. 3.  
Job. 21.

Et erit anima tua custodiâ in fasciculo vitium. Hebræus apud Magistrum Historiæ scholasticæ, in vinculo vitæ, id est, in collegio Sanctorum. Alia littera habet, in fasciculo vitium: quasi dicat, sic custodiet Dominus animam tuam ad multiplicandum, sicut fasciculus vitium custoditur in aquis ad transplantandum.

1. Reg. 25.  
Magist. Hist.  
schol. ibid.

Huc ille ingeniorum apex in Apologético: Licet nunc sarmentitios, & semissios appelles, quia ad stipitem dimidijs assis revincti, sarmentorum ambitu exurimur, hic est habitus victoriæ nostræ, hæc palmata vestis tali curru triumphamus.

Tertull. in  
Apol. c. 47.

In his ergo te virgarum fasciculis, ô anima, ac inter hæc vitium, aut vitarum cælestium sarmenta custodi. Gusta summitatem virgæ ejus. Osculare auream in his spretis regat te Christus in virgâ ferrea, aut percutiat te virgâ illâ oris sui: Discedite, maledicti, in ignem æternum.

1. Reg. 4.  
Esth. 5.

Psal. 2.  
Matth. 25.

Extiterunt quidam refugientes, ac



Flagellationes spontanea corporis habent suam à Scripturà auctoritatem.

B. Pet. Dam. ep. 115.

Matth. 27.

Act. 16.

2. Cor. 11.

Deut. 25.

reformatantes nunc communicare Christi flagellis, quin & ipsi spontaneè verberum inflictioni, tanquam novæ, sacrisque sanctionibus contrariè detrahentes, ac irridentes, quos B. Petrus Damianus graviter coarguens, ipsùm scoparum remedium non modò non absurdum, sed & valdè pium, & ad purganda peccata peridoneum, validissimis mediis, exemplisque demonstrat.

Hoc itaque disciplinæ genus nequaquam modernis est studiis adinventum, (verba ipsa exseribo Damiani ex epistola ejus 115. quæ est contra Petrum Cerebrosum Monachum) sed ex sacræ Scripturæ potius auctoritate prolatum. Novimus enim Dominum Salvatorem à Præsidis militibus verberatum, Beatos Apostolos in Conciliis à Sacerdotum Principibus cæfos, nonnullos etiam Sanctorum Martyrum legimus virgis ac flagris durioribus laniatos, Paulus etiam quia ter virgis cæsus est, & quod quinquies quadragenus, unâ minus accepit. Et in Deuteronomio: Si enim, qui peccavit, dignum viderint plagis, prosternent, & coram se facient verberari. Ubi & mox additur: Pro mensurâ peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat, ut quadragenarium numerum non excedant, ne scædè laceratus, ante oculos tuos obeat frater tuus. Sic enim legis Damianus: Lectio nem expende, qui & explicato quadragenarii hujus numeri haudquaquam excedendi mysterio, hæc subdit:

Cum ergo non modò vetustæ legis auctoritas, sed evangelica gratia verberum plagas, modò per præcepta, modò per exempla commendat, ut & Sanctos Apostolos in Concilio cæfos, & Beatos Martyres legamus sæpenuerò verberatos: Quæcumque autem scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; quid absurdum est, quid ineptum, si nunc sancta Ecclesia in pacis otio utitur, quo dudum utebatur in bello? Nam & Apostolus iterum dicit: Castigo corpus meum, & in servitutem redigo. Et alibi: Sancti ludibria, & verbera experti. Porro dum manus carnificis nunc ab infligendo Martyribus verberare cessat, quid obest, si sancta devotio

Rom. 15.

1. Cor. 9.

Hebr. 11.

A ipsa subimet, unde sanctis Martyribus particeps fieri mereatur, exhibeat? Nam cum sponte me propriis manibus ante conspectum Dei verbero, devotionis ingenuæ desiderium, si carnifex accurreret, promptus ostendo. Vellem pro Christo subire martyrium, non habeo facultatem, ipse me verberibus atterens, ostendo saltem ferventis animi voluntatem.

Idem alibi: O quam jucundum! & quam insigne spectaculum, cum supernus Iudex de cælo prospectat, & homo semetipsum in inferioribus pro suis delictis mactat! Ubi reus ipse in peccatoris sui tribunalibus præsidens, trisarium tenet officium: in corde se constituit Deo spectatorem, reum in corpore, manifestus se gaudet exhibere tortorem: ac si Deo sanctus pœnitens dicat: Non opus est, Domine, ut officio tuo me punire præcipias, non expedit, ut ipse justis minis ultione percellas, ipse mihi manus iniicio, ipse de me vindictam capio, vicemque meis peccatis reddo. Subditque eleganter:

Et hoc est profectò, quòd Petrus Apostolus admonet dicens: Nemo vestrum patiat, ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem ut Christianus, non erubescat. Enim vero, ubi hoc sit, Dæmones fugiunt. Huic è contra spectaculo assistunt Angeli, qui gaudent peccatore converso. Hæc est hostia, quæ viva mactatur, ad Deum per Angelos oblata defertur, & sic humani corporis victima illi unico Sacrificio, quod in arâ Crucis oblatum est, invisibiliter pertimescitur, & sic in uno thesauro Sacrificium omne reconditur, videlicet & unumquodque membrum, & quod caput omnium obrulit electorum.

O disciplina salutifera! (exclamat & alibi) nimirum carnis afflictio, in quâ, dum corpus ad humanum nudatur aspectum, ante Dei oculos coruscantibus indumentis apparet ornatum.

Quòd si Achab, reprobis videlicet Regis, cilicium divina pietas non contempsit, quàm benigne, quàm misericorditer illum desuper aspectare credendus est, qui

Spontanea verberatio, studium est, & species martyrii.

Idem 1.6. c. 89.

Seipsum verberans iudicium Deo spectatorem exhibet.

Et triplo ex officio, iudicis, rei, tortoris.

1. Pet. 4.

Seipsum flagellantium spectaculo Angeli assistunt.

Luc. 15.

Vivam Deo hostem litam, qui seipsum flagellat.

Idem 1.3. ep. 52.

Idem 1.5. ep. 77. Spontanea flagellatio est optimæ penitentia genus.

quise, velut in atrocissimo crimine deprehensum, nudum divinis aspectibus obtulit accusatorem pariter, & tortorem, reum simul, & testem, censorem nihilominus, & carnificem fecit? Optimè pœnitet, qui, dum carnem verberib<sup>9</sup> mactat, lucrum, quod delectatione carnis amiserat, afflictionibus recompensat: & salubrem illi nunc amaritudinem ingerit, cujus olim noxiâ delectatione peccavit.

Tympanum planè est pellis arida. Et ille, juxta Prophetam, in tympano Dominum veraciter laudat, qui confectum jejunio corpus, per disciplinam verberar. Et infra: Dicis, ut quid percutio carnem? Respondeo: Ut quid percutio spiritum? dicit enim Psalmista: *Excitabar, & scopebam spiritum meum.* Carnem siquidem, & spiritum scopo, qui me deliquisse per carnem, & spiritum recognosco. Istum correptionum, illam cum cæteris afflictionibus, etiam percussione virgarum: ut quia læta caro traxit ad culpam, afflictâ reducat ad veniam.

Sed jam emphasim, ac energiam sancti hujus Viri suadentis intermissam à Cœnobitii Cassinensis Monachis singulis diebus, qui Sabbatum præcedunt, verberibus, in conspectu omnium, corpus afflictandi consuetudinem revocandam, audiamus.

Observatio sextæ feræ, dilectissimi, cui vestra sancta devotio dedicavit & jejunii salutaris incediam, & apostolicorum verberum disciplinam (pende illud, apostolicorum) quot hominum multitudines ad exemplum salutis attraxerit, tanquam novella, divinæ plantationis oliva in exuberantiam germinum propagines pillularerit, testes sunt multitudines urbium, atque villarum, quæ se communiter ingerentes, atque jactantes, id ipsum plausibiliter arripiunt institutum; adeo ut plerique præ devotionis ardore concepto, nisi quanto cyus hujus observantiæ suscipiant regulam, non levem se reputent propriæ salutis perferre jacturam.

Sed sciendum est, quoddam humani generis inimicus, dum totum sacrificium

**A** non valet de manibus offerentium rapere, more quasi rapacis Harpyiæ, partem saltem quamlibet conatur auferre. Hinc est, quoddam cum Abraham Deo sacrificium ex diversis animalibus obtulisset, scriptum est: *Quoniam descenderunt volucres super cadaverâ, & abigebat eas Abraham.* Super mactata quippe cadavera descendunt volucres, dum ad rapiendum sacrificium afflictorum corporum nostrorum aëre se præcipitant potestates, ut vel totum de manibus litantium rapiant, vel partem præreptam quasi de manibus sibi victoriæ triumphalis applaudant.

Hinc est, quod auctor antiquæ superbix spiritus, per ora quorundam, tanquam per vasorum suorum organa, vobis concipiat dicens: Jejunio quidem non penitus improbandum est corpus atterere, sed turpe nimis, & inhonestum est, ante tot Fratrum intuentium oculos membra nudare. Et unde (subdit) vox ista procedit, nisi ab illo, qui parentes generis nostri nuditatem erubescere compulsi? Anre vocem quippe serpentis: *Erat uterque nudus, & non erubescabant.* At postquam eis venenata consilia callidi draconis instillavit astutia, protinus scriptum est: *Cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizonata.* Audenter dicam, dilectissimi Fratres mei, quia quisquis, ut compatiatur Christo, nudari vestibus erubescit, hic proculdubio serpentis verba audivit: & quia de suâ nuditate confunditur, instar primi parentis à divinis, ut ita loquar, aspectibus occultatur.

**C** Porro cum initio salutaris hujus observantiæ unusquisque vestrum, & disciplinam nudus acciperet, & nuditatis ignominiam non timeret, quis vos postmodum fascinavit, & Christi passionem, quæ mundi decus, & salus est hominum, erubescere docuit? *Sic stultus estis, ut cum spiritu cooperitis, nunc carne consummemini?*

**D** Dic modò, quisquis es, qui Christi passionem superbus irrides: qui cum eo nudari, flagellarique despiciens, nuditate ejus, &

**E**

Dic modò, quisquis es, qui Christi passionem superbus irrides: qui cum eo nudari, flagellarique despiciens, nuditate ejus, &

Gen. 15. *Demonis astutia, qua conatur disciplinam e manibus præripere.*

Demonis organa sunt, qui corporis castigaciones improbant.

Gen. 2.

Gal. 3.

Lib. 6. ep. 115. Psal. 150. In tympano Deum laudat, qui aridum jejunio corpus mactat. Psal. 76.

Lib. 6. ep. 1. in ord. ep. 89. Flagellatio corporis est apostolicorum verberum disciplina. Devotio se flagellantium, alios edificat.



Verberationem  
fidei terribi-  
lis expectatio  
Iudicij

Matth. 24.

Verberum vi-  
bices in mar-  
tyrum corpo-  
ribus vide-  
buntur.

Christi vul-  
nera.

2. Cor. II.

Act. 5.  
2. Reg. 6.  
Davidis nu-  
ditas.

cuncta supplicia, tanquam nugas, ac na-  
ntas, & quædam fomitorum deliramen-  
ta subannas, quid facies, cum eum, qui  
publicè nudatus est, & in Cruce suspen-  
sus, videns in Majestatis suæ decore con-  
spicuum, angelicis agminibus undique  
constipatum, incomparabilis splendoris  
immemitate circumdatum, & super om-  
nia visibilia, & invisibilia ineffabiliter glo-  
riosum: quid, inquam, facies, cum eum,  
cujus nunc ignominiam despicias, aspe-  
xeris in igneo tribunalis excelsi solio præ-  
fidentem, & omne genus humanum re-  
cto æquitatis examine terribiliter judi-  
cantem? Tunc Sol obscurabitur, Luna te-  
nebris involuetur, stellæ de cælo cadent,  
fundamenta montium contremiscent,  
cæli tristibus radiis coruscabunt: terra si-  
mul & aër flammis in excelsa furentibus  
cremabuntur, & elementa pariter omnia  
confundentur: & tu, ornate, tu molli-  
ter, & decenter indute inter ista quid facies?  
Quâ fronte, quâ præsumptionis au-  
daciâ illius gloriam participare sperabis,  
cujus portare contumeliam, & ignomi-  
niam desperasti? Quis te delicatum, atque  
tenellum aggregabit collegio Marty-  
rum, in quorum corporibus videbun-  
tur in gloriam inversa, non modò virga-  
rum vibices, sed & innumerabilium vul-  
nerum cicatrices?

Christus Crucis non erubuit turpitu-  
dinem, & tu ob putridæ carnis tuæ à ver-  
mibus devorandæ confunderis nudita-  
tem? Ille nudatur, caditur, necitur vin-  
culis, obliquitur sporis, quinque partito  
vulnere illius caro perfoditur, ut nos à  
vitiis, quæ in nos per quinque sensus  
ingrediuntur, irruptione euemur, & tu  
lascivus, & unctus, tu petulculus, ac te-  
nellus non vis thesaurum carnis tuæ ho-  
minibus detegi, ne mortalis, vel terrena,  
quod absit, sed magnum quid debeat æ-  
stimari. Paulus Apostolus ter virgis in  
publico cæditur, nec veretur: quinque  
quadrageas una minus in iudicio acci-  
pit, & latatur. Petrus cum Coapostolis  
omnibus flagellatus. David propriis in-  
dumentis exutus, ante Arcam Domini  
totis viribus saltat, cui Michol: *Quam*

A. *gloriosus, inquit, hodie fuit Rex Israel disco-  
operiens se ante ancillas servorum suorum, &  
nudatus est, quasi si nudetur unus de scurris.*  
Superbi scilicet Regis filia humilitatem  
viri portare non potuit, atque ideò nud-  
ditatis, quæ Domino ministrabat, gloriam  
non cognovit. Talem ergo merentur ha-  
bere magistrum, qui carnem suam coram  
fratribus perhibent non esse nudandam.  
Et quoniam isti arefcentes in radice su-  
perbiæ nunquam spiritalem germinant  
fructum, his meritò congruit, quod de il-  
lâ quoque Scriptura testatur, dicens: *Igi-  
tur Michol filia Saul non est natus filius usque  
in diem mortis suæ.* Nam & isti meritò de-  
berent à vobis cum austeritate repelli, si-  
cut illam David suis responsionibus fre-  
git: *Vrui Dominus, quia ludam ante Do-  
minum, & vilis fiam, plusquam factus sum,  
& ero humilis in oculis meis.* Davidem pla-  
nè, ut nudus incederet, Sanctus, qui in  
eo erat, Spiritus implevit: Michol verò  
paternus ille possessor, ut eum insolentem  
argueret, incitavit, de quo videlicet pos-  
sessore dicitur: *Quia insinuit Spiritus Domi-  
ni malum in Saul.* Ideòque sine ullâ dubita-  
tione credendum est, quia divinus eum  
Spiritus provocat, qui ad honorem Cru-  
cis Christi se humiliter nudat: & ille su-  
perbi Saul spiritu in arrogantiam tumo-  
ris attollitur, qui se ut Crucifixi partici-  
per, exuere dedignatur. Quæ profectò  
superbia sic eum ab ipsò humilitatis au-  
thore divisit, ut ne Samuel quidem sibi  
veniam impettare potuerit.

Egregium Prophetarum Isaiam publi-  
cè coram omni populo nudum incedere  
Dominus imperat: & Monachus nud tri-  
coram paucis Fratribus erubescit! *Vade,*  
inquit, *solve saccum de lumbis tuis, non mol-  
le carbasinum, non stramineum delica-  
tum, sed saccum, & calcamenta tolle de pe-  
dibus tuis. Et fecit sic, vadens nudus, & di-  
scalceatus.* Et tu delicatus times nudus as-  
pici, ne te contingat oculis videntium fa-  
scinar? Sed age, Frater, quid est caro ista,  
quam tam diligenti curâ vestibus conte-  
gis, & tanquam regiam sobolem molliter  
nutris? Nonne massa putredinis? nonne  
vermis, pulvis, accivis? Nec ista, qua:  
aude

Michol, et Saul  
superbi poena.

2. Reg. 6.

Isa. 20.

Nobilissimi  
Prophetæ nu-  
ditas.

Corporis hu-  
mani utilitas.

nunc est, à sapiente viro attenditur, sed potius dignum est, ut sanies, virus, scortor, & obscenæ corruptionis illuvies, quæ postmodum futura est, perpendatur.

Quas ergo gratias referent vermes, qui voraturi sunt carnes, quas molliter, ac suaviter enutristi? Age, inquam, cur passus est Christus, an ut proprios reatus ablueret, & excessus sui commissa deleteret?

2. Petr. 2.

Sed audi Petrum de illo dicentem: *Qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore eius.* Ad quid ergo passus est? Adhuc

Christi exempla, ac imitatio.

Petrus ipse responderet: *Christus, ait, passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* Christus ergo primo passus est, quem protinus Apostoli sunt secuti, quorum & nos vestigia præcipimur imitari, sicut unus eorum dixit: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.*

1. Cor. 11.

Ad quid ergo Christum legimus passum, nisi ut ejus è vestigio prosequamur exemplum?

Sanctorum exempla. Lib. 6. ep. 30. de Dominico Loricato.

Sed jam qualiter quidam Christi exemplum sequuti sint in durissimâ ejus flagellatione, audiamus. Ex eodem B. Petro Damiano de Dominico Loricato contemporaneo, ac in Domino amicissimo: Longo jam, inquit, ille annorum elabente curriculo, ferreâ ad carnem lorica præcinctus, infœderabilem pugnam cum iniquis Spiritibus conerit, tempèrque paratus ad prælium, non solum corde, sed etiam corpore præmunitus, adversus hostiles acies fervidus bellator incedit.

Quotidie se verberat S. Dominicus Loricatus.

Hanc autem continuæ vitæ consuetudinem indifferenter habet, ut vix dies ulla prætereat, quin duo Psalteria modulando utraque manu scopis armatâ nudum corpus allidat. Et hoc remissiori quidem tempore. Nam quadragesimalibus circulis, sive cum pœnitentiâ peragenda

In Quadragesima quotidie tria psalteria cum verberibus recitat.

habet (crebè enim centum annorum pœnitentiâ suscepit) tunc per dies singulos, dum se scoparum tunsiombus afficit, ad ministria Psalteria meditandò persolvit. Centum autem annorum pœnitentiâ, sicut ipso autore didicimus, sic expletur. Petrus cum tria scoparum millia unum pœnitentiæ annum apud nos regulariter expleat, decem autem Psalmo-

rum modulatio, ut sæpè probatum est, mille scopas admittat, dum centum quinquaginta Psalmis constare Psalterium nõ ambigitur, quinque annorum pœnitentiâ in hujus psalterii disciplinâ rectè suppulantibus invenitur. Sed sive quinque vicies ducas, sive viginti quinquies, centum sunt. Consequitur ergo, ut qui viginti Psalteria cum disciplinâ decantat, centum annorum pœnitentiâ se peregisse confidat.

Quamquam & in hoc plerosque noster Dominicus superet: quia cum nonnulli unam manum in disciplinis agendis exercent, iste, ut alter Aod, contra rebelles carnis illecebras utraq; manu infatigabiliter pugnat. Hanc autem centum annorum pœnitentiâ, ut mihi ipse professus est, facile sex diebus ex more consummat. Memini quoque, quia cujusdam Quadragesimæ imminenti initio, mille annos imponi sibi per nos, ad pœnitentiâ petiit, quos certè omnes ferè, antequam jejunii tempus transigeretur, explevit.

Utraque manu se flagellans afflicta.

Judic. 3.

Et infra: Enim verò cum hunc jam & incurva senectus deprimat, & crebris insuper languoribus contabescat, mirum unde illi tantus fervor incedat, ut in spiritualibus exercitiis semper invictum, semper infatigabilem se reddat. Nam ut ipso referente cognovi, sæpè duo Psalteria cum disciplinis stando continuat, ira ut neque interim sedeat, neque vel ad momentum à percussionibus incredibili mentis fervore quiescat. Inquenti mihi aliquando, utrum posset cum ferreæ vestis pondere aliquantisper genuum flexibus insudare, sub hac mihi dedit obscuritate responsum: Cum incolumitas mihi voriva res, ondet quandoque per omnes totius Psalterii quindenos psalmos centies genua flectere consuevi. Quod quidem tunc non diligenter attendi, postmodum verò, quod dictum fuerat, mente revolvens, à depresso homine mille metacentas in uno Psalterio fieri, admiratus expavi.

Nec senex, nec infirmus à verberibus abstinere.

Quadam die post vespèram, cellulam meam ingressus, Magister, inquit (hoc enim indigno vocabulo me ex humilitate

compellat) hodie feci, quod hactenus me fecisse non memini, octo namque Pfalteria inter diem, ac noctem modulariter explevi. Videbatur autem tunc totus vultus ejus ita scopis attritus, ac fulcantibus quibusdam vibicibus livifactus, tanquam si pila fuerit prisnarum more contusus. Hujus igitur sancti Senis (concludit alibi) exemplo, faciendae disciplinae mos aded in nostris partibus inolevit, ut non modò viri, sed etiam nobiles mulieres hoc Purgatorii genus inhianter arriperent. Hucusque fuscè quidem, sed a què luculenter, ac piè Petrus Damianus.

Lib. 7. ep. 19.

Flagellat. Purgatorii genus.

3. Reg. 18.

Cic. l. 2. Tusc. quast.

Aug. lib. de Pastor. c. 5. Flagellationem homo peccator fugiet, quam fugit innocens Christus?

Quid huc attexam alios, qui ferreis carentis sese dirissimè verberabant? Quid Guillelmos Aquitanicos, quid Nicolaos Tolentinates, quid Henricos Susones, huc recenseam ad pudefaciendos delicatiores, qui nec in tenebris nudare, ac funiculis diverberare se audent? In medium jam nunc prodeant vel ipsi dolorum cultores. Clamabant illi ante Baal voce magna, & incidebant se, juxta ritum suum, cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Tu ante Christi simulachrum immanissimè flagellis caesi, & Cruci suffixi, funiculis carnem ad usque sanguinis effusionem non flagellabis?

Tullius Tusculanarum quæstionum lib. 2. ait: Spartæ pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut multus è visceribus sanguis exeat, nonnunquam etiam ad necem, quorum non modò nemo exclamavit unquam, sed nec ingemuit quidem. Subditque: Quid ergo, hoc pueri possunt, viri non poterunt? & quod mos valet, ratio non valebit? Quod Tullius miratur in Ethnicis pueris, non exigo quidem à viris Christianis, quibus tantum suadeo obsequium rationabile, ut funiculis carnem mortificent, ne in comparatione puerorum suffundantur pudore.

Augustinus: Unicus ille ex Patris substantiâ natus, æqualis Patri in forma Dei, Verbum, in quo facta sunt omnia, non habebat, unde flagellaretur: ad hoc autem carne indutus est, ut sine flagello non esset. Tu, qui totus es carnes, flagellum fugies?

Heu! (dolet Bernardus) candor lucis

A aeternæ nigrescit in carne pro carne salvandâ: & tu livorem perhorrescis? An ita Paulus? Absit: Castigo, inquit, corpus meum, ut non incedam, lividum facio, aut livoris, & sanguinis nota sugillo corpus meum. Theophyl id est, in servi morem habeo lascivientis, & contumacis, diverbero, contundo.

Bern. l. de Pass. Domini, ca. 6. 1. Cor. 9. Grac. Theoph.

Sic vel antequàm Christum flagellarum vidisset Elias (si modò non vidit in spiritu) oraturus pro populo ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram, posuit faciem suam inter genua sua, quasi in globum de more verberandus (sicut Regem, qui preparatur ad gyrum. hoc est, ad instar servuli, qui in modum globi, ad excipiendâ flagella à Domino cogitur preparari) Tu pro tuis ipse criminibus oraturus, ac veniam deprecaturus, ad flagella, ubi Christum ipsum dirissimè flagellatum vidisti, atque ad gyrum, ut verè servus, non præparaberis?

3. Reg. 18. Alij.

Ego, ego sum (dicas) qui peccavi, ego iniquè egi: tot innocentes, tot viri Dei qui sese tam dirè diverberant, quid fecerunt? Quid innocentia ipsa Christus ad eolum nam ligatus, atque aded immaniter, ac enormiter flagellatus? Vertatur, vertatur manus mea contra me: vertatur contra virum hunc sanguinum, & dolosum. Nullam Prætor inveniebat causâ in Christo: heu! quot in me cause! quas ille reperire non poterat in ipsâ innocentia, in me penitus inveniret. Percutiat ergo, cædatur reus iste inimicus homo, qui non tantum dignus est flagris, sed reus est mortis. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de viâ justâ.

2. Reg. 24. Flagellandum corpus exemplo Christi. Psal. 2.

PURPURA.

PVNCTVM XX.

Et exeuntes, chlamydem coccineâ circumdederunt ei.

Matth. 27.

A D litteram, ac piè Seraphicus Bonaventura: D. Bonav. in med. pas. Christ.

ventura: Vix re vestitum, exuunt eum veste suâ, induuntque tunicâ, aut pallio purpureo; non novo, sed veteri, & abjecto in opprobrium regii nominis, quod ipse, prout asserebant Judæi, sibi idebitè usurpabat. Unde quia Rex dicebatur, induunt eum veste, quâ veteres utebantur Reges, & ad confusionis argumentum, non novam, sed veterem chlamydem acciperunt.

D. Ansel. ser. de pass.

Huc pulchrè D. Anselmus: Quis est hic habens imaginem quasi Regis, & nihilominus servi despectissimi confusione repletus? regali purpurâ induitur, sed in eâ potius despicitur, quàm honoretur. Coronatus incedit, sed ipsa ejus corona cruciatus est illi, & mille puncturis speciosum ejus verticem divulnerat. Scapulum in manu gestat, sed eo ipso venerandum ejus caput feritur!

D. Athan. ser. de pass. & Crucis Domini.

Ceterum tam eruditè, quàm eleganter Athanasius regii hujus paludamenti mysteria huic in modum prosequitur. Cùm exueretur Dominus, eo ipso invisibiliter erigebatur de Diabolo trophæum. Et quod illud manifestum fieret, narratur à Joanne indutum fuisse purpurâ, à Matthæo verò, & Marco chlamyde coccineâ, coronamque illi ex spinis super caput esse positam, & calamum in manus datum, & ita cùm eum produxissent, genibus flexis adollare.

Joan. 19.  
Matth. 17.  
Marc. 15.

Miraculum novum (subdit Athan.) & incredibile, & magnâ sine dubio victoriæ insigne! Quem aspernabantur ut vilem, & contemptibilem, consitebantur Regem: cui tunicam, & vestem detraxerunt, purpurâ circumdederunt: & quem per ludibrium, subsannationemque pulsabant, ei triumphalia addiderunt ornamenta, coccineam chlamydem, & coronam spineam, & calamum.

Et quorsum hoc? Elucidans addit: Nam ramerit ea quasi per contumeliam agebant, efficiebatur tamen inde, ut ab eo latenter spoliarentur Dæmones: cùm enim sanguine terra per Diabolum functa, & multis undis cruoris esset imbuta, & ore aperto receperat sanguinem justî Abel, ac deinde hominibus sangui-

Gen. 4.

A nem sanguini superfundentibus, infusaque in eadem maledictione, mendacio, furto, adulterio execrabilis reddita esset, dicens Domino: *Et nunc maledicta terra, quæ aperuit os suum, ut reciperet sanguinem Abel fratris tui; cuique etiam prius ob pravicationem Adæ maledixerat Dominus, dicens: Maledicta terra in operibus tuis, in arummiis inde victitabis per omnes dies vitæ tuæ; omniâque sanguine redundarent, & ubique spinæ ob execrationem nascerentur, & hoc chirographum nactus inimicus noster, omnes invaderet, & tyrannidem in omnes, ut in subjectos sibi, exercebat, eâ de causâ cùm cum omnibus spoliasset Dominus, hoc genere vestimenti indutus ad mortem processit, ut ostenderet, victoriam de morte non timere, sed pro nostrâ salute partam esse, gestatque in coccineâ chlamyde speciem sanguinis, spinasque in coronâ, & chirographum in calamo, quo instrumento jam olim nos Diabolus æri suo, rationibusque inferi, ros habebat, ut unâ cum morte, etiam ista simul demoliretur, & rerum naturam ab istis malis purificaret, & pro spinis lignum vitæ largiretur utendum, & pro sanguine peccatorum, suo sanguine & terram, & omnes emundaret, & pro maledictione jam in reliquum incolas terræ benediceret, idque his verbis:*

Osee 4.

Gen. 3.

B *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Idèd etenim nostrum sanguinem gestans (in veste coccineâ) suum omninò sanguinem in terram exhaust: unde factum est, ut in eâ pro spinis bona, & vita repullulascerent, ad quam oculos suos dirigens Sanctus ille loquutus est: *Credo videre bona Domini in terra viventium.*

Matth. 5.

C Acumen itaque Athanasii est, in chlamyde coccineâ, nostrorum peccatorum symbolo, in spinis, antiquæ maledictionis typo, & in calamo, veteris decreti, damnationisque chirographi instrumento, terram veste peccatorum sanguine exutam, spinas pristinæ maledictionis evulsas, & chirographum æternæ damnationis jam tunc fuisse delerum; pergitque suis similiter acuminibus meditari.

Psal. 26.

D *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Idèd etenim nostrum sanguinem gestans (in veste coccineâ) suum omninò sanguinem in terram exhaust: unde factum est, ut in eâ pro spinis bona, & vita repullulascerent, ad quam oculos suos dirigens Sanctus ille loquutus est: *Credo videre bona Domini in terra viventium.*

E Acumen itaque Athanasii est, in chlamyde coccineâ, nostrorum peccatorum symbolo, in spinis, antiquæ maledictionis typo, & in calamo, veteris decreti, damnationisque chirographi instrumento, terram veste peccatorum sanguine exutam, spinas pristinæ maledictionis evulsas, & chirographum æternæ damnationis jam tunc fuisse delerum; pergitque suis similiter acuminibus meditari.

131

In spinis, quoddam aliâ quoque ratione spinam coronam gestare visus sit, nimirum ut sollicitudines nostræ vitæ extirparet: iniecit enim, inquit, scelestus ille, quanquam nolens, sollicitudines nostras super Dominum, non animadvertens, futurum esse, ut earum gestatione Dominus omnes in securitatem adtereret, quod & sementem verbi à spinis depurgatam haberent, & in precibus mentem incon-

vullam possiderent. Ipse enim in doloribus, & curis erat, ut nos doloribus careremus.

In calamo, quoddam arundinem accepit, cum illià Diabolo porrigeretur, ignaro, quoddam contra seipsum gladium acueret. Dicitur enim arundo (verba ipsa Athanasii) serpentibus lethalis esse, atque inde potissimum interfici. Cum igitur ipse Dominus Sabaoth, ut Isaias dicit, fugientem draconem, & magnum illum serpentem Diabolum persequi statuisset, tum ejus rei causâ, quoddam illi exitiale erat, ab eis accepit, ut suis, propriisque rebus debilitatiore reddito Diabolo, iis, quæ Christi erant, homines fortiores redderentur. Quale quid in Davide designavit, qui sumptis adversarii Goliath gladio, eo illius caput præcidit. Idem quoque Servator fecit sumens arundinem ab illis, ut nos non solum liberaret à versutiâ serpentis, sed & illum serpentem tolleret, & mortuum exhiberet.

In spinis simul, calamo, & chlamyde hoc rursus meditatus, concludit: Ad eum igitur modum circumscriptus sceleratus ille, vidensque, se ab illis spoliari, & excidere, quibus adversum nos efferebatur, & se à terrâ protrudari, & terram à sanguine, & spinis emundari, seque amississe chirographam, & calamum; quo nos in suâ cautione descriperat, rursus non audenda audet, sed eo se magis verberat.

Cum enim audisset à Domino loquente maliciosus ille, spiritum quidem promptum esse, sed carnem infirmam, credensque Verbum unâ cum carne languere, & infirmari, nec carnem Verbi virtute corroborari, rursus nefaria moliri coepit, carnificesque incitavit contra Servato-

rem, circaque spinas, quas retinebat,olvebatur prorsus contrario, quam se parabat, eventu: eas enim tenendo amissit, quas putabat, ubi vellet, se resumere posse. Ceterum illas non prius resumere potuit, nisi ubi jam eas maledictione inibitâ liberasset Servator noster: quas cum ille gestasset, tum demum recepit serpens suas spinas, & chlamydem, sed tamen innoxias nobis, & ipsius tantummodo sceleris indices. Nunc enim Diabolus in spinis, velut in stimulis contra nos calcitrat, deque illo, & coccineâ chlamyde dicitur: Quemadmodum vestimentum sanguine mixtum non est purum, ita neque tu purus eris, quoniam terram meam perdidisti, & populum meum trucidasti.

Idem enim (subdit Athanasius) nunc irritans carnifices contra Servatorem, in spinas quasi in stimulos calcitravit, magisque pungebatur, quam pungebatur: resumptâ enim à Domino arundine, cum milites arundine Christum se pulsare existimarent, hâc in abantur: quippe qui Diabolum ipsos irritantem verberabant. Et urgentes illæ, quæ ascenderant contra Jerusalem, se semetipsum in valle Josaphat contrucidabant: ita nunc quoque illi, qui persequantur Dominum, semetipsum non sentientes verberant. Concluditque excursus dicens, spinam coronam Dominum admisisse, ut serpentem in spinis comprehenderet. Sed de spinis puncto sequenti fufius, satisque jam Athanasii spiritibus immorati, in solâ nunc purpurâ consistamus.

Et primum te quaeso, Domine: *Quare Isa. 63. rubrum est indumentum tuum? Cur purpurâ amictus? An forte sic à perfidis habitus: sic densus, ita exercitatus, ut epulo ille, qui purpurâ induebatur? Haud certè cor istud tuum divinum inter tot illudentium, quasi tot Dæmonum cohortem æstuat charitate, (dura, sicut Infernus, æmulatio,) quàm purpuratus ille (indulg: nunc paradigmatis) suâ induit purpurâ, ac bysso, flammis infernalibus æstuat.*

En, en modò mulieris, divinæ scilicet *Prov. 31. humanitatis byssus, & purpura indumentum, qua*

Isa. 27.

1. Reg. 17.

Math. 26.

Isa. 9.

2. Par. 20.

Luc. 16.

Prov. 31.

qua

qua sanè lugebit in morte, sed videbit, etiam in die novissimo resurrectionis.

En dilectus antea in albâ candidâ, nunc in purpurâ rubicundus. Bernardus: Ecce Sponsus tuus, ô anima, rubricatur. Ele-va nunc mentis oculos, & vide, si tunica Sponsi tui hæc sit, an non. Ecce, ut fera pessima condemnavit filium tuum, fratrem tuum, Sponsum tuum!

Nunc planè video vestem hæc di sanguine tinctam. Vide, & tu Pater, vide, utrum tunica Filij tui sit, an non? Tunica Filij mei est. Descendam ad filium meum lugens in Infernum. Ita Jacob, agnitâ Josephi tunicâ in- tinctâ cruore: hoc est, si viventem adhuc videre non potero, moriar, & videbo. Sic, sic perspectâ purpurâ peccatorum no- strorum verè perfusâ sanguine (si fuerint peccata vestra, ut coccinum) ô quàm Chri- stus exopravit mori, ut suâ nos morte salvaret, ac vivos iteram videret!

O purpuram pretiosam! ô verè purpu- ram honorabilem, quæ olim Regum, Im- peratorumq; humeros contegebas, nunc ipsos Dei humeros regis! Tantò hæc si- quidem cæteris præstantior, quantò non piscis, aut vermiculi, sed Christi vermi- culi quidem sanguine tincta est. O verè nunc effecta indumentum salutis! ô ve- stem nuptialem! meam, rogo, frigidita- tem, ac nuditatem operias.

Deinde vestram rogo perfidiâ, ô Ju- dæi, curæ Christus sic induistis? An fortè purpurâ, quæ regium est indumentum, eum condecorare decrevistis? Ita certè tunc factum legimus, cum jubente Rege indutus est Daniel purpurâ, & cum sumptâ stolâ, ( Chaldaice, purpurâ ) indutus est Mardocheus. Non equidem condecora- re, sed dehonestate sic volunt. Illudunt ei purpurâ, inquit Seraphicus, tanquam regnare volenti, & non valenti.

O, ô perfidit! voluit, sed non valuit? An non verè Christus Rex Regum, & Dominus dominantium? Annon Princeps Regum ter- ræ? Annon is, cui data est omnis potestas in celo, & in terrâ, Annon constitutus Rex à Deo super Sion montem sanctum eius? An ignorabat, quòd omnia dedit ei Pater in ma- nus? Annon is, per quem Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt? Annon re-  
Speranza Scriptura selecta.

A gnabit in domo Jacob in aeternum, & regni eius non erit finis? Annon regnabit in aeternum, & ultra?

Sed regnum meum non est hinc. Tu dicis, quia Rex sum ego, sed regnum meum non est de hoc mundo. Filius hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Cum venissent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit ite- rum in montem ipse solus. Erat Rex, qui ti- mebat fieri Rex, inquit Augustinus: nec

B talis Rex, qui ab hominibus fieret, sed ta- lis, qui hominibus regnum daret.

Ubi Herodes gavilus est valdè, viso Domino, & præ gaudii magnitudine (quemadmodum refert Anselmus) super Christi caput suammet regiam coronam imposuisset, ac regni successionem pro- misisset, modò aliquid mirum coram se edidisset, multisque propterea sermoni- bus eum interrogasset, ipse nihil illi re- spondit.

C Vel in Cruce à regio titulo caput de- flexit.

Puichrè sanè D. Fulgentius ad illud: Vbi est, qui natus est Rex Iudaorum? Quis est iste, inquit, Rex Iudaorum? Pauper, & dives, humilis, & sublimis, qui portatur ut parvulus, adoratur ut Deus: parvulus in præsepio immensus in celo; vilis in pannis, pretiosus in stellis. Quid turba- ris, Herodes? Rex iste, qui natus est, non venit Reges pugnando superare; sed mori- endo mirabiliter subjugare: nec idèd natus est, ut tibi succedat, sed ut in eum mundus fideliter credat.

Et Sedulius.  
Hostis Herodes impie,  
Christum venire quid times?  
Non eripit mortalia,  
Qui regna dat caelestia.

E Ecquis, rogo, unquam vel audierat, aut viderat Dominum nostrum petere, aut affectare regiam potentiam? Quis de illâ vel unquam loqui? Recidebant in in- vidiam ejus quæ dixerunt, aut fecerunt alii. Quàm enim præter dignitatem, & decentiam illius fuisset, ut de regno Ju- daico, aut Herodis Tetrarchiâ verbum ullum is faceret, cui Pater cæli, tetræque torius dedisset principatum?

Fallimini profus, ô Judæi, fallimini,  
Kkkk dum

Luc. 7.  
Exod. 25.

Ioan. 18.  
Ibid.  
Luc. 9.  
Ioan. 6.

D. August. in  
Cat. D. Th.

S. Ansel. lib.  
de Pass.

Regia titulum  
vel in cruce  
Christi defugit  
D. Fulg. ser. 5.  
de Euphrate.

Sedulius.

Chrys. in Cr.

Cant. 5.  
Bernard. l. de  
Pass. c. 4.  
Gen. 39.

Gen. ibid.

Dan. 5.  
Esl. 6.

D. Bonav. in  
med. c. 76.

Apoc. 19.

Apoc. 1.  
Matth. 18.  
Psal. 2.

Ioan. 13.  
Prov. 8.

*Chryf. in Cat.* dum affectatæ terrenæ regis dignitatis Christo erimen impingitis. Christ<sup>us</sup> fugit, inquit Chryfostomus, erudiens nos mundanas contemnere dignitates.

*Amb. lib. 5. Exam. c. 2.* Et certè annon fallaciam, ac vanitatem humanarum omnium dignitatum Christus apprimè dignoscebat? Quid purpuras memorem, inquit Ambrosius, quæ Regum amictus imbuunt? Et statim ad mores subdit: Aquarum est igitur, quod in Regibus adoratur, aquarum est species illa, quæ fulget.

*Gen. 40. Ambr. lib. de Joseph. c. 9. Honores mundi somnium.* Inanes sunt, somnia sunt mundi tituli, ac dignitates. Idem Ambrosius ad illud: Narravit prior propositus pincernarum somnium suum. Per somnium, ait, ac peracutè, videt reddi sibi principarum suum, & hunc credebat apicem omnis potentis, quod Regi calicem dabat: sed hoc somnium est; & omnis potentia sæculi somnium, non veritas est.

*Aug. hom. 15. in Apoc.* Huc pulchrè satis, quod observavit Augustinus in Apocalypsum scribens? In lectione, inquit, quæ modò recitata est, Reges illi, quos dixit, quod persequuntur Ecclesiam Dei, quare quasi Reges appellantur? quia velut in somnis regnant.

*2. Reg. 7. Lyran. Et inania nomina.* Dignitates, tituli, quid aliud, rogo, quam nomina? Fecique tibi nomen grande. Lyranus, dando tibi dignitatem regiam: sed tanquam nomen, iuxta nomen magnorum, qui sunt in terrâ.

*Boetius de cons. Phil. 3. prof. 4.* Hoc eleganter Boetius, dum ostendit dignitates veri honoris vacuas, & expertes. Ut cognoscas, inquit, veram illam reverentiam per has umbratiles non posse contingere, sic collige. Si quis multiplici Consulatu functus in barbaras nationes fortè de venerit, venerandumne Barbaris honor faciet? Atqui si hoc mortale munus dignitatibus foveret, ab officio suo quod gentium modo nullo cessarent: sicut ignis ubique terrarum nunquam calere desistit: sed quoniam id eis non proprium, sed hominum fallax annexit opinio, vane sunt illi: cum ad eos venerint, qui dignitates eas esse non aestimant: sed hoc apud exterarum nationes. Inter eos verò, apud quos orta sunt, num perpetuò perdurant? Atqui præfectura magna olim

**A** potestas, nunc inane nomen est, & Senatorii census gravis sarcina. Si quis quondam populi curasset annonam, magnus habebatur: nunc eâ præfecturâ quid abjectius? Ut enim paulò antè diximus, quod nihil habet proprii decoris, opinione ut entium nunc splendorem accipit, nunc amittit.

**B** Si igitur (prosum concludit) reverendos facere nequeunt dignitates, si ultrò improborum contagione sordescunt, si mutatione temporum splendere desinant, si gentium aestimatione vilescunt, quid est, quod in se expectandæ pulchritudinis habeant, nedum aliis præstent? Tam metrum de more pangens, ita occinit.

Met. 4.

*Quamvis se Tyrio superbus ostro  
Comerat, & niveis lapillis,  
Invisus tamen omnibus vigebat  
Luxur Nero servientis.*

*Sed quondam dabat improbus verendis  
Patribus indecoros curules.*

*Quos illos igitur pures beatos,  
Quos miseris tribuunt honores?*

**C** Deinde in? rosâ sequenti: An verò regna, Regumque familiaritas efficere potentem valent? Quidni, quando eorum felicitas perpetuò perdurat? Atqui plena est exemplorum vetustas. plena etiam præsens ætas, qui Reges felicitatè calamitate mutaverint. O præclara potentia (subdit ironicè) quæ nec ad conservacionem quidem sui satis efficax invenitur!

**D** Expertus fortis suæ periculorum Tyrannus, regni metus pendentes supra verticem gladii terrore simulavit. Quæ est igitur hæc potestas, quæ sollicitudinum morfos expellere, quæ formidinum aculeos vitare nequit, Atqui vellet ipsi vixisse securi, sed nequeant: dehinc de potestate gloriantur. An tu potentem censes, qui satellite latus ambit, qui quos terret, ipse plus metuit? Qui ut potens esse videatur, in servientium mansum situm est?

**E** Inanes, umbratiles, vanæ sunt dignitates. Nescitis, inquit olim Dominus ad fratres illos appetitores, quid petatis. Chryfostomus:

stomus: Quasi diceret: Ego vos vocavi ad dexteram de sinistra: & vos vestro consilio curritis ad sinistra? Nesciebant, quid peterent, addit Rabanus: quia delectabat eos culmen honoris, quos nondum exercuerat via laboris.

Caduci planè, transitoriique sunt mundi honores: quia & ipse mundus transiit, & concupiscentia ejus. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos fœni: siccatum est fœnum, & cecidit flos. Unde Gregorius ad illa verba Jobi: *Elevati sunt, & non subsistent*; per regem sic farur: Iniquorum potentia fœni flosi comparatur, quia mirum carnis potentia, dum virer, cadit, dum apud se extollitur, repentino intercepta sine terminatur. Unde est sicut stipula, quæ in altum rapitur, & quasi fumus, qui à nebula attollitur, & sicut nebula, quæ se erigit, sed exortus Solis radius, ac si non fuerit, abstergit: & sicut ros, qui subito calore siccat, & sicut spumosa aquarum bullæ inchoantibus pluvii extrinçat, sed eò celerius disuptæ depereunt, quò in flatu altius extenduntur. De iniquis ergo temporalis gloriæ elevatione tumentibus, sed tamen nullâ soliditate in hac vitâ durantibus, rectè dicitur: *Elevati sunt, & non subsistent*.

Huc opprimè quadrat illud Vatis Osee: *Transire facit Samaria Regem suum, quasi spumam super faciem aquæ*. Eleganti etenim similitudine Regum constantiam (rectius dixerim, inconstantiam) similem facit spumis in rapido flumine productis, quæ licet defluentibus velocissimè, maximèque impetu aquis aliquam diu extare, & crescere in altum videantur, tandem subito commotæ vehementi aquarum cursu, & vi dissipantur, ut brevi omnes omninò evanescant. Sic & Regum inconstantia in hac humanæ conditionis fluxibilitate, (*Omnes enim morimur, & sicut aqua dilabimur super terram*.) ad instar spumæ extare, ebullire, atque efferi videtur: sed mox citissimo vitæ cursu quasi spumæ, bullæque dissipantur, ac dissipantur. At Rupertus Tuiciensis aliâ quidem, nec minùs propriâ similitudine: sicut, inquit, in fervente ollâ superiores aquæ in spumam,

bullasque erumpunt, ipsæque bullæ subsidentes colliduntur, & aliis emergentibus, aliæ crepant, & dissiliunt, ita Samaria, vel decem Tribus jugi ferventes igne discordiæ Reges alios super alios creant, & usque ad decem vices percussereunt. Annon igitur *transire fecit Samaria Reges suos, quasi spumam super faciem aquæ?*

*Sicut mane transiit* (sic diversis figuris i-

dem Vates prosequitur) *pertransiit Rex Israel*. Hebr. *Sicut aurora transiit Rex Israel*. *Et aurora pertransiens.*

Optimè Regum felicitas mane est, vel aurora pertransiens. Matutino tempore, in vernis præsertim mensibus, quid lætius, quid jucundis? Sole oriente erumpunt flores, gemmant arbores, prata ridet: sed assurgente illo, summumq; cæli verticem occupante, ecce tibi arescunt flores, marcescunt arbores, flavescunt prata.

*Sicut ergo mane transiit, vel sicut aurora transiit, pertransiit Rex Israel*. Vix n. præsentis vitæ felicitatem Rex prælibavit, cum ecce in occasum tuit, nihilo quàm ipsum matutinum tempus in suâ felicitate diuturnior, immò vel ipso mane deterior: citò enim mane transiit, inquit idem

Rupertus, *veruntamen iterum revertitur; Rex autem Israel non revertitur amplius*. Quod & signanter Propheta innuit, nam cum dixisset: *Sicut mane transiit*, non contentus fuit dixisse: *Transiit Rex Israel*, sed omnimodum & irrevocabilem exprimens transitum: *Pertransiit, inquit, Rex Israel*, quia jam ultra non rediturus est. Unde cum regius ille infantulus sub ipso nascentis auroræ crepusculo, ac lucis in limine ad occasum pertransisset: *Ego vadam*, inquit parens David, *extertis ut cunque parens David, extertis ut cunque lachrymis, magis ad eum, illo verò non revertetur ad me*.

O verè brevem, ô fugacem Regum felicitatem! Hanc strenuus ille Machabæorum Dux, Simeon, ingeniosè satis, & graphicè delineavit, cum *adificavit super sepulchrum patris sui, & fratrum suorum adificium altum visu, & circumposuit columnas magnas, super columnas arma ad memoriam æternam, juxta arma navis sculptas,*

Kkkk 2 que

Raban. in Cat.  
aurea. Glossa.

Isa. 40.

Job. 24.  
Greg. ibid.

Osee 10.  
Et spumam.

2. Reg. 14.

Rupert. ibid.

Osee 11.

Et aurora pertransiens.

Et aurora deteriorior.

Rupert. Abb.

2. Reg. 12.

1. Mach. 3.

Strabo lib. 7. *qua xiderentur ab omnibus navigantibus mare Planè cruditum opus, ubi regie majestatis insignibus naves junguntur, quæ nimirum humanæ vitæ fugacitatem pro tendunt. Unde & veteres Imperatores olim, teste Strabone, pictis navibus pro regis coronis utebantur, ut illa videlicet imperatoria majestas non non firmo solo stabili, sed fluctuante salo exagitata ostenderetur: & sicut naves quàm ocysimè perlabentes nulla sui in aquis expressa vestigia relinquunt; ita palam esset Regibus, quàm citissimè morituris, omnem illorum memoriam apud homines penitus abolendam.*

Isa. 40. *Qui dat secretorum scrutatores, hoc est, Principes (sic habent Septuaginta) quasi non sint: Iudices terra velut inane fecit.*

Psal. 89. *Qua pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Ad Hebraicum: Velut aqua fluxus, aut somnia, aut bulla, eorum anni erunt.*

Psal. 77. *Defecerunt in vanitate dies eorum. Alii: Defecerunt in oris statu dies eorum.*

Zach. 6. *Quatuor illis Zachariæ quadrigis quatuor mundi imperia comparantur, & quàm appositè: quia videlicet non minor in his, quàm in illis volubilitas reperitur.*

Exech. 1. *In quatuor etiam Ezechielis animalibus quatuor mundi monarchias nonnulli Interpretes intelligi, signarique volunt, sùsque de que nimirum ut rotæ voluntur imperia, humanæ felicitatis expansis prætervolant alis, mundi dignitates, & honores fluctuant inconstantiâ: Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris.*

Dan. 7. *Pulchrè sanè Rupertus ad illud Danielis: Videbam in visione meâ nocte, & ecce quatuor venti pugnabant in mari magno. Mare, inquit, vitam vocat, utpote quæ infinitas habet procellas: ventos autem ipsam impellentes, rerum mutationes. Sicut enim, Austro flante, ad Arcticam partem fluctus accurrunt, & Borea mare concitante, rursus unda ad australem partem impellitur: ita quando Assyrii Orbis gubernacula obtinebant, omnes subjectos populos ad se trahebant: translato autem ad Persas regno, translatus est statim subjectorum ad illos concursus.*

Philo Judæus. *Sed egregiè pariter, ac eleganter Philo*

A. *Hebræus, libro, quòd Deus sit immutabilis: Si non libet, inquit, singulorum fortunam perquirere, vide regionum integrarum, & gentium mutationes in mellus, ac deterius. Floruit quondam Græcia, sed Macedones abstulerunt ei potentiam: Ante res Macedonum inelyta fuerat Persarum felicitas, sed unâ dies tam ingenti regno finem attulit. Et nunc Persæ, penes quos paulò antè fuerat imperium, sunt Parthorum provincia. Fuit & Ægypti olim perampla, magnificâque potentia, sed nubis in morem præterit ejus felicitas. Quid Æthiopes? Quid Carthago? Quid Africa? Quid Pontici Reges? Quid Europa, Asiaque? & ut compendio dicam, totus Orbis habitabilis? Nône more navis, sùsque de que jactatae marinis fluctibus, nunc adversis ventis, nunc secundis utitur? Nam Verbum divinum choreas in Orbe ducit (alludit fortè ad illud Proverbiorum, Ludens in orbe terrarum) & omnes gentes circumlustrando nunc his, nunc illis imperia vel tribuit, vel adimit. Nihil igitur (concludit Philo) est in humanis rebus præter umbram, auramque levissimam sine morâ prætervolantem, eunt enim ultrò, citròque, tanquam æstuaria.*

B. *An ergo idem nunc divinum Verbum hujus mundi regna, atque imperia affectasset? Quid tunc, cum ostendit ei Diabolus omnia regna Orbis terra in momento temporis, vel in puncto? Cognovit equidem omnia hæc momentanea: in momento enim, ut inquit Ambrosius, cuncta illa prætereunt, & sæpè honor sæculi abiit, antequàm venerit: quid enim sæculi potest esse diuturnum, cum ipsa diuturna non sint sæcula? Quid ergo unum Israelis regnum affectasset, qui omnia orbis terrarum regna contempserit?*

C. *Non est, ergo, non est, ô Judæi, quòd ei illudentes regiâ eum purpurâ induatis. Nos, nos miseros dignitatibus semper inhiantes, totòsque ambitum spirantes, ambulantesque in mirabilibus super nos, ludicrâ hac purpurâ induite: pro nobis enim, qui semper ambimus, Christus hac modò à vobis indutus est purpurâ.*

D. *Luc. 4. Alij. Ambrosius. Ambitio dignitatum magna passim apud homines.*

E. *Heu!*

Bern. ep. 42. ad  
Henric. Seno-  
nen. Archiep.

Heu! quàm omnes ambimus! Curri-  
tur (sic deflens Bernardus) in Clero pas-  
sim ab omni ætate, & ordine, à doctis pa-  
riter, & indoctis, ad ecclesiasticas curas,  
& tanquàm sine curis jam quisque victu-  
rus sit, cum ad curam pervenerit. Multi  
(subdit statim) non tantà fiducià, & ala-  
cricitate current ad honores, si esse senti-  
rent & onera. Gravari profectò metue-  
rent, nec cum tanto labore, & periculo,  
quarumlibet affectarent infulas dignita-  
tum. Nunc verò, quia sola attingitur  
glorià, & non pœna purum esse Clericum  
erubescitur in Ecclesià, seque viles æsti-  
mant, & inglorios, qui quocunque emi-  
nentiori in loco non fuerint sublimati.

At cum primos honorum gradus me-  
ruerint in Ecclesià (meruerint autem  
vel vitæ merito, vel pecuniæ, sive etiam  
carnis, & sanguinis, quæ regnum Dei non  
possidebunt, prærogativâ) non idè corda  
quiescunt, duplici semper æstuant desi-  
derio, quo utique magis, ac magis & di-  
latentur in plura, & ad celsiora sublimen-  
tur. Verbi gratiâ (exscribo verba ipsa Bern-  
ardi) cum factus quis fuerit in quacun-  
que Ecclesià Decanus, Præpositus, Ar-  
chidiaconus, non contentus uno in unâ,  
plures sibi, immò quorquor valet con-  
quirere honores facit, tam in unâ, quàm  
in pluribus, quibus tamen omnibus, si  
locus venerit, unius præferet Episcopi  
dignitatem. Sed nunquid sic satiabitur?

Et insatiabilis.

Factus Episcopus, Archiepiscopus esse  
desiderat. Quo fortè adepto, rarsum ne-  
scio quid altius somnians, laboriosis iti-  
neribus, & sumptuosis familiaritatibus  
Romanum statuit frequentare palatium,  
quæ stas sibi quædam exinde compa-  
rans amicitias.

Nonnulli cum ista non possint, vertunt  
se ad aliud ambiendi genus, in quo nihilo-  
minus aperiant eam, quam habent, do-  
minandi libidinem. Nam cum præsideant  
urbibus valdè populosis, & totas, ut ita  
dicam, patrias propriæ diocœsis ambitu  
circumcludant, occasione inventâ ex  
quocunque veteri privilegio, satis agunt,  
ut & vicinas sibi subijciant civitates, qua-  
rionus duæ, quibus duo vix Præsules suffi-

ciobant, sub uno redigantur Antistite.  
Rogo, quæ hæc tam odiosa præsumptio?  
quis hic tantus ardor dominandi super  
terram? quæ principandi tam effrænis cu-  
piditas? Quid hoc? Fortè ut plures popu-  
los salves? Sed in alienam messëm, tuam  
mittere falcem injuriosum est. Ut tuæ  
præstes Ecclesiæ? Sed Ecclesiarum Spon-  
so non placet tale unius incrementum,  
quod sit detrimentum alterius.

B Crudelis ambitio, & incredibilis, si fi-  
dem oculi non astruerent. Vix tenent ma-  
nus, quin illud ad litteram impleant,  
quod legitur in Propheta: *Securunt præ-  
gnantes Galaad ad dilatan-  
dum terminos suos.* Ubi est illa terrificam  
comminatio: *Vs, qui  
conjugitis domum ad domum, & agrum agro  
copulatis?* Nunquid in his duntaxat exi-  
guis vix istud metuendum est, non aurem  
cum urbes urbibus, aut provinciæ pro-  
vinciis continuantur? Immo etiam re-  
spondeant, si volunt, se imitari Domi-  
num Christum facientes & ipsi utraque  
unum, adducentes & ipsi ex diversis pa-  
scuis greges, ut fiat *unus pastor, & unum  
ovile.* Hujus rei gratiâ non pigritantur  
crebrò terere liminâ Apostolorum, in-  
venturi & ibi, (quod magis dolendum  
est) qui suæ saveant improbæ voluntati,  
non quod valdè Romani curent, quo sine  
res terminetur, sed quia valdè diligunt  
munera, sequuntur retributiones. Nudè (con-  
cludit Bernard.) nuda loquor, nec retego  
verenda, sed in verècunda confuto.

Idem alibi tam eleganter, quàm verè:  
Ambitio subtile malum, secretum virus,  
pestis occulta, doli artifex, mater hypo-  
cristis, livoris parens, vitiolorum origo, cri-  
minum fontes, virtutum ærugo, tinea  
sanctitatis, excaecatrix cordium, ex re-  
mediis mortem creans, generans ex me-  
dicinâ languorem. Et paulò post: Tertia  
Christi tentatio de ambitione fuit, quan-  
do ei Satanas omnia mundi regna promi-  
sit, si cadens adoraret eum. Videtne (sub-  
dit) quòd ambitionis via adoratio Dia-  
boli est, quâ videlicet ad honores, & glo-  
riam mundi perveniendum suis ille ado-  
rationibus pollicetur?

In horâ, qua audieritis sonitum tubæ, &  
Kkkk 3. fistulæ, Dan. 3.

Amos 1.

Isa. 1.

Bernard, in  
Psal. 90.  
Et plurimo-  
rum malorum  
parens.

Matth. 4.

Ambitionis  
via adoratio  
diaboli.

Richard.

fistula, & cithara, sambuca, & psalterij, & symphonia, & universi generis musicorum, cadentes adorant statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor Rex. Richardus: Rex Babyloniae est ille, qui est Rex super omnes filios superbiae. Et quid est, statuam auream adorare, nisi superbiae deservire? Facile Rex Babyloniae quorumlibet sanctitatem deridet, si eos ex sua sanctitate in superbiam erigere possit. Et tunc eos in regno suo libenter patitur, cum elationi militare eorum studia inruerit.

Hebr.  
Hieron.  
Glossa apud  
Aug. Card. ib.

Statua constituta fuit in campo *Dura*, quod est *pyra ignis*, aut *vivarium*, sive *locus conclusus*, aut *stivus*, juxta quem gigantes turrim Babel fecerunt. Væ his, qui ambitionis igne inflammantur: væ his, qui in quibusdam aulis, quasi in vivariis conclusi, aureo quodam ambitionis hamo extrahuntur: væ his, qui in lubrico fluxibilis vanitatis, & Babelicæ turris elatione pedem stant, cadentes, cadentes adorabunt. Ubi Glossa: Nemo Deum cadens simpliciter adorat, sed in faciem: *Dæmones autem*, & idola adorant cadentes.

Glossa.  
Matth. 4.

Hieronymus ad ea verba: *Ad congregandum Satrapas*. Excelsa, inquit, periculosius stant, & citius corruunt, quæ sublimia sunt:

Psal. 72.  
Sen. ep. 8. l. 2.  
Ambr. in Luc.  
lib. 4. c. 4.

*Tolluntur in altum, Vt lapsu graviores ruant.*

*Dejecisti eos, dum alleverantur.*  
Seneca: Confragosa in fastigium dignitatis via est.

Ambrosii perniciosisum malum

Ambrosius: Hoc ipso perniciosior ambitio est, quod blanda quædam est conciliatricula dignitatum, & sæpè quos vitia nulla delectant, quos nulla potest movere luxuria, nulla avaritia subruere, facit ambitio eriminosos: habet enim forensium gratiam, domesticum periculum; & ut dominetur aliis, prius se vit, curvatur obsequio, ut honore donecetur. Quasi dicat: *Cadit, ut erigatur.*

Num. 16.  
Hebr.

*Multum erigimini, filij Levi.* Hebr. *Multum vobis*, non ab alio, sed à vobis erigimini; aut *multum vobis ipsis assumitis*, & arrogatis, filij Levi. Sed terribilis casus: *Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperientur sinus devoraturi illos cum tabernaculis suis, & universa substantia eorum.*

*In calum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte Testamenti Margin. Ecclesia, vel celeberrimo: ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Veruntamen ad Infernum detraheris (ò casum!) in profundum lacu. Detrahitur ad Inferos superbia tua, aut etiam sonitus naborum tuorum. Qui te viderint, nunquid, inquit, iste est vir, qui conturbavit terram, qui concussit regna, qui omnia susque, deque exertit, ut ad hujusmodi dignitatis fastigium perveniret?*

Certe laborant, insudant ambitiosi, in quos pulchre Petrus Blesensis epistola ad Sacellanos aulicos Regis Anglorum, cum charitatis potentia componens ambitionis animositatem, sic fatus: Nihil ambitioso difficile, ideòque ambitio est quædam simia charitatis. *Charitas enim patiens est pro æternis: ambitio patitur omnia pro caducis. Charitas benigna est pauperibus: ambitio divitibus. Charitas omnia suffert pro veritate: ambitio pro vanitate. Utraque omnia credit, omnia sperat: sed longe dissimili modò: hæc ad gloriam hujus vitæ, illa ad gloriam sine fine.*

Felices, qui ob hanc finem sine fine insudant, qui ecclesiasticas dignitates etiam primarias, ac ulterò delatas, ut Christi purpurâ decorentur, humiliter fugiunt, quamvis etiam possint sanctissimè non recusare.

## SPINÆ.

## PUNCTVM XXI.

*Et imponunt ei plectentes spineam coronam. Marc. 15.*

**H**uæcine tandem reciderunt rosæ, Sap. 2. *quas olim creasti tu quidem, ò veris Sator, sed hominum, qui te iis tibi male coronarunt, planè luxus absumit?*

*Huæcine, huæcine rosæ, speciosaque mollium, ac voluptuariorum coronæ te, dulcissime Jesu, redegunt, ut tu pariter nascitu-*

Sap. 7.  
Græc.  
Gen. 3.

nasciturus, non inter rosas, sed in similitudine  
faciam, ut testatur Sapiens, aut Græcè, simi-  
liter spinis obnoxiam decideres terram?

An nunc forte spinas, & tribulos vel  
Creatori terra progerminet? Ah! prorsus  
maledicta terra in opere suo, quæ spinas non  
tam erraticis nostrum omnium plantis,  
quàm sanctissimo, divinissimòque Crea-  
toris mei capiti progerminavit.

Luc. 8.

Nunc, nunc sanè, si unquam aliàs, ver-  
bum cecidit inter spinas, & simul exorta spi-  
na penè pro effluo undique sanguine, pe-  
nè, inquam, suffocaverunt illud. Flavius  
nimium ille nunc manat, juxta Joël, qui  
irrigat torrentem, vel sumium, vel spinarum:  
fanium peccatorum, quibus antea alli-  
gabamur; spinarum, quæ suffocant se-  
mentem patrisfamilias. Ita Hieronymus.

Hier. adv. Iov.

Bonav. in me-  
dit. Pass. Christ.

Afferuntur enim (quemadmodum re-  
fert Seraphicus) ex spinis acutissimis, &  
longis ramusculi quidam, densas habentes  
spinas, velut clavos cum mortali cus-  
pide artificiosè confectos. Statim ex his  
sericum quoddam in formam coronæ con-  
ficitur, quod sic spinis condensum vene-  
rando imponitur capiti, utque tenacius  
configatur, sustibus coopratur, & baculis  
figuntur spinæ cuncti pretiosissimæ usque  
ad cerebrum penetrantes. Perfoditur,  
perque cerebratur totum venerandum  
caput, totumque jam incipit cruore con-  
spersum.

Corona spinæ  
divinæ.

Plurimum do-  
minus sicut sa-  
tis Christi.

Asperguntur quoque flavi capilli  
fluenti sanguine, & facies illa serenissima  
cruore rubricatur, ita non amplius facies  
Domini Jesu, sed excoarcti hominis vide-  
retur. Hucusque Seraphicus, cui devo-  
tissimum adnecte.

Bern. lib. de  
Pass. c. 39.

Non ad probra  
tantum, sed &  
ad supplicium  
lacta.

Quæritum inquit Bernardus, purissimi  
sanguinis effusionem invenire possumus  
in coronâ, non eâ quidem leviter imposi-  
tâ, sed invidè impressâ capiti dulcissimo  
capitis mei dulcis Jesu. Nec puto hic ri-  
dos sanguinis defuisse, qui à capite irri-  
sunt, & invidè coronati defluerent in  
collum simul, & in faciem: non solam en-  
nim opprobrium illius, sed & supplicium  
quirebant; nam si nolissent coronato  
pœnam simul cum irrisionibus irrogare,  
facilius de aliis ramis potuerant plexisse  
coronam, sed ut morum suorum aculeos  
demonstrarent, gloriâ, & honore corona-

A tum, nunc spinarum aculeis coronantur.  
En, en modò Arca testamenti, & alterâ  
thymiamatis non aureâ, sed spineâ coronâ  
præcinctum!

Exod. 27.

En ille, ad cujus pedes Sancti suas au-  
reas deponunt coronas, ut nunc impuri  
hominis divinum ejus caput spinis coro-  
nant!

Apoc. 4.

Olim ornaverunt illi faciem templi coronis  
aureis: hi spineo nunc sero caput templi  
non manufacti, per ipsos mox ad digno-  
rem erectionem destruendi, coronant.

1. Marc. 4.

O Rex gloriæ! (exclamat Bernardus) ô  
corona omnium te confitentium! Ecce  
operit confusio caput tuum, ingeritur ti-  
bi à generatione pravâ, & amaricante ho-  
nor derisorius in coronâ, sed ex spinarum  
aculeis contendunt in te dolor, & confu-  
sio. Nescio in utro magis puniaris. Coro-  
na derisionem, spinæ ingerunt punitionem.

Bern. ibid. c. 4.

C Certè præter figuram (inquit Tertul-  
lianus) contumelia in promptu est, & de-  
decoratio, & his implexa sæ vitia.

Corona spinæ  
dolor cum con-  
fusione certat.

Nunc verè, Fili hominis, increduli, &  
subversores sunt tecum & cum scorpio-  
nibus habitas; vel ad Hebraicum, rebelles,  
& spina tecum sunt, & cum tribulis habitas.  
Ubi ad exaggerandam inauditæ crude-  
litatis ignominiam, transferunt Septua-  
ginta: Insanient, & congregabuntur contra  
te in circuitu.

Ezech. 2.

Pagnin.

Septuag.

D Egre dimini, egredimini, & videte, filia Sion,  
Regem Salomonem in diademate, quo corona-  
vit illum mater sua, in die desponsationis illius,  
& in die lætitiæ cordis ejus. O mater amara!

Cant. 3.

Bernard.

(subdit Bernardus) quid peccavit hic  
bonus filius tuus? Hancne dotem, hæc en-  
nim munuscula nuptiis impendis? Dies en-  
nim desponsationis, dies ista est, dies in-  
dignationis, & blasphemiarum, dies tribu-  
lationis, & miseriæ, dies percussionis, &  
doloris, dies desponsationis illius est. Hæc  
arrhâ, ô anima, Sponsus tuus speciosus  
subarrhavit te, & ipsâ tanquam Sponsus  
hodie coronatus processit, coronatus, in-  
quam, non auro, non gemmis, sed spinis.

E Ita Christus dilexit mundum (premit  
eundem locum ante Bernardum Theo-  
doretus) ut tanquam ovis ad occisionem  
ductus sit: sic enim coronavit eum mater sua;  
matrem appellans Judæâ, quantum pertinet  
ad.

Theod. in 3.

Cant.

ad ejus humanitatem, quæ hanc illi in vitæ coronam imposuit, spinis enim illum contemptus causâ coronavit, ipse verò per spinas suscepit diadema charitatis. Quamobrem desponsationis diem illam vocavit, & diem lætitiæ cordis ejus, tunc enim nuptiarum communio facta est.

Catena Patr.  
in Can.

Sic & Patres in Catenâ: Spectate, inquirunt, dispensationis rationem in diademate, quo coronavit eum mater sua in die desponsationis ipsius, in spinæ nimirum coronâ, quam Christi capiti imposuit Judæorum Synagoga, ex quâ ipse est secundum carnem, in die salutiferæ mortis ejus, in quâ proprio sanguine Ecclesiam sibi desponsavit, & in die lætitiæ cordis ejus, quâ salutarem pro nobis mortem oppetens, nos ab hostis servitute liberavit, atque ita Patris obtemperans voluæari, lætatur est spiritu, licet carnis cruciatibus vexaretur.

Recens nuptis  
fax spinæ olim  
anteferebatur.

Curt.  
Tert. de coron.  
militis. Plin.  
lib. 16. cap. 18.

Quidni Sponsus hic coronetur, quando & olim solennissimam fuit sponis coronari? Nuptiæ sponso coronant. Tertullianus: Spina nuptiarum facibus aspicatissima. Plinius ait, quod vel spinæ facem sponis anteferri moris esset, quasi hoc symbolo sollicitudinum, curarumque spinæ absumerentur, aut spinis puer oblitus anteire solet, quasi sponso ominaretur, effugit malum, invenit bonum. Unde in Epithalamio Julæ, & Manilii Catullus:

Catullus.

Exitusque hilari die,  
Nuptialia concinens  
Voce carmina,  
Pelle humum pedibus, manu  
Spinæam quæ te tadam

Sed divino huic Sponso spinæ corona mortem ominabatur, qui propterea non spinarum floribus, ut læpius sponis coronabantur, sed spinis ipsis. Mirum, quod de Ariana spinâ meminit Theophrastus. Ex eâ, inquit, illucescente Sole stillant lachrymæ myrtihæ per similes. Hoc modò mirabilius, quod occidente Sole è spinis cælestis Sponsi capiti infixis stillent lachrymæ, immò rivuli sanguini per similes.

Spina Ariana  
prodigium.  
Theophr.  
lib. 4. c. 15.

Isa. 61.

Ecc. 11.

O Sponsum certè decoratum coronâ!

Quis, rogo, è sponis unquam tali redimicus coronâ? Planè, planè nunc Insuperabilis portavis diadema. Quis enim Dei capiti spinæum imponendum diadema

A fuerit suspicatus? Quis conventio Christi ad Belial? Hebr. ad rhamnum, vel ad spinam? 2. Cor. 6. Psalmus Epithalamii Sponsi Christi, titulum in fronte gerit: Pro liliis non pro spinis, nisi huc iterum revoces: Lilium inter spinas.

O Deum verè (non ut olim falsa tulit religio) Deum spinensem, qui spinas ex agnis, antiquâ hominum dote, eradicaret!

O Deum verè (non falsò adoratum, auctore Plutarcho) intus omnino floridum, foris verò oblitum spinis!

Aufer ciñarim, tolle coronam (auream scilicet è capite Sedecia) & hoc non factum est, donec veniret, cujus est judicium, & tradam ei. Litera perobscura. Ad Hebraicum: Aufer insulam, & depono coronam, & quæ modo est, non erit. Cum Hieronymo, & Theodoro ad Christum. Aufer auream Sedecia coronam imponendam Christi æterni Regis capiti, sed quæ modo est, non erit: quia erit spinæ. Pagninus: sed hæc, non hæc. Septuaginta: Neque ipsa talis erit, donec veniat, cui (pro nostris criminibus) convenit, & tradam ei. Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam. Hebraicè: Disfortam, disfortam, disfortam ponam eam, ut nullius scilicet à ponarum, dolorumque Rege capiti conveniat.

Ezech. 21.

Hebr.

Hieron.

Theod.

Sancius.

Marian.

ibid.

Pagnin.

Septuag.

Hebr.

Hebraicè:

Disfortam, disfortam,

disfortam ponam eam,

ut nullius scilicet à ponarum,

dolorumque Rege capiti conveniat.

Egredimini ergo, & videte Regem pacificum Salomonem in diademate, quo coronavit eum hodie mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus.

Et verè in die lætitiæ cordis ejus. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sortum exultationis residuo populi sui. Quis enim amantissimi illius cordis lætitiæ explicet? quis charitatis ejus flammæ hic enarrare sufficiat? Vadam, inquit olim Moyses, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Sed liste, Moyses: En, en, quod hodie mirete magis. Illic ignis non exarsit in spinis, hic spinæ exardescunt in Deum, divinus, scilicet humanitatis rubus ardet, & non comburitur. O, quàm nunc magis apparet Dominus in flammâ ignis de medio rubi!

Isa. 28.

Exod. 3.

Greg. 28.

Mor. 2.

Et ostendit mihi Jesum Sacerdotem magnum, & dixit Dominus: Nunquid non iste torris erutus de igne? Ponite cidarim mundam super caput ejus. Quid! hæcne cidaris munda,

Zach. 3.

munda,

munda, tiane hæc pontificia? O torrem penitus ardentem, ac verè erutum de igne divinæ charitatis!

Quis verò, quis te, ô bone Jesu, conjecit in spinas? Quid, quæso, opus, ut divinum tuum caput in spinas immitteres? Hugo Carenfis: *Fecit Dominus sicut canis venaticus, qui feram insequens caput intra spinarum aculeos immittit, non timens exulcerationem, ut feram capiat. Nõne sic fecit Dominus? Ecclesiam, quasi feram intra spinas, id est, inter reprobos latitantem extraxit, sed punctiones spinarum, usque ad sanguinis effusionem, sustinuit, in cuius signum spineam coronam portavit in capite.*

Pulchram hanc animi conceptionem mutuatus est ab Augustino: *Cum inter sylvas, & montes errares (Christus per ipsum alloquitur animam) quaesivi te, laboravi, sudavi, caput meum spinis opposui, laceratus sum, humeris meis portavi te, Patri meo reddidi te.*

Spinis certè quasi peccatorum sermo (aded Christus peccatores dilexit) voluit redimiri. *Prævaricatores quasi spina evelluntur.* Augustinus: Spinæ quid significant, nisi peccatores, qui quasi herici spinis peccatorum cooperiti sunt? Unde peregrinè Lactantius: Nos, qui ante cognitionem Dei fuimus spinæ, id est, iniusti, mali, & nocentes eramus, electi ex dumis, sentibus, linctum Dei caput cingimus: quia convocati ab ipso, & circumfusi undique ad eum, Magistro, & Doctori Deo assistimus, Regemque illum mundi, & omnium viventium Dominum coronamus.

Diceret: *Corona mea vos estis.*

Clamaret: *Aperi mihi, soror mea sponsa, aperi mihi, quia caput meum plenum est rore, & cinerum mei guttis nocturnum, immo spinis tuorum peccatorum.*

Sed bonum faustumque: *Non erit ultra spina dolorem inferens: quia ipsæ punctiones suscepti.* Tam verè dicit Plinius, quàm quod verissimum: *Corona ex albâ spinâ capiti imposita, capitis dolor eximit.* Nam ubi Christus coronatus est spinis, non amplius queror: *Caput (ventrem dicebat Propheta) meum dolco, caput meum doleo.* Quale etc. *Speranza Scripturæ selectæ.*

anim, oro te, serum pro utroque sexu subiit: (verba Tertulliani.) Ex spinis, & tribulis in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis: abstulit tamen virtus. Crucis omnes aculeos mortis, in Domini Capitis tolerantia obrundens.

Nunc planè effecta est in horto spina, supra quam avis (contemplativus) sedet: non enim modò pugit, sed oblectat.

O, ô spinæ, quæ mihi rosas progermine: *Matth. 2. 7. Vere Iesus Nazarenus, quod est Hebr. floridus. Verè & Samaritanus, quod est spinosus.* Sed planè nunc sentio:

*Sæpe creat molles aspera spina rosas.* Certè mihi spinæ rosas divinissimi sanguinis protulerunt, & amodò, velut ait Clemens, abundè licet ex spinis uvæ, & ex tribulis colligere ficus: *benedixit enim Dominus corona anni benignitatis suæ.* Cereprepleti sunt ubertate, pinguis facta sunt speciosa deserti, & exultatione colles accincti, induti sunt ardetes ovium, & valles abundant frumento, clamant & hymnum dicunt.

Unde pulchrè Origenes: In spineâ illâ coronâ suscepit spinas peccatorum nostrorum, intextas capiti suo, ut jam non sint spinæ nostræ antiquæ, postquam semel eas à nobis abstulit Iesus super venerabile caput suum. Quasi dicat: Jam ager cordis non amplius, si velit, sterile fecit in spinis, quas idèd suscepit Christus: sed benè cultus, fructus progerminare spiritus poterit uberes charitatis. Coronatus est spinis, inquit Hieronymus, ut nos, qui antea spinei, & infructuosi extiteramus, fructum bonæ arboris apportemus.

In cuius reitypum, inter thesauros, quos classis Hiram afferebat Salomoni, recententur & ligna thiyina, quæ iuxta Glosam, & Hugonem Carensem, imputribilia sunt, & spinosa, in similitudinem albæ spinæ. Sed cur, rogo, spinosum lignum inter gemmas, ac thesauros? Nimirum quia inde nobis ingentes comparantur divitiæ: unde Salvatoris spinæ, non tam ipsi spinæ, quàm nobis pretiosæ extiterunt gemmæ: quò fortè respexerunt, qui ligna thiyina, coralia ad Hebraicum transtulerunt.

Sed quid, inquam, per spinas comparari divitiæ? regna ipsa cælestia per spinas

*Tertul. lib. de coron. milit.*

*Ovid. 2. de Ponto, eleg. 2.*

*Ex spinis Christi uvæ legere licuit.*

*Clem. l. 1. pæd. c. 8. Psal. 64.*

*Orig. hom. 35. in Matth.*

*Hier. in ep. ad Ocean. quæ est de ferendis opprobriis.*

*3. Reg. 10. Glossa.*

*Hugo Card.*

- comparamus. Sic optimè Hieronymus: **A** fœdaverunt, & lancinaverunt. Quot spinarum acumina, tot mortes.
- D. Ferrerius** ubi supra: Corona Christum in capite crudeliter vulneravit, nam erat ad modum pilei, ita quod undique caput tegeret, & tangeret.
- Corona tua, ô bone Jesu, vel mitrata circumligata est tibi, non stellis, non auro, ac lapide pretioso contexta, sed spinis.* **Ezech. 24.**
- Pelagus aperuit caput meum.* **Hebræus:**
- B** *Iuncus, vel caecum implicatum est capiti meo.* **Iona 2.**
- Tenuis cervicem meam immanissima cohortis, & confregit me.* **Job. 16.**
- Conversus sum in erumna mea, dum configitur spina.* **Ad Hebraicum: Versus est viscerum, vel succus, aut humor meus in siccitates & stasis, dum configitur spina.** **Psal. 31.**
- Quali tantus præ dolorosissimis, acutissimisque punctationibus sanguis effluerit, ut ad astitivas penè siccitates, ac ariditates venerit comparandus.
- C** Corona spinea capiti ejus acutissimè fuit imposita, (sic ad verbum sanctissima Deipara **D. Brigittæ**) quæ ad medium frontis descendebat, plurimis rivis sanguinis ex aculeis infixis decurrentibus per faciem ejus, & cines, & oculos, & barbam replentibus, ut quasi nihil nisi sanguis totum videretur, nec ipse me adstantem ad Crucem videre potuit, nisi sanguine expresso per ciliorum compressionem.
- D** Nunc, nunc plane executioni illud mandatum novimus: *Coronate eum coronâ tribulationis.* **Isa. 23.**
- Verè nunc ad Patrem conversus dicere poterat: *Gravata est super me manus tua, ô Pater, dum configitur spina.* **Psal. 31.**
- E** *Et à fortitudine, aut à vulnere manus tua ego deseci; hoc est, præ dolore penè deliquim, passus sum. O virum dolorum! ô Sponsum! ô Regem dolorum!* **Psal. 38.**
- Ah! ah! Deus, & verbi Pater, retrahere jam extensam in pœnas, ac jam validè fulminantem manam. Ne, quæso, ne ferias humanum genus, hoc est puerum tuum, quem diligis, Isaac. Sed ecce, ecce jam adornatus ad eandem, & quidem inter vepres est agnus. **Septuag. Hieron. in densitate spinarum.**
- Hieron. in 14. Mar.** Coronâ spineâ capitis ejus, diadema regni adepti sumus.
- Anulus Gell. lib. 5. c. 6.** Huic igitur cedant antiquæ illæ coronæ triumphales, obsidionales, murales, ac civicæ, navales, atque ovales cedant, inquam, omnes, licet ex his pleræque aureæ, uni spinæ; quia hac penitus triumphamus, hac Tartara ipsa devincimus, expugnamus.
- Chrysol.** *Seu heu! spinæ, quæ nobis tot bona, tot gaudia, quot, quæso, Christo dolores attulerunt?* **Chrysol. serm. 3. de quinta feria passionis: Ambitur sacrum caput spinarum aculeis, & divinum verticem pœnalis coronæ pompa circumdat.**
- Psal. 117. Genebr.** *Circumdedervunt enim me sicut apes.* **Genebrardus:** Apum more cum aculeis aliquem obsidentium, circumvolantium, & furiosè impetentium; *Exarservunt, Hugo Card. igne livoris, sicut ignis in spina.* volentes me ad nihilum redigere, sicut ignis spinas ablutit.
- Bernard.** Caput (heu! desbet Bernardus) caput angelicis tremendum spiritibus densitate spinarum pungitur.
- Caput, quod æternis gloriæ irradiabat luminibus, heu! nunc peracutis coronatur dumis!
- D. Vinc. ser. de Pass. Domini.** *Quis satis cogitare potest (inquit D. Vincentius Ferrerius) quantus dolor venerandum illud caput tot aculeis confixum affecerit, cum nos vel ad unius spinæ puncturam ferè intolerabili dolore vexemus?*
- D. Laur. de triumph. agone, c. 14.** Hic, hic parumper, ô anima, considerationis tuæ gressus fige (sic piè monet Justianus) & Redemptoris tui intolerabilem dolorem attendo, capitis delicati sensibilitatem considera, spinarum punctationes cerebrum perforantes mirare. Subditque:
- Debit planè morti tanto dolore transfixus, se tamen reservavit ad vitam, ut his etiam graviora perferret: at quantus nihilominus hic dolor extitit?
- Ioan. 19. Græc.** *Et milites placentes coronam de spinis.* **Græcè, Καὶ οἱ στραῖται ἐπέτασαν αὐτῷ ἀκάνθου.** Et milites placentes coronam ex aculeis spinis. Acres certè, ac peracutæ, quæ Domini tempora (ut ait Tertullianus) &
- Tertull. quo supra.**
- Revel. 1. 4. c. 40.** *Corona quanta copia sanguinis expressit.*
- Psal. 31. Psal. 38.**
- Isa. 33. Alij. Gen. 22.**
- Septuag. Hieron.**

*Aristias ex Guil. Amer. lib. 6. rir. natur.*

Ceterum quis te, Domine, doloribus affecit tantis? quis te, o bone Jesu, tam crudeliter vulneravit? Victoria amoris. Amoris cognita fortitudo, sic circa con-nexam spineam, aureamque annuli Salo-monis coronam. Spineam namque divinitus amor contexit, ac de regia triumphavit, hoc est, divinum Verbum (ut ita loquar) expugnans, in terram deiecit. Christi si-quidem amor in homines, quos in finem dilexit, non finem, sed verticem, & coro-nidem habuit.

*Chryl. ubi sup. Aug. ser. 114. de temp.*

Verum Chrysol. In spinis illis nostra eum peccata pungebant. Augustinus: Corona spinea Christi capiti imponitur, quia punctio peccatorum nostrorum (quorum remissione Redemptoris gloria sequitur) arduis tribulis comparatur. Studeamus nunc e diverso (pulchre subdit ad mores) ut membrorum vita, capitis sit corona.

*Bern. ser. 5. de annib. SS.*

Bernardus: Ostenditur nobis caput nostrum spinis circumdatum, non floribus, ut illum imitemur: Pudeat sub capite spinoso membrum esse delicatum.

*Exod. 25.*

*Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Deline tu lege-re rosas, ubi Christus legit spinas. Colligat mundus infans rosas, spinas relinquat: ego in Christi doloribus dolens, colligam spinas, relinquam rosas. En, en nunc verè *Lilium inter spinas.* Carre, o anima, & quod lilii candore, & odore fruaris, patum sit tibi, si a stipantibus illud spinis aequaliter compungaris.

*Val. Max. l. 4. c. 6.*

Excellentissima animadvertenti, ne mediocria quidem prestare, rubori esse oportet. Valerius.

*Bern. ubi sup.*

Ostenditur nobis Christi caput hissum spinis, inclinatum in Cruce, ut humiliemur pariter, pariter & confundamur. Bernardus.

*Tert. l. de cor. milit. c. 4.*

Uti, uti tu runc (inquit elegantissima dissimulantia, ac ironia Tertullianus) lauream & myrto, & oleam, & illustriori quaque fronde, & quod magis usui est, centenariis quoque rosis, ex horto Midæ lectis, & utriusque lilii, & omnibus violis corone-ris, etiam gemmis forsitam, & auro, ut il-lam Christi coronam æmuleris, quæ postea ei obvenit, quia & favos post fella gustavit, nec ante Rex Judæorum pro-

*Ex Yamelto.*

*Ex Rhenano.*

*Plin. lib. 21.*

*c. 4. de rosis*

*antifolis.*

A scriptus in Crucem, minoratus primò à Patre modicum quid citra Angelos, & ita gloriâ, & honore coronatus. Si ob hæc (subdit ferid, & graviter) caput ei tuum debes, tale, si potes, ei tuum repende, quæ-le suum pro tuo obtulit: aut nec floribus coroneris, si spinis non potes, quia non floribus potes.

B Scitè Clemens Alexandrinus, ubi va-num, fluxumque rosarum usum à Genti-lium superstitione damnasset, addidit: *Accedit his, quod à ratione alienum est, ut qui audierim? Dominum spinis fuisse coronatum, ipsi venerabili Domini passioni per ludum in-sultantes, habeamus capita redimita floribus.*

C Absit, absit à me procul tanta impietas, (inquit olim ingressura templum, Christi que simulachrum venerata religiosissima illa Regis Hungarorum filia) ut ibi caput meum turrito fastu superemicantis corone superbiat, ubi caput Salvatoris mei spinis coronatum acerbè pungitur.

Abstulit (proclamavit & primus ille Jero-solymæ Rex) ut hic capiti meo auream coronam imponam, ubi milites Christi capiti imposuerunt spineam.

Ex Tertulliano: Cum Romæ facta es- set liberalitas, donativi dispensatione mi-litibus facta præstantissimorum Impera-torum, Cæsarium L. Septimii Severi patris, & M. Aurelii Antonii Caracallæ filii, for-tassis ob solennia Cæsarium votis decem-nalibus, miles Christianus ad Tribunalum accedens, qui donativum singulis ex or-dine erogabat, lauream castensem manu gestabat, quàm cæteri in capite. Causam expostulatus: Christianus sum respondit.

D O militem (exclamat Tertul.) in Deo glo-riofum! Solus hic libero capite, coronam è-to in manu otioso, quod Christianus esset! Hi, hi (Fratres) verè sentiebant, quod in Christo Iesu. Hi comminationem illam peritimescebant: *Ve corona superbia, ebriis Ephraim, & flori decidenti. Pedibus conculca-bitur corona superbia ebriorum Ephraim, & erit flos decedens gloria exultationis.*

E Clemens Alexandrinus. Hæc (Salva-toris) corona flos est eorum, qui credide-runt in eum, qui fuit glorificatus: erant autè, & castigat cor, qui non crediderunt. Et quidem in mentem revocat Clemens

*Clem. Alex. Padag. l. 2. c. 8.*

*Surius in Vita S. Elisabethæ.*

*Tertul. lib. de cor. mil. c. 2.*

*Isa. 28.*

*Clem. Alex. ubi sup.*

illam de libro Judicum lignorum para-  
*Iud. 9.* bolam: Ierunt ligna, ut ungerent super se Re-  
 gem, dixeruntque ad rhamnum: Veni, & im-  
 pera super nos: *Alij.* Quæ respondit eis: Si verè me  
 Regem vobis constitueritis, venis, & sub umbrâ  
 meâ requiescite, vel sperate: si autem non vul-  
 tis, egredietur ignis de rhamno, & devoret ce-  
 dros Libani: Licet nunc, sensu accommo-  
 do, ad Christam parabolam inflectere.  
 Debeatur sanè dolorum Regi Rex fruti-  
 cum, ut omnes in uno recrearet, hoc est,  
 ad eum omnes convenirent, qui essent  
 ære alieno oppressi, & in angustia consti-  
 tuti, eorumque fieret Princeps: Venite ad  
 me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego  
 reficiam vos: Quod si nihilominus sub ar-  
 bore hac senticosâ elati, ac molles requie-  
 scere nolint, si coronam Christi spineam  
 adhuc superbè irrideant, egredietur ignis de  
 rhamno, & devoret cedros Libani, quosdem  
 videlicet tunc comburantur spîsitis, qui-  
 bus nunc subesse, quâsq; nunc sentire,  
 & aequaliter Christo cõpati, & commu-  
 nicare detestantur.

*Osea 14.* Certè nunc animam, quasi vineam ele-  
*juxta Sept.* ctam, spinis vallat, eam sepit, ut adversa-  
*Theod. ibid.* rius inaccessibilem faciat: Ego quasi juni-  
 pertus operiens. Hoc est, juxta Theodore-  
 tum, omni studio te curabo, ab omnique  
 pernicie tutam efficiam, & invadentem,  
 quasi quibusdam aculeis perterreficiam.  
 Quid securus? Abscondes eos in abscondito  
 faciei tuæ, tuæque spineæ coronæ, quasi se-  
 pis munitissimæ. Sed cave extra eam va-  
 gari: quia & diripieris, & destrueris, &  
 penitus proculcaberis. *Destruam sepem e-  
 jus, & destruetur.*

*Ecc. 2. 8.* Sepi igitur, sepi aures tuas spinis, quibus  
 tortuosus coluber arceatur ingressu. Sepi  
 oculos, sepi cor.

Sed sepi, sepi & tu, ô Jesu, vias meas  
 spinis, ut rectâ incedam, ut ne amplius  
 oberrem. Spinæ, quæ sô, semina, ut regre-  
 diar: quia valdè perversa est via, per quam  
 incedo, tibi que contraria.

*Num. 22.* Ego, ego pullus ille onagri, qui me libe-  
 rum nimis natum puto. Ego equus ille la-  
 scivens, qui terram ungulâ fodio, qui ex-  
 ulto audaciter, contemno pavorem, nec cedo  
 gladio. Ego ille, qui curro contra Deum ero-  
 tio collo, ac pingui cervicæ armor, & roboror

*Job. 39.*

contra Omnipotentem: tribulis ergo semi-  
 netur via, ut ungula equi perforetur, & *Gen. 49.*  
 cadat ascensor ejus retrorsum.

Vegetius de re militari ibi: Quemad- *Veget. lib. 3. de*  
 modum quadrigis falcatis, vel elephan- *re milit.*  
 tis in acie possit obfisti: Ubi, inquit, ad pu-  
 gnâ ventum est, repente Romani toto  
 campo tribulos dejecerunt, in quos cur-  
 rentes quadrigæ cum incidissent, deletæ  
 sunt. Tribulus est autem in quatuor palis  
 B fixum propugnaculum, quod quo modo  
 abjeceris, tribus radiis stat, & crecô quat-  
 to infestum protendit aculeum. Hæ artes,  
 hæ Christi stratagemata, ut quis per viâ  
 salutis incedat, ne contra eum in armis, &  
 in armis, & equitibus veniat.

*Saulus adhuc spirans minarum, & cadis, Act. 9.*  
 &c. Et cum iter faceret, contigit, ut appropin-  
 quaret Damasco: & subitò circumfulsi eum  
 lux de calo: & cadens in terram audiit vocem  
 C acientem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris?  
 Durum est tibi contra stimulum calcitra-  
 re. Domine, quid me vis facere, quasi diceret:  
 Converteris sum in arumnâ meâ, dum configi-  
 tur spina. Hæ, inquam, artes, hæ Christi  
 pia stratagemata, ut pravus ab itineribus  
 deflectamur.

Sed jam libeat hic in unum colligere  
 rationes, cur spinis Christus voluerit co-  
 ronari. Cur rogo te, Domine, tam crude-  
 liter spinis transigi, ac tam dirè exulcera-  
 ri voluisti?

*Christus spinis exulcerari multis de causis voluit.*

Pungentem caput, & cerebrum gestare co-  
 ronam.

Cogit amor, cogit vulnera tantâ pati.  
 O amorem! Ut nulla esset corporis pars,  
 in quâ pro te ipse non paterer. O ô amo-  
 rem! Sic Chrysostomus. Ut terram male-  
 dicto solverem, teque coronarem in mi-  
 sericordiâ, & miserationibus: ô charita-  
 tem! Sic Hieronymus. Ut spinis sublatis  
 semen verbi Dei purgarem: ut te sollicitu-  
 dinibus liberarem, mentemq; in precibus  
 fundendis inconcussam possideres. O di-  
 lectionem! Sic Athanasius. Ut peccata tua  
 in me ipso susceperem. O affectum! Sic  
 Remigius. Ego proprus

*Indignû diadema geris, Rex maxime Regû.*  
 Et solùm  
 Debetur meritis ista corona meis.  
 Pulchrè Alexand. Clemens coronæ hujus  
 mysticam *Clem. Alex. l. 2. Pad. c. 8.*

mysticam dat rationem, sic fatus: Non cognovit Dominum populus, qui aberravit, ratione, ac consideratione minimè fuit circumcisus, vetum esse Israelum perdidit, Deum persecutus est. Verbum speravit afficere contumeliâ, & quem tanquam maleficum crucifixit, tanquam Regem coronavit. Ac peregrei subdit: Quem exacerbaverunt, ut se Dominum ostenderet, hoc de eo in altu sublato testati sūt, diadema justitiæ ei super omne nomē exaltato tribuentes per spinâ sēper florentē.

Et sanè cum primùm in Domini vertice confecti sunt aridissimi jam dudum sentes, sentire vitam usque ad eò cœperunt, ut & quod Clemens innuit, & aliqui præterea Sanctorum asserunt, viriditatem, quam semel induerant, post illud quoque tempus constantiter, ac per diu conservant. Et verò quidni reviviscerent instaurati tum demum rubi, qui rosas etiam pretiosi sanguinis proruerunt?

Super ipsum autē efflorescit sanctificatio mea. Hieronymus huc scite transtulit: Super ipsum autem efflorescit diadema eius. Chaldaè: Efflorescit corona mea. Pagninus: Inimicos eius induam pudore, & super eum florescit corona eius. Efficue cinnamomū, & balsamum. Alii: Et sicut aspalathū (è Plinio spinea planta in sceptri formam, radicem habens odoriferam, ac flores rosas perfimiles) de se sua virtutem odoris, Verè & nunc Nazareus à nexer, quod est etiam corona. Verè & illum Prophetâ vocavit virum dolorum; aut, juxta alios, Principem, seu Regem dolorum.

Unde nunc maxime videm? Iesum propter passionem mortis, gloriæ, & honore coronatum. Qui si de torrente in viâ bibidit, propterea & nunc exalta vit caput.

Unde & Isaias ait: Multiplicabimur imperium eius. Alii, ad multiplicandam: alii verò; ad spinas imperium eius, hoc est, Messia Regis imperium spineâ coronâ redimitum, in aeternum, & ultra perdurabit.

Veni de Libano; soror mea sponsa, veni de Libano, coronaberis de capite Amanna. Israeliticâ gentem ex Aegypti servitute ad Palestinae libertatem sponsus caelestis vocabat (Interpretare Lyrano) illis verbis: Veni de Libano, &c. Ad dicitur: In Hebræo pro, Coronaberis de capite Amanna, habetur: Re-

A species de capite Amanna: sicut enim Amanas Sanyr, & Hermon, nomina sunt montium ultra Jordanem existentium, unde videtur terra Judææ, & idèd populus Israel illuc veniens, aspiciebat terram sibi promissam, gaudens propter ejus pulchritudinem, & fortè imposuerant sibi serra, vel coronas in signum exultationis, secundum quod habet translatio nostra. Ita Lyranus. Liceat nunc pari modo & B Sponsæ divinissimo Sponso dicere: Veni de Libano, veni, coronaberis; vel, respicies de capite Amanna, jam nunc scilicet terræ pulchritudinem intueri, jamque tibi coronam impositam gratulare.

Nunc potissimum, nunc data est ei corona, & exivit vincens, ut vinceret. Sic eruditè Isidorus in epistola: Tanquam victor Christus redimitus est, quem admodum clari & celebres victores faciunt, qui hoc ipsum telum, cujus ope victoriam consecuti sunt, in templum gestant.

Nova bella elegit Dominus, cantatum olim in Debbora laudem. Nova regna (cantare nunc liceat in laudem ipsius dolum Regis) elegit Dominus, dum ea sibi coronâ spineâ conquiritur. Sanè regnum ejus, quod spinis conquiritur, non est hinc.

Verè nunc caput tuum (& Rex Regum) ut Carmelus, quod est coccinus, sanguine rubens, charitate transpunctum. Ubi Gregorius: Caput Ecclesiæ Christus, qui bene ut Carmelus dicitur: quia per passionem, quam sustinuit, ad gloriam Patris est exaltatus.

Exulta satis, filia Sion, jubila, filia Jerusalem. Ecce Rex tuus veniet tibi justus, & salvator, & ipse pauper. Septuaginta: Et ipse mansuetus. Pagninus: Et ipse humilis. Hebr. ganni, Et ipse abjectus, & oppressus. Justinus: Et ipse paribilis.

E Et factus est principatus super humerum ejus. Ferculum fecit sibi Rex Salomon, Crucem secundum Aponiū. Princeps ergo pœnarum: Rex ergo dolorum, ac spinarum.

Triumphat, triūphat modò Rex pacificus, coronam regni habens in capite suo.

Huc spectat Ambrosius: Corona de spinis capiti ejus annexa quid aliud, quam divini operis munus ostendit, quod de peccatorib. mundi, tanquâ sæculi penis, LIII 3, trium-

Spina arida  
virorem ex  
Christi capite  
contraxerunt.  
Greg. Tur. l. de  
gloria Mat. c. 1.

Psal. 131.  
Hieron.  
Chal.  
Pagnin.

Ecl. 2. 4.  
Raban. ibid.  
Plin. l. 2. c. 2. 4.  
Hebr.  
Isa. 53.  
Ghysler. in 3.  
Cant. 2. 9.

Hebr. 2.  
Psal. 95.

Isa. 9.

Cant. 4.

Lyran.  
Hebr.

Apoc. 6.  
D. Isid. l. 1.  
ep. 95.

Judic. 5.

Cant. 7.  
Hebr.  
Greg. ibid.

Zach. 9.  
Septuag.  
Pagnin.  
Hebr.  
Just. in Dial.  
cont. Tryth.

Isa. 9.  
Cant. 3.

Ambros. in  
Luc. 23.

triumphalis Deo gloria quæreretur. De-  
testabili itaque (addit) mentis affectu ho-  
noratum tamen Judæi exitum produunt:  
nam & compungeates coronant. & illu-  
dentes adorant. & corde non credunt,  
quem perimunt, confitentur. Illis licet  
defuit boni operis affectus, Deo tamen  
suus non defuit honor, qui salatur ut  
Rex, coronatur ut victor, quasi Deus, &  
Dominus adoratur.

*Mulieres vane  
ornantes capita  
capiti Christi  
coronato illu-  
dunt.*

*Tertul. l. de cor.  
milit. cap. 14.*

Cave ergo, ne amplius si a sculis tui ca-  
pitis divinitus Christi capiti spinis co-  
ronato illudas. Cave, mulier, ne vano  
capitis ornatu verum tuum caput inho-  
nores. Tertullianus: *Si femina nudo capite  
coronato: fortasse tunc illo coronato scan-  
dalizaverit. Quid enim est capiti femina co-  
rona, quam formæ lens, quam summa lascivie  
notis, extrema negatio verecundia, constatio  
illicebra? Propterea non coronabitur operosius  
mulier ex Apostoli prospectu, ut nec crinium  
artificio coronetur. Non in tortis criminibus,  
&c.*

*1. Tim. 2.  
Idem cap. 15.*

*Apoc. 2. & 5.  
2. Tim. 4.  
Apoc. 6.*

*Apoc. 10.  
Ibid. 4.*

*Pammel. Aut  
ex draconis  
herba, aut gem-  
mis draconitib.  
Plin. lib. 37.  
Isa. 11.*

Et infra: Serva Deo rem suam intami-  
natam. Ille eam, si vult, coronabit. Immo  
& vult. Denique invitat: *Qui vicerit, in-  
quit, dabo ei coronam vitæ. Eslo & tu fidelis  
usque ad mortem.* Decetra & tu agonem,  
cujus coronam & Apostolus repositam  
sibi meritò confidit. Accipit & Angelus  
victoriæ coronam procedens in caudido  
equo, ut vinceret. Et alius Indis ambitu  
ornatur cælesti. Protosedent, & Preby-  
teri coronati, eodè que auto & ipse  
Filius hominis supra nubem micat. Si ta-  
les imagines in visione, quales veritates  
in representatione? Illas accipe, illas ado-  
ra. Quid caput strophilo, aut draconia-  
rio damnas, diademati destinatum? Nam  
& Reges nos Deo & Patri suo fecit Chri-  
stus Jesus. Quid tibi cum flore mortuo?  
Habes florem ex virgâ Jesse super quem  
tota divini Spiritus gratia requievit, florè  
incorruptū, immarcescibile, sempiternū.

O sectum ergo amabile! ô corona glo-  
riæ, & honoris! ô regale veri Christiani  
hominis ornamentum! Nunquam rogo,  
recedas à corde, nunquam marcescas in  
capite, sed semper novâ virtute revivifcas  
in opere.

A Hoc Virgo illa sibi semper elegit, Ca-  
tharinam dico Senensem. Cum creberri-  
mis Virgo hæc confisteretur angustiis, &  
ærumnis, Sponsus illi apparuit. ferens in  
dexterâ manu coronam auream, in sini-  
strâ verò spinam, dixitque ei, ut eligeret,  
quam mallet. Illa, quæ jam pridem om-  
nem voluntatem suam in Dei voluntatem  
transfuderat: Ego, inquit, Domine, cu-  
pio in hac vitâ tue passioni semper con-  
formari, tuoque auxilio pœnas amplecti  
pro refrigerio. Simulque è sinistra Salva-  
toris spinam coronam ferventer acci-  
piens, illam vi multâ in caput suum im-  
pressit, illud undique spinis compungens,  
ita ut post eam visionem capitis dolores  
sentiret.

*Raym. Capuan  
in Vita S. Ca-  
thar. Sen.*

*Spinam coro-  
nam Christi-  
bi præparavit  
S. Catharina  
Senensis.*

Sic ad similitudinem Sponsi caput illa  
suum ornavit: hi torti crines, hi Christi  
Sponsarum cincinni: *Sponsus sanguinum tu  
mibi es.* Neque enim extra sanguinem, ait  
Clemens Alexandrinus, licet ad Verbum  
accedere.

*Exod. 4.  
Clem. Alex.  
lib. 2. Pæd. 8.*

Bernardus: Moraliter autem docetur,  
imitari caput nostrum Regem, & Ducem  
nostrum dulcem Jesum. Si malorum quo-  
rumlibet perveritate compungimur, &  
irridemur, cum caput nostrum ita com-  
punctum, ita irritum conspexerimus, non  
recaletrems. Pauca, quæ nobis in vica  
præsentis, & brevi inferuntur, cum omni  
æquanimitate, & patientiâ sufferamus, ut  
digni simus esse membra capitis nostri, &  
boni bellatores simus, sequendo vestigia  
signiferi nostri.

*Bern. lib. de  
Pass. c. 39.*

Præta jam nunc florentia relinqua-  
mus: campestris spinis confusa calcare  
post Christum non formidemus. Sic quon-  
dam D. Philippus Nerius virgini cuidam  
apparens ait: Per ardua hæc spinis obsta  
incedendum, filia, si huc per venire desi-  
deras, Relinquamus flores, spinas eliga-  
mus in posterum, ne vanis, noxiisque  
ambitionum nostratum spinis Christi ca-  
put coronemus.

*Baccius in Vi-  
ta S. Philipp.*

Meminit Athenæus Dipnosophista-  
rum, hoc est, Cœnæ Sapientum l. 5 c. 10.  
semper florentium quatuorundam corona-  
rum, ex spinis enascentium, quasi ambi-  
tiosè spinæ ipsæ in coronas erumpant. En  
modò in Nazaræi (quod est fiorit, vel  
coronati)

*Athen. Cœna-  
rum l. 15 c. 10.  
Spinæ corona  
quædam sem-  
per florenti.*

coronati) capire instaurata spinarum naturalis ambitio, ut regnum, sed nimio coronati dolore, ac detrimento perennarent.

Idem fabulæ meminit Aegyptiorum, quod cum Aethiopes in Trojam perficerentur sub imperio Tithoni, ubi mortuum esse Memnoem audiverunt in loco, quo spinæ fructum rotundum producunt ex ramulis quibusdam circularibus, &c. ronis persimilibus, coronas abjecerunt in spinas, quasi tunc natas in spinis credidissent. En, en modò non fabulosè, sed verè spinæ in Nazareum conjectæ, quales producunt coronas. Immodò, en modò non fidè, aut historionicè, sed historicè, ut spinæ non in coronas, sed coronæ ut erumpunt in spinas!

O spectaculum (sicut & nunc exclamare) semper ante oculos habèdū! Nunc nunc Dominus Jesus ambitionis nostræ luit pœnas: quia adhuc quotidie caeleste illud caput spinis perforatur, & cruentatur ab iis, qui honores, ac dignitates ambiunt: neque enim majora, neq; acriora, & quæ caput ipsum petant, vulnera in Ecclesiâ, quæ corpus est Christi, sunt, quam cum honores persertim ecclesiastici ambiuntur. Ite, ite nunc vos, ecclesiasticas dignitates ambire: gradibus, ac honoribus inhiate; & scitote, quod quoties ambitiosè facitis, ditissimis spinis Christi caput acerbissimè perforatis.

Ambitiosè cruentant spinis corpus Christi caput.

ARVNDINO:

PUNCTVM XXII.

Posuerunt arundinem in dexterâ ejus. Matth. 17.

Et percutiebant caput ejus arundine Marc. 15.

Arundo Christo ad probrium, & cruciatum data.

Iterum ergo opprobrium, ac iterum dolor. Arundinem ei in dexterâ ponunt, ut illudant: arundine eum percutiunt, ut spinæ divinisimo capiti acrius infingantur.

A Ita Hieronymus: Quia Rex Indæorum fuerat appellatus, & hoc ei Scriba, & Pharisei crimen objecerant, quod sibi in populo Israel usurparet imperium! illudentes hoc faciunt, ut pro sceptro regali dent ei calamum, & adorent quasi Regem. Et Chrysostomus: Quod fiebat in Christum, ultimus terminus contumelia erat, nec una particula tantum, sed unum ipsum corpus ejus patiebatur injurias, caput per coronam, arundinem, & colaphos; facies, quia inspucebatur; genæ, quia alapis cadebatur; corpus totum per flagella, & quia denudatum est, & per circumdationem chlamydis, & per sciam adorationem, manus per arundinem, quam dederunt ei pro sceptro, ac si timerent, ne quid præsumptionis gravissima præmitterent.

Hier. in Cat.

Chrys. ibid. Christi totum corpus patiebatur injurias.

B Ah! ah! Pater, siccine imperium Filio tuo Regi das? Arundinem ei pro regali sceptro dare permittis? Annon thronus ejus sicut

Psal. 88.

C Sol, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in celo fidelis? Tu verò repulisti, & despexisti, & distulisti Christum tuum. Ad Hebraicum: Iratus es cum Christo tuo; vel juxta

Campens. Paraph.

D Campensem: Similitatem exeres cum Christo tuo; aut juxta ejusdem paraphrasim: Abominatus esse videtur Christum tuum. Evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra Sanctuarium ejus, Hebraice, nizro, coronam, diadema ejus. Destruixisti eum ab emundatione, & sedem ejus in terra collidisti.

Genebr. Paraph.

O confusionem! Rex Regum, & Dominus donantium pro regali nunc sceptro arundinem tenet! Gratulor, gratulor tibi, Isa. 9.

Rex meus, & Deus meus; jugum enim sic oneris ejus, & virgam humeri ejus, & sceptrum exactoris ejus superstiti sicut in die Madian.

Virga hæc tua omnes Aegypti virgas devoravit. Bæchus hic tuus arundineus mandanas omnes, quibus innitebamur, confregit arundines: & regnum nunc tuum, regnum omnium saeculorum, & dominatio tua in omni generatione.

Exod. 7.

Psal. 144.

Sustine ergo modò, o potentissime Regum, ut arundine illudaris, ut arundine impii caput tuum percutiant. Veniet, veniet tempus; cum & ipse conquassabis capita in terrâ.

terrâ

*Psal. 109.*  
*Psal. 67.*  
*Habac. 3.*

terra multorum, cum aeterna maledictione illa incipabis ferax arundinis, & maledices sciptra eius, capiti bellatorum eius, venientibus ut turbo ad dispergendum me.

Nunc arundine caput tuum percutiunt Heu! heu dolor! Itane, ita pulsatis Divinitatis organum, ut tantum edat sonum doloris?

*Baron. annal.*  
*Ecc. an. 34.*  
*ex Plutarch.*

O mœstissimum Pan tam novæ inventorem fistulae! Haud sane tuâ in morte audita voces; Magnus Pan mortuus est; non ille scilicet tam vanè adoratus à Gentibus, sed ipse, qui verus es Pan, quod est Græcè: *Omnia in omnibus.*

*Psal. 136.*

Organa olim suspendit populus in salicibus Heu! quàm ad amaras salices tua mox organa suspendentur!

*Nicot. in Nazor. 38.*  
*Arundo Christi qualis fuerit*

Organa pulsantur graviter, & acutè: & gravibus arundinibus Christi caput pulsatum, gravem, acutumque ex cuspidibus acutis dolorem per sensit. Neque enim, ait Nicetas in Nazianzenum, ex nostratibus arundinibus colligere debeas, eas, quibus Christus affectus est, leves, atque infirmas plagas extitisse, verùm graves, & validas Judaicæ terræ arundines tibi animo proponas, quarum miravis es, & crassities. Unde juxta sui nominis etymon, Jobus, quod est dolens: *Noctes meum perforatur doloribus.* & Hebraicè: *Noctes perforavit dolor ossa mea super me.*

*Iob. 30.*  
*Hebr. ex Pagn.*

*Arundo spinas extrahere solet.*

*Plin. l. 4. ca. 11.*

O cradelem, diramque hominum feritatem! Ut Christo conciliant dolores ipsam rerum invertunt naturam. Arundo, ex Plinio, spinarum extractoriam vim habet, recens tusa ad extrahendos valet spinarum aculeos: sed hi divinum Christi caput arundine tundunt, non spinas ut extrahant, sed ut insigant.

*Exod. 50.*

*Isa. 16.*  
*Lyan. & Abul. ibid.*

Siccine, siccine, perhidi unguetarii, in aureo mortariolo ad unctionem divini hujus tabernaculi calamus contunditis?

Hicne, rogo, calamus emendus Deo, ne quaereretur: *Non emisisti mihi argento calamus?*

*Arundineo calamo peccata Iudaeorum conscripta.*

Hic sanè calamus odoratus? Calamus hic scilicet ita saccharum habet, ex cannis sic dulcia mella fluunt?

O novorum semper inventores dolorum! Sed cavete, ô miseri: calamus enim ponitis in dexterâ ejus, quemadmodum

A ait Hieronymus, ut ille sacrilegium vestrum conscribat, & vos delect de libro viventium; qui tamen idè arundinem assumpsit in dextrâ, quemadmodum ait Anselmus, ut quod adversum nos erat chirographum, deleteret, utque novum amoris opus, quod in se operabatur, conscriberet.

*Hieron. in c. 26. Matth. Et chirographum nostrum deletum. Ansel. tract. de Pass.*

At vos, miseri, haud sentitis, quod vestram in mortem ei dolorem porrigitis?

B Quid, quid, rogo, existis in hoc prætorium videre? arundinem vento agitatam? Heu! quantum lingua ejus erit calamus scribae velociter scribentis, cum in vos aeternam illam maledictionem conscriberet!

*Matth. 21.*  
*Psal. 44.*

Interim luditis, & illuditis. Irrisus est enim Christus in arundine fragili, quasi haberet in regio titulo nuda nomina sine re. Unde & Sedulius: Datam gestabat arundinem, mundano regno icipitrum verè pessimile, quod pro motatione scriptissimè fragile, vacuum, leve cernitur, & caducum.

*Arundo pulchrum regni terreni symbolum. Sedul. lib. 1. Oper. Pascha. 1.*

Et sanè caducatum, inaniùmque rerum omnium symbolum Christus non abnuir. Inania etenim, vana, fragilia, fluxa sunt omnia. *Omnis gentes quasi momentum statera reputatae sunt. Quis est vita vestra? Vapor est ad modicum parens. Vidi impium super exaltatum, & elevato, sicut cedrus Libani, & transivi, & ecce non erat: quasi scrutatus, & non est inventus locus ejus.*

*Isac. 40.*  
*Isac. 4.*  
*Psal. 36.*

Quid miratis, inquit egregie Seneca, Senec. ep. 111. quid stupes hujus mundi divitias? Pomona est. Ostenduntur res istæ, non possidentur, & dum placeant, transeunt. Vidisti ne, quàm intra paucas horas ille ordo pompaticus, quamvis lentus, dispositusque transierit?

Scitè apud Suetonium Augustus jam Suet. in Aug. jam morturus, ad amicos: Annon personam meâ in hac mundi fabula satis eömodè egisse videor? Valete ergo, & plaudite. Quasi diceret: Tâ inania fuerunt hæc omnia, ut ea fuerint non tâ vera, quàm fabula.

Inaniam ergo, caducarumque rerum symbolo illusus est Christus. Proh indignitatem! proh petulantium hominum audaciam! Vidit quondam Joannes Angelum habentem *mensuram arundineam auream, ut metiretur civitatem.* Et quid factum?

*Apoc. 21.*

factum? Summa is cum reverentia accessit, & mensus est civitatem de arundine aurea. At vos modò (vos alloquor,ò impudentissimi) quid agitis? Sicine veram hanc civitatem Jerusalem, veram, inquam, pacis visionem arundine aurea metimini? Hoc scilicet vilissimo calamo Dei templum commensuratis? quin temerario ausu percussitis, profanatis.

Olim in Deorum cultum circa aras, tum lucos, tum arundineta plantabant:

*Ecce lacu medio sacrorum nigra favilla  
Aravetus stabat, tremulis circumdata  
cannis.*

Nunc haudquidem in honore, sed in derisum circa sacratissimam hanc aram, immò super eam arundines ponunt, non ut velut scintilla in arundineto discurrant, sed ut nigrae favillae æternaliter comburantur.

Ceterum velint, nolint, adhuc in arundine Christum honorant. Annon sic eum Sacerdotem magnum secundum ordinem Melchisedech confitentur, dum jam in Calvariae monte lituato, pontificalibusque induto, velo pro amictu, alba pro bysso, pro cingulo funibus, chlamyde pro casula, spinea corona pro tiara, in dextera ejus ponunt arundinem pro scipione, eburneo, ac lituo pastorali? Ingrederi, ingrederi ergo, & Pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum, non manifestum, id est, non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum, sicut vitulorum, sed per proprium sanguinem semel in sancta, æterna redemptione surventia.

Te etenim sic & Propheta prævidit, quasi Sponsum decoratum coronâ; Hebraicè juxta Pagninum: Tanquam Sponsus circumdedit mitram. Chaldaicè: Sicut Sacerdos magnus, qui ornatur vestimentis suis. Sic & B. Virgo ad D. Brigitam: Ego sum Mater sacerdotis summi: is in templo meo inquit se vestibus sacerdotibus, in quibus obtrahit Sacrificium pro mundo.

O Episcopum ergo, & Pastorem animarum nostrarum! O verum Pastorem, qui verè dixisti: Ego sum Pastor bonus! Sed ubi sitis enim illius est pedum pastorale? Ea calamus. Hoc sa-  
Speranza Scriptura selecta.

ne lupos abigit rapaces, hoc sibi commissa à Patre oves defendit.

Verus est David Christus, verusque Pastor, qui contra Goliath pugnavit baculum tenebat in manu. Et quid aliud arundo erat, quam baculus, in quo contra infernalem Goliath latentem gladiu vibraret?

Non ergo Pontificem tantum, aut Pastorem, sed propugnatorem etiam in arundine Christum confessi sunt. Et hinc idcirco accepit in dextera, ut ea nos pariter armaret. Novimus jam donaces sagittis conficiendis aptissimas. Accepit ergo calamum, ut eum nobis efficeret donacem ejaculandam in corda inimicorum. Novimus & milites calamophoros apud Rhodiginium. Quidam, inquit Cælius, Chium invadere cogitantes, consilium inierunt, ut quibus res placeret, calamos proferrent, unde & dicti milites calamophori. Quid nunc sibi vult Chium, nisi aperta, vel apertura? & quid nisi Infernum designet, contra quem pugnavit Christi calamum perferamus?

O calamum tantorum mysteriorum symbolum! Extat ad hæc calamus, aut arundo vallatoria. Quidni hac arundine se Christus paratum ostendat, ut circa nos vallum efficiat? Quidni arundinem teneat, ut dormientem in secreto calami expellat? aut quasi hamo Leviathan extrahat? vel quasi venabulo ferax arundinis increpet? aut ceu piscator sui nos amoris hamo capiat, qui non Angelos delapsos, sed semen Abrahæ piscatur, ac apprehendit? aut veluti vitem electam suffulciat? aut denique, ne tu amplius instabilis arundo esses? Unde Ambrosius: Secundum Marcum caput ejus percuritur, ut solidata Divinitatis actu, nostra conditio nate non possit.

Sed jam idem Ambrosius sua eleganter mysteria deprobat, ad illa verba: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento moventi sic fatus: Deserto mundus hic comparari videtur, adhuc incultus, adhuc sterilis, adhuc infœcundus, in quem negat nobis ita Dominus procedendum, ut mente carnis inflatos, vacuosque virtutis internæ viros, & fragili se

M m m m gloria

Ovid. 6. Metam.

Psal. 109.

Hebr.

Septuag. Chald.

Lib. 3. Revel. cap. 29.

1. Pet. 2. Ioan. 10. Arundo Christi pastorale.

1. Reg. 17.

Arundine

Christum pariter armaret. Novimus jam donaces sagittis conficiendis aptissimas. Accepit ergo calamum, ut eum nobis efficeret donacem ejaculandam in corda inimicorum.

Arundine Novimus & milites calamophoros apud Rhodiginium. Quidam, inquit Cælius, Chium invadere cogitantes, consilium inierunt, ut quibus res placeret, calamos proferrent, unde & dicti milites calamophori.

Chium, nisi aperta, vel apertura? & quid nisi Infernum designet, contra quem pugnavit Christi calamum perferamus?

Et vallatur.

Arundo vallatoria. Quidni hac arundine se Christus paratum ostendat, ut circa nos vallum efficiat? Quidni arundinem teneat, ut dormientem in secreto calami expellat? aut quasi hamo Leviathan extrahat? vel quasi venabulo ferax arundinis increpet? aut ceu piscator sui nos amoris hamo capiat, qui non Angelos delapsos, sed semen Abrahæ piscatur, ac apprehendit? aut veluti vitem electam suffulciat? aut denique, ne tu amplius instabilis arundo esses? Unde Ambrosius: Secundum Marcum caput ejus percuritur, ut solidata Divinitatis actu, nostra conditio nate non possit.

Tob. 40. Psal. 67. Hebr. 2.

Arundo Christi hamo capiat, qui non Angelos delapsos, sed semen Abrahæ piscatur, ac apprehendit? aut veluti vitem electam suffulciat? aut denique, ne tu amplius instabilis arundo esses? Unde Ambrosius: Secundum Marcum caput ejus percuritur, ut solidata Divinitatis actu, nostra conditio nate non possit.

Gagn. ibid. Thren. 1. Ambros. lib. 10. in Luc. 23.

Ambros. lib. 5. in Luc. 7.

glorix secularis sublimitate iactantes pro exemplari quodam, & imagine nobis putemus imitandos, quos procellis mundi hujus obnoxios vita mobilis inquietat, jure arundini comparandos, in quibus solida justitia nullus est fructus, qui forensibus criniti phalaris, nodis obftri, vacuo ois strepitu sonori, nulla sui utilitate, frequenti etiam offensione, intus inania, foris speciosa sectantur.

*Arundines  
quam sint.*

Arundines sumus, nulla validioris naturæ radice fundati Et si levis aspiraverit prosperitatis aura, successus vago motu proximos verberamus, inopes ad suffragandum, faciles ad nocendum. Arundines suos amant: & nos labentia mundi, caducæque delectant. Tamen hanc arundinem si quis de terræ evellat plantatis, & superfluis exuat, expoliens verem hominem cum actibus suis, & scribæ velociter scribentis manu temperet, incipit non arundo esse, sed calamus, qui præcepta cælestium Scripturarum penetrabilibus mentis imprimat, tabulis cordis inscribat: de quo calamo habes scriptum: *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.*

*Col. 9.  
Ex arundine  
reddimur calami.  
Quomodo?*

*Psal. 44.*

Quod ad Christum alij referre volunt. Uno igitur loco & Verbum, & calamus legitur, & scribæ. Verbum, quia de generali Patris processit arcano: *Eructavit cor meum Verbum bonum.* Calamus, quia caro Christi paternæ seriem voluntates expressit, & linguæ mandata divinæ sacri effusione cruoris implevit. Scribæ, quia calamo suo individua quadam distinctione novi, & veteris Testamenti, vel Divinitatis, & carnis, paternæ nobis dispositionis mysteria revelavit.

*Christus quare  
calamus dicitur?*

*Cur & Scribæ?*

Tum ad mores: Nunc calamum imitare tuæ carnis temperamento. Et calamum tuum, hoc est, carnem tuam tinge, non atramento, sed Spiritu Dei vivi, ut quod scribis æternum sit. Tali calamo Paulus illam epistolam scripsit, de qua dicit *Epistola mea vos estis, inscripta, non atramento, sed Spiritu Dei vivi.* Tinge carnem tuam in Christi sanguine, sicut scriptum est: *Vt intingatur pes tuus in sanguine.* Et tu ergo vestigium animi tui, & mentis incertum iadubitata confessione domi-

*2. Cor. 3.*

*Psal. 67.*

*In Christi sanguine pedes tingere quid.*

**A** nicæ Crucis tinge. Tinge carnem tuam in Christi sanguine, si vitia diluas, peccata detergas, mortem Christi in tua carne circumferas, sicut Apostolus docuit, dicens: *Mortificationem Iesu Christi in corpore. 2. Cor. 4. nostro circumferentes.*

**B** Concludit: Noli ad terrena insecari, ne arundinem tuam frangas. Et ideò de Christo, quia non erat ad terrena curvatus, prophetatum est: *Arundinē quam satam non confringet;* quoniam carnem, quam peccata quassaverant, resurrectionis virtute solidavit. Bona arundo caro Christi, quæ serpentis Diaboli caput, & mundanæ cupiditatis illecebras patibulo Crucis affixit.

**C** Ad hujus jam puncti coronidem duorumque precedentium, purpuræ, ac spinarum quasi anacephaleosim, & epilogum libeat attexere, quæ peregrinæ B. Laurentius Justinianus habet ad mores. Quanta, inquit, in memorato Salvatoris ludibrio mysteria lateant, diligenter adverte, quatenus spirituales proficientiū delicias non ignores. Vestitur quippe purpura, coronatur spinis, deturpatur, genuflexionibus irridetur, & ut prophetizer, a persecutoribus seiscitur. Equidem his paucis omne iudificationis, per quod ab hominibus malis Dei contemnitur sapientia, voluit exprimere genus.

*B. Laur. de triumph. Christi agon. c. 14.*

**D** Sacerdotalem in veste purpurea, quæ pontificibus, & Regibus congruit, insinuat dignitatem. In ea toties illuditur Christus, qui secundum Ordinem Melchisedech verus est Pontifex, quoribus qui præsent in Ecclesia, honores ab hominibus quarunt, pretiosarum vestium apparatus nitent, dominatum sibi in Clero vendicant, & transitoriis prosperitatibus delectantur. Nempe, teste Domino, qui *mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.* Ubi, oro, murato habitu illusus est Christus? Nonne in domo Herodis Regis, & Pilati Præsidis? Jam attende palatia Præsulium. Ponunt signa sua, signa, sericis apparatus ornantur, pretiosis vestimentis induuntur famulorū vallantur multitudinem, adulatoribus replentur, & quod sine mœrore dici non potest, domus, quæ egenorum

*Christi sacerdotalem in veste purpurea quinam vident dignitatem.*

*Matth. 11.*

*Psal. 73.*

Episcoporum  
palatia domus  
Imperatorum  
videntur.

egenorum esse receptacula debent, Imperatorum palatia judicantur. Tacco de cibis, poculis, electuariis, saporibus, vasis argenteis, & deauratis, jocis, confabulationibus, & talibus, quæ in sæcularium Principum ædibus frequentantur. In locis, ubi hujusmodi sunt, habitatiõnem non invenit sapientia, neque qui illam agnoscat, reperitur: propterea quasi ignora, & aliena irridetur, & subaannatur. In palatiis itaque Præsulum malè viventium, & in Ecclesiâ temporalia lucta quærentium, ac superbix fastu tumen-tium, mysticè Christus in purpurâ illuditur.

Spineo diademate  
Christum  
divites coro-  
nant.

Sed à divitibus diademate spineo coronatur: sunt enim divitiarum, spinarum acurilismarum, quæ rationale caput hominis pungunt, & perforant, indeque sanguinem ebullire faciunt copiosè. Incredibilior divitiarum amor, & terrenarum immoderata cogitatio facultatem mentem spargunt, dissipant unitatem, pacis bonum perdunt: & amatores suos innumerabilibus delictis immergunt. Juxta criminum quantitatem spiritualiter sanguis emanat, in sanguine quippe peccatum exprimitur, dicente Propheta: *Libera me de sanguinibus, Deus.* Possidendæ igitur sunt divitiarum ordinato cum affectu. In

Psal. 50.

ipsis nequaquam finis institutus est, erogandæ sunt ut multiplicentur, atque proficiant in futurum, quemadmodam Apostolus exhortans inquit: *Divitibus hujus sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum, bonè agere, divites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.* Contemptus ergo opum futurâ non caret mercede, & præsentis comodo, mentis enim extolentiam dejicit, & dominandi extinguit affectum. Cohæreat frequenter simul bonorum temporalium affluentia, & principandi amor. Hoc innuit Mediator, qui illudi voluit, sicut in coronâ spinea, ita & in arundineo scepto.

1. Tim. 6.  
Divitiarum  
contemptus  
etiam presen-  
tem habet mer-  
cedem.

Opulentia co-  
hæret amor  
dominandi.

Terrena digni-  
tatis symbolum  
arundo.

Meritò terrena dignitas arundini comparatur, quæ exterius viret, & tamen in-

**A** fructuosa, intusque inanis est, & vacua. Quis in aspectu primo potentem sæculi non appeteret fastum? Quicquid in ipso est, arridere, atque virefcere creditur. Accede autem propius, diligenter considera, quantis intus agitetur curis, quale etiam foris proferat germen, utique inutile, & citò periturum. *Vidi, inquit Propheta, impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani: transivi, & ecce non erat: quæsi cum, & non est inventus locus ejus.* Infœcundi prorsus sunt, qui dominantur, & vacui, tanquam arundines: infœcundi aliis, sibi ipsi vacui. Quantum in ipsis, & per ipsos æterna illuditur sapientia! Illam profectò irrident, qui illius honorem sibi arrogant, & voluat tyrannicè præesse hominibus. Ut dominetur terræ animantibus, non hominibus, institutus est homo. *Dominamini piscibus maris, & volucribus cali, universisque animantibus, quæ morantur super terram. Solus Deus Rex est potens, & Dominus dominantium, qui habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.* Nunc itaque, Reges, intelligite, erudimini, qui judicatis terram, nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui adversus Deum iniquitatem. Quoties ex vestra potestate insolecitis, atque delinquitis, vestro arundineo baculo Christi caput percutitis. Pro eruditione igitur vestrâ in illusionem suâ arundinæ tenere in dextrâ voluit.

Psal. 36.

Homo brutorum  
non hominum  
imperator con-  
ditus.

Gen. 1.

Arundinam  
cur in dextrâ  
Christus ha-  
buit.

ECCE HOMO.

PUNCTUM XXIII.

**E** Exiit ergo Iesus foras portans coronam spineam, & purpureum vestimentum: & dicit eis: Ecce homo. Joan. 19.

**E** Cum hominem, virum Ægyptium (angustiatum, ac tribulatum) virum dignum spectaculo. Spectaculum certè factus est mundo, & Angelis, & hominibus.

2. Reg. 23.  
Hebr.

1. Cor. 4.

M m m 2

Ecce

1. Reg. 19.  
Hebr.  
Cant. 3.  
Ijn. 53.

Lyr. m.  
Oleas.

Christus spe-  
ctaculum fa-  
ctus tragicum.

Bis purpuratus  
homo.

Virg. 2. Aen.

116 Aug. tract.  
in Ioan.

D. Hier. In-  
st. de triumph.  
Christi agene.  
c. 15.

Psal. 21.

Ecce, ecce David in Naxoth, quod est pul-  
chritudo, & decor. Ecce in pulcher es, dilecti-  
mi, & decorus. Sed heu! heu! Non est species  
ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat  
aspectus. Quia prae horrore (quem admo-  
dum interpretatur Lyranus) avertabant  
homines faciem. Unde Oleaster trans-  
fert ad Hebraicum: Et abscondebamus fa-  
ciem ab illo.

Spectaculum prorsus miserabile, tra-  
gicaeque crudelitatis, in scenam hodie Pi-  
latus produxit Regem; Regem, inquam,  
Regum, immo Deum, bis purpuratum,  
chlamyde, & proprio sanguine, schema-  
te horrendo & sublimi ostentavit: Ecce  
homo.

Hei mihi, qualis erat, quantum muta-  
tus ab illi!

Squallentem barbam, & concretos san-  
guine crines.

Vulneraque illa gerens, quae circum  
plurima tulit.

Ecce homo, (ex ore Pilati sic Augusti-  
nus.) Ecce homo non clarus impetio, sed  
plenus opprobrio. Si Regi invidetis, o Ju-  
daei; jam parcite, quia dejectum conspicit-  
is: flagellatus est, spinis coronatus est, lu-  
dibrosam veste amictus est convitiis illu-  
sus est, alapis caesus est, ferret ignominia  
illius, frigescat invidia vestra.

O spectaculum! o divinae miserationis  
ineffabile signum! (exclamat Justinianus)  
videre Dei Filium, Angelorum gaudium,  
& caelestis Jerusalem inextinguibile lu-  
men, solem scilicet justitiae totum cruen-  
tatum, & squalidum coram universa  
astare Hebraeorum plebe! Quis contem-  
pribilius tractari conspexit? Debuerant  
plane saxea emolli corda, omnemque  
indignationem evomere ad ludibri; raris  
aspectum. Tunc Prophetae vaticinium  
noverant esse completum, quod in perso-  
na Domini pronunciatum sic: Ego autem  
sum vermis, & non homo, opprobrium homi-  
num, & abjectio plebis.

Mediatoris calamitatem Praeses popu-  
lo insinuavit, inquam: Ecce homo illi  
quippe tribuit, quod nulli miserrimo de-  
negatur. Quod quisque naturaliter ha-  
bet commemoravit in Christo, Ecce, in-

A quit, quem persequimini, quem occidere  
nitimini, flagellatus, coronatus, conspu-  
tus, illusus, contemptibilis factus, Homo, Psal. 8.  
enos, infirmus afflictus, arummosus, desperata  
Gen. 4.  
valetudinis, morti adductus.  
Ecce, ecce homo. Quasi diceret: Quosque  
ergo irruitis in hominem, interficitis univer-  
si vos, tanquam parietem inclinato, & maceris  
depulsa?

B Ecce homo brevi victurus tempore, reple-  
tus multis miseriis, quia quasi flos egreditur,  
& in ipso aetatis suae flore demetitur.

Homo est, sed quis cognoscet eum? Igno-  
to Deo. Quasi absconditus vultus ejus, &  
despectus.

O hominem, in quem summa desavit  
inhumanitas! O hominem nihil homi-  
nis, sed fera potius canibus agitata, aur  
etiam decorticata referentem! Bestiam  
pende exornatam credidisset populus, ni  
dixisset Pilatus: Ecce homo.

C Hominem dixit, ut animos persequen-  
tium emollieret. Sic D. Leo: Quod Pila-  
tus implacabilis populi victus insania,  
multis Jesum dehonestari ludibriis, &  
immodicis vexari permisit injuriis: quod  
eum flagellis caesum, spinis coronatum,  
amictu miserrimae vestis indutum perse-  
quentium ostentavit aspectibus, miti-  
gandos proculdubio inimicorum ani-  
mos existimavit, ut exfuturatis invidiae  
odii, non ultra jam crederent persequen-  
dum, quem tot modis inuebantur affli-  
ctum. Ecce homo; hoc est, hominem homi-  
nibus ostendo. Certè si belluam, si canem  
hoc rerum statu videatis, indoleatis ta-  
men: sed Ecce homo.

D Salviaus epistola ad Paraz n. Perorans  
in Romano foro Servius Galba, consum-  
pris jam cunctis oratoriae artibus, & ingenij  
subsidij, cum parum se promovisse in-  
tellexisset, parvulum, quem senem habe-  
bat, Galli clarissimi, & nuper mortui fi-  
lium, & parvas ante subfellia auditorum  
indoles suas in confesso Judicium produ-  
xit, quas cum laetis sententiam com-  
mendaret, fractae affectu omnium men-  
tes, & inclinatae sunt.

E Quintilianus suarum Institutionum  
libro 6. Producere ipsos, qui pericliten-  
tur, squalidos, ac deformes, & liberos co-  
rum,

Corn. a. Lap.  
ibid.

Psal. 61.

Iob. 14.

Ierem. 7.  
Iuxta Sept.  
Ija. 53.

Christus mu-  
datum cute sua  
potuisset, ni ho-  
minem Pilatus  
dixisset.  
D. Leo ser. 8.  
de Pass.  
Cur homini-  
bus homo ex-  
positus.

Salviaus ep.  
ad Paraz n.

Quintil. lib. 6.  
Inst. c. 2.

zám, ac parentes, institutum, & ab accu-  
fatoribus ostendi cruentum gladium, &  
lecta è vulneribus ossa, & vestes sangui-  
ne perfusas videmus, & vulnera resolyi,  
ac verberata corpora nudari. Quatum  
rerum ingens plerunque vis est, velut in  
rem præsentem animos hominum du-  
centium. Et populum Romanum egit in  
furorem prætexta Caji Cæsaris prolata  
in foro ciuenta.

Sueton. in Vita  
Cæs. Appian.  
lib. 2. belli ci-  
vil.

Pilatus ergo populo implacabili, Christum, non Judaico ritu, quadraginta, aut  
triginta novem ictibus, sed Romano, sine  
numero, servorum instar, flagellatum, arte  
magna producit, ac detecti cruentum  
pectus, costas flagris laceras, ostentat di-  
cens: Ecce homo; vel sic animos emolliturus,  
vel sic ad commiserationem ratus fe-  
ros ilorum animos permovendos. Ita  
Cyrillus, Chrysostomus, & Augustinus.  
Ece homo, inquit, verbo digitoque il-  
lum ostentans, ac ferè testimonium fe-  
rens quòd homo esses, secus pro homine  
non habendus.

Cyr. lib. 2. c. 15.  
in Ioan. Chry-  
sost. 83.  
Auct. tract.  
in Ioan.

Ecce Rex vester, sed jam Rex cui non  
thronus, aut regnum, sed solum superest se-  
pulture.

Ioan. 19.  
Iob. 17.

Ecce, ecce homo. Et vos igitur homines  
esset mementore. Homo, qui homine ca-  
lamitoso est misericors, meminit sui. Si  
videris nudum, operi eum; & carnem tuam ne  
despexeris.

Senec. in Prov.

Heu! heu! quiescite ab homine, cuius spi-  
ritus in naribus est, quia excelsus reputatus est  
ipse. Hebr. In quo reputatus est ipse? Chald.  
Quasi nihilum reputatus est ipse. Quiescite  
tamen, quia spiritum in naribus habet.

Isa. 58.  
Isa. 2.  
Hebr.  
Chald.

Nimirum severissimus injuriam ultor  
minem cogitare est homo unde hic maximè vobis, ò Ju-  
de, et tuendus, quia homo. Heu! vos mi-  
seri, quibus non Deus monstratur, sed  
homo.

Christum ho-  
minem cogitare  
est homo unde  
hic maximè vobis,  
ò Jude, et tuendus,  
quia homo.

Sed ò omni adhuc crudeliores homi-  
nes! Verè filia populi mei crudelis, quasi stru-  
thio in deserto. Facta est mihi hereditas mea,  
quasi leo in sylva, desit contra me vocem  
suam.

Thron. 4.

Ierem. 12.

Quis hinc non sperasset Christo salu-  
tem certam? Verùm ut ignis oleo, ac li-  
gnis, sic illi hinc magis inarserunt. Velut

A canes, sanguini duntaxat viso, gravius  
adlatrarunt.

Savit canum latratus in auras. Virg.

Verè canes impudentissimi nescierunt salu-  
ritatem.

Ija. 56.

Elephantes sanguine conspecto fero-  
ciores.

Proh! hominum inaudita feritas! Cæ-  
sarem ipsum flevisse fama est, viso Pom-  
peji infensissimi, juratique hostis capite.  
Hi nulla penitus commiseratione tacti,  
non solum temperavere à lachrymis, sed  
infans insuper furor: perciti oculos  
averterunt, quòd gravis esset illis ad viden-  
dum, & clamaverunt: Crucifige, crucifige  
eum.

B

Sap. 2.

Ioan. 19.

O scelerum furor: facinus infandum!  
Producitur in publicum lacera effigies  
mortui spirantis, nec invenit misera-  
tionem, sed acuit iram, & mortuorum  
fuscitator, præ infami sicario, & scelerato  
homicida, præ pestifero monstro, ac tur-  
bulento, dignus morte judicatur!

Christus à Pi-  
lato exhibitus  
lacerata effigies  
mortui spi-  
rantis.

Videte Verbum Domini, nunquid solitudo  
factus sum Israeli, aut terra serotina? Septuag.  
Aut terra plena sentium? Planè terra spina-  
rum, undique perfossus, ac laceratus.

Ierem. 2.

Septuag.

Et certè hic causæ erant permagne ad  
commiserationem impetrandam, videli-  
cet Præsidis preces, quæ atmatæ: modus  
petendi, nudato nimirum verberati cor-  
pore: personâ, quæ petebatur Christus  
Jesus, Deus homo: tempus publicæ laci-  
tiæ, Pascha. Nec his tamen omnibus sen-  
sus humanitatis ullus, nec his omnibus  
corda illa duriora saxi ullatenus ad mi-  
serationem permota.

Multis modis  
permovere ad  
condolecen-  
tiam poterat.

Ecce igitur homo (ad re, ò Pater, sermo-  
nem converto, quando homines homi-  
nem factum non agnoscunt) respice in fa-  
ciem Christi tui. Filius tuus hic, pro nobis  
natus est ex Maria Virgine, & homo factus  
est.

E

Psal. 83.

Ecce homo, qui ut hominem ad pristi-  
nam tuam imaginem restitueret, homi-  
nis penè, quàm assumpserat, imaginem  
perdidit. Inne ille, ò Pater, qui est tuæ  
splendor gloriæ, & figura substantiæ? Inne ze-  
chur in principio in die virtutis tuæ in splen-  
doribus Sanctorum, ex utero ante Luciferum  
genitus? Planè: Hic est Filius meus dilectus, in

Gen. 3.

quo mihi bene complacui. Propter scelus populi mei percussi eum.

At tu, o Mater, nosti Filium hunc tuum? Ecce homo. Vide, vide, Mater, utrum hæc tunica Filij tui sit, an non? Tunica Filij mei est. Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus.

Psal. 86.

Tu solus ergo, ingratus homo, hominem non recognoscens? O homines recogitate eum, qui talem adversus semetipsum à peccatoribus sustinuit contradictionem. Contemplamini nunc superbi humilem: ambrosios intuemini despectum: avari respicite liberalem, vel usque ad pretiosi sui sanguinis effusionem: injuriarum vindices discite agni hujus mansuetudinem: voluptatum amatores in hoc pœnarum spectaculum oculos defigite, ut vestras coercetis libidines, cupidinisque flammam extinguaris. Vide-  
te, videte in vibicibus ejus serpentem toto corpore vestro luxuriæ pruriginem: in corona capitis ejus spinea, capitis vestri superbiam, & elationem: in arundineo sceptro torius vitæ vestræ vanitatem, & fastum: in veste purpureâ vestram animadvertite ambitionem. Exhibitum vobis agnoscite congenitæ complacentiæ studium, stultum auræ popularis venatum, laudisque propriæ nundinationem: & ut compendio dicam, vos ipsos in hoc irrisionum, dolorumque schemate toros ad vivam intuemini, castigatamque in eo contemplamini vitæ torius vestræ vanissimæ fabulam, ne & vos postea summâ cum confusione ostendami-  
ni, dicaturque de unoquoque vestrum: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prevaluit in vanitate sua.

Hebr. 12.

Habes quod in illo quisquis peccator videre debeat.

Psal. 51.

Væ nobis (fratres) si plagosus ita, ita lividus pro nobis fieri dignatus non esset. Planè tales essemus & nos, nisi hic unus homo patiendo restitisset rem. Tales nos è Dei manibus exiremus, nisi taliter cullisset ille exire è manibus hominum.

Sed hæc spes nostra ad Deum, hæc fiducia munimur, ut cum malorum hinc multorum, illinc bonorum nullorum, aut paucorum consilij, in desperationem vergemus, & dicitur nobis: *Frater non redi-*

Psal. 48.

mit; dicamus protinus: *Redimet homo, & dabit Deo placationem suam. Ecce homo obsecro noster. Ecce homo, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.*

1. Pet. 2.

Plorabat olim Propheta, Dei personam referens: *Intuitus sum, & non erat homo. Ecce, ecce homo, qui modò interpositus stabit.*

Jerem. 4.

Conquerebatur ille: *Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittas me in piscinam. Ecce homo, ecce homo, qui suis ipsis languoribus sanet omnes languores nostros.*

Joan. 5.

*Ecce homo, quid quereris? stagno mersare salubri,*

*Ille potest: tantum, quod velit, ipse velit.*

O ergo homo pro hominibus constitutus in iis, quæ sunt ad Deum, qui condolere possit iis, qui ignorant, & errant, tentatus per omnia, sis mihi homo, & quando es homo Deus, sis mihi in omnibus homo Deus.

## ABLUTIO MANUUM.

### PUNCTUM XXVII.

*Accepta aqua lavit manus coram populo dicens: Innocens ego sum à sanguine justis hujus.*

Matt. 27.

**M**anus nostra non effuderunt sanguinem Deut. 21. hunc. Certè ais.

Et tergens os suum, dicit: Non sum operatus malum. Prov. 30.

O, o imunde, si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam borith, maculatus es in iniquitate tua coram Domino. Nò purgant, non purgant contaminatum animi manus lotæ, inquit verè, & appositè D. Leo, nec in aspersis aqua digitis expiatur, quòd famulante impia mente committitur. Quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit?

Jerem. 2.

D. Leo. ser. 3. de pass.

Manus lotæ non purgant animum.

1. Reg. 26.

Jerem. 2.

Quid niteris bonam ostendere viam tuam dicens: Absque peccato ego sum, & innocens?

Ecce

Ecce ego iudicio contendam tecum, quia dixisti: Non peccavi.

Jerem. 4.  
Ezec. 24.  
Amb. in Luc.

Lava, lava à malitia cor tuum, & Pilate, ut salvus fias. Verum immunditia tua execrabilis. Unde in te Ambrosius: Innocentem se voluit ostendere Pilatus verbis, & manus abluendo, non tamen satisfecit, se ostendere innocentem, oportuit se facere innocentem solvendo Jesum: manus quidem lavit: sed facta non diluit: iudex enim nec invidiæ cedere debuit alienæ, nec timori, ut morti sanguinem innocentis addiceret.

D. Leo.

Et pulchre D. Leo sic fatus: Nec in accusato Pilatum reperisse culpam, nec in sententiâ suâ tenuisse constantiam, docet ipsa cognitio, in qua Iudex, quem innocentem pronunciat, damnat, adjiciens in quo populo sanguinem iusti, à quo abstinentium sibi, & intellectu proprio senserat, & somnio uxoris noverat.

B. Laur. de triumph. Christi agone, c. 19.  
Manus suas Pilatus pueriliter lavit.

Pueriliter ergo (addit tam acutè, quàm piè Justinianus) coram populo, aqua accepta, lavit manus suas dicens: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius.* Lavit manus suas, tanquàm si per abluitionem corporis sordes tergerentur animarum. Fecit illi in stultitia opinio. Non est corporaliū macularum punitor Deus, sed spiritalium: neque de exteriori, sed de interiori statu hominum iudicat. *Lavamini,* inquit per Prophetam, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum, quæscite agere perverse, discite bonè facere, quærite iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Nitorem igitur conscientie, animæ pulchritudinè, mentis munditiam, atque sinceritatem vitæ ab unoquoque nostrum exigit, nec discutit, utrum quis non lotis manducet manibus, aut immundis incedat pedibus, seu maculosis, seissisque vestibus gradiatur. *Ego sum* (inquit ipse) *quis scrutor venes, & corda, & do unicuique secundum opera sua.*

Et bis peccavit

Dupliciter igitur deliquit: ræses, & neutrum satisfaciendo detersit: pro humano timore contra mentem egit, & injustissime damnavit innoxium: proprium aliis imposuit facinus, atque sine compunctioni gemitu solâ manuum abluitione se Deo satisfacere credit.

A Sed peregre Hiæ Hieronymus, hanc manuum abluitionem expendens, quid in ea sibi Pilatus voluerit declarat. Pilatus, inquit, accepit aquam iuxta illud propheticum: *Lavabo inter innocentes manus meas;* quodammodò in hoc cõtestans, & dicens: Ego quidem innocentem volui liberare, sed quoniam seditio oritur, & rebellionis mihi contra Cæsarem crimen impingitur, *innocens sum à sanguine iusti huius;* vos videritis, quasi dicat. Ego minister legum sum, vox vestra sanguinem fundit.

Hieron. in Cant. Matt. 27.

Psal. 25.

B O præsidem infelicem! Frustrâ, frustrâ (exclamat in te Cyprianus) manus in Prætorio abluis, à sanguine Domini te profitens innocentem. Tunc ipse causam mortis cum diligenter inquiseris, te non invenisse in eo frateris: ipsa conjux tua tibi nihil tibi & iusto huic esse mandaverat: non excusas, sed accusas, causam tibi facis cum Iudæis communem: illi se proditione; tu parricidio te condemnas: illi linguâ; tu ferro occidis: tam te, quàm illos inauditæ crudelitatis scelus involuit. Veniet anima tua in manus Iudicis: quem condemnas, fractisque tribunalibus tuis iudicaberis, & demergèris in profundum Inferni, eruntque tibi, & Iudæ scelerato in tenebris, & gehennalibus flammis pœnæ irremediabiles, inconsumptibiles ignes, dolores perpetui, & tormenta æterna.

Cyprian. ser. de Pass. Chr.

D Nihil planè potuit Pilatum excusare, quod innocentè capitis damnat: nullo hic certè iudicio, aut jure usus est, nulla hic certè iudicio, aut jure usus est, nulla æquitate in eo damnando, qui fuit innocens publicè pronunciat: sed securus est miser rationes privatas rerum publicarum, & statuum, quas vocant, quæ à sæculi humanâ prudentiâ excogitata, infelices rebus publicis, & statibus perpèrè moliantur.

Pilatus damnabilem statum rationem habuit.

E O perverfam damnandamque statum rationem! Applaudere is voluit populo, proceribus, Cæsari magis, quàm Deo. *Pilatus autem volens satisfacere populo.* Detulit nimirum multitudini, ac proceribus Politicorum instar. Pluris fecit Cæsaris amicitiam, quàm Dei gratiam.

Marc. 15.

Princeps liber sit ab affectibus, oportet.

Not

- Arist. 10.* Non rectum est, hominem, inquit Philo-  
*Eth. 7.* sophus, quem affectus animi sollicitant,  
& non potius legum, in republica do-  
minari.
- Idem c. 12.* Qui legem imperare jubet, is Deum,  
& leges jubet imperare, qui verò homi-  
nem, belluam adjungit: huic enim similis  
est cupiditas, & ita Magistratus etiam  
optimos pervertit.
- 4. Polit. c. 14.* Respublica nulla est, ubi leges non tenent imperium.
- 1. Rhet. c. 1.* Non oportet iram, aut invidiam Judicem impellendo, à recto Judicem deflectere: se similes ei simus, qui eam, qua usurus sit, regulam prius inflectit.
- 10. Eth. 12.* Lex mens est sine appetentia.  
Judex ergo regula inflexa, perversa est, si in affectus inflectitur.  
Ratio status non dampnanda absolute, sed ea, quæ mala. Hæc Tyrannum, non Regem facit.
- 5. Polit. 10.* Pertinet ad Regis officium providentem esse, ut nec divites injuria, nec populares contumelia afficiantur. Tyrannis nullam habet boni publici rationem, præterquam compendij sui gratia: est autem tyrannicum propositum voluptas; regium autem honestas.
- 8. Eth. 12.* Tyrannus suam, Rex eorum, quibus imperat, utilitatem spectat.
- 5. Polit. 10.* Per se esse status rationis maximæ, regulæque tyrannidis; conductos retinere custodes; sumptus facere in educando; populo suo in nulla parte confidere; arma civibus adimere; multitudinem populi concutere; vexare nobilitatem; clam evertere, & palam, & in exilium pellere: unde Periaudri consilium Thra-sybulo datum, supereminentes spicas mutilare, tanquam opportunum fuerit eminentiores civium de medio tollere.
- D. Thom. opusc. 20. c. 3.* Ex D. Thoma, præclaro illo opusculo de regimine Principum, ad mentem Philosophi: Discordias seminare, exortas enutrire, & ea, quæ ad fœderationem hominum pertinent, ut connubia, & convivium prohibere, & cetera hujusmodi, per quæ inter homines solet familiaritas, & fiducia generari, conari, ne potentes, aut divites fiant, ne potentia, aut divitiarum Principi nocivæ reddantur, &c.
- A** O verè tyrannicas rationes! Nunc, ni fallor, Sapientem habeo: Regnantibus impiis ruina hominum. Cum impij sumpsissent principatum, gemit populus. Cum surrexerint impij, abscondentur homines. Rex justus erigit terram, vir avarus destruet eam. Et de his Vates: Et dixisti: Da mihi Regem, & Principes. Dabo tibi Regem in furore meo.
- Prov. 28.* Princeps avarus destruit terram. *Osea 13.*
- B** Annon talis ille, qui dixit: Pater meus aggravavit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestro; pater meus cecidit vos flagellis, ego autem eadem vos scorpionibus.
- 2. Reg. 12.*
- Annon per similes ille primi Regum: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi currus, & equites, & præcursores quadrigarum suarum, & constituet aratores agrorum suorum, & messores segetum, ac fabros armorum suorum: filius quoque vestras faciet sibi focarias, unguentarias, & pansificas, agros quoque vestros, & vineas, & oliveta optima tollet, &c.
- 1. Reg. 8.*
- Itane, rogo, Principes diu imperent? Hisne legibus, aut tyrannicis rationibus diu vivant? Aristoteles Politicorum 5. Corruptitur autem regnum, duobus modis: uno, si seditio oriatur inter eos, qui participes sunt regni: alio modo, si tyrannicè gubernare pergant, volentes esse domini plurimum, & contra legem.
- 5. Polit. 10.*
- C** Rex, qui judicat in justitia pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.
- Prov. 10.*
- Sedes Ducum superbiorum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis.
- Eccles. 10.*
- Tyrannorum dominium diuturnum esse non potest, inquit D. Thomas, cum sit multitudini odiosum: non potest enim conservari, quod votis multorum repugnat; unde vix potest contingere, quod Tyranni dominum protrahatur in longum, non enim conservatur amore, sed timore, timor autem est debile fundamentum.
- D. Thom. opusc. 20. c. 10.*
- E** Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis ejus. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille insidias suspicatur, non credit, quod reverti possit de tenebris circumspiciens undique gladium, cum se moverit ad querendum panem, novit, quid paratus sit in manu ejus tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut Regem, qui præpa-

paratur ad praelium. Habitabit in circuitibus desolatis, & in domibus desertis, quae in cumulos sunt redactae. Non dirabitur, nec perseverabit substantia eius, nec mittet in terram radicem suam. Antequam dies eius impleantur, peribit.

D. Pet. Dam. lib. 7. ep. 5.

Exempla cape, eaque à B. Petro Damiano elegantè relata. Galba, inquit, Romanus Imperator quatuor tantummodò mensibus imperavit, & in Romæ foro gladio percussus occubuit. Tacco Neronem, prætereo Othonem, quos à semetipsis interfectos Romanae Reipublicae testantur Historiæ. Nonne Vitellius inirempus est à Ducibus Vespasiani? Nonne & Pertinax occisus est à militibus Prætorianis? Macrinus, Antonius, Alexander, Philippus, Gallienus, nonne omnes hi Imperatores militaris imperus gladios perulerunt?

D. Ambr. 2. Off. 7. Princeps diligi a subjectis præstat, quam timeri. Ambrosius secundo de officiis: David fortis in prælio, mansuetus in imperio, idèd non cecidit; quia charus omnibus fuit, & diligì à subjectis, quam timeri maluit: timor enim temporalis tutaminis servat excubias, nescit diuturnitatis custodiam. Et in prima Philippica Tullius Antonium absentem ita alloquens: Illud magis vereor, inquit, ne ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes, plus te unum posse, quam omnes, & metui à civibus tuis, quam diligì mavis. Quòd si ita putas, totam ignoras viam gloriæ. Charum esse civem, bene de republica mereri, metui verò, & odio esse, invidiosum, deestabile, imbecillum, caducum, quod videmus in fabulis ipsis, qui Oderint, dum metuant, dixerint perniciosum fuisse. Utinam, Antonium avuntium meminisses. Putasne illum immortalium meteri voluisse, ut propter armorum habendorum licentiam metueretur? Illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem cum cæteris, Principem dignitate. Beatus est nemo, qui ea lege vivit, ut non modò impunè, sed etiam cum summa interfectionis gloriâ interfici possit.

Tullius in Philipp. 1.

Princeps clementiâ regnum

Principi diligì à subjectis præstat, quam timeri. Ambrosius secundo de officiis: David fortis in prælio, mansuetus in imperio, idèd non cecidit; quia charus omnibus fuit, & diligì à subjectis, quam timeri maluit: timor enim temporalis tutaminis servat excubias, nescit diuturnitatis custodiam. Et in prima Philippica Tullius Antonium absentem ita alloquens: Illud magis vereor, inquit, ne ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes, plus te unum posse, quam omnes, & metui à civibus tuis, quam diligì mavis. Quòd si ita putas, totam ignoras viam gloriæ. Charum esse civem, bene de republica mereri, metui verò, & odio esse, invidiosum, deestabile, imbecillum, caducum, quod videmus in fabulis ipsis, qui Oderint, dum metuant, dixerint perniciosum fuisse. Utinam, Antonium avuntium meminisses. Putasne illum immortalium meteri voluisse, ut propter armorum habendorum licentiam metueretur? Illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem cum cæteris, Principem dignitate. Beatus est nemo, qui ea lege vivit, ut non modò impunè, sed etiam cum summa interfectionis gloriâ interfici possit.

Princeps quòd diu, ac feliciter principetur, sit clemens, oportet. Specio tua, & pulcherrima Scriptura selecta.

A chritudine tuâ intende, prosperè procede, & suum felix, ac regna, propter veritatem, & mansuetudinem, diuturnum & justitiam, & deducet te mirabiliter dexte. facit. ra tua. D. Thomas, vel quisquis Author est libri de eruditione Principum: Dominus, inquit, primum Principem populi Moysen constituit, qui erat mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Et 3. Regum legitur: Audivimus, quòd Reges domus Israël clementes sunt. Isaias petit clementem dominatorem: Emitte agnum, Domine, dominatorem terra. Et talis missus est? Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Lex ejus vocatur Lex clementia. Et in signum clementiæ unguuntur Reges. Vel Assuetus, qui erat infidelis, voluit potentia nequaquam abuti magnitudine, sed lenitate, & clementia gubernare subiectos. Unde Seneca: Nullum ex omnibus clementia magis, quàm Regem, aut Principem decet.

Septem sunt, quæ Principem incitare debent ad clementiam. Primum humana ipsa natura, cui potissimum clementia, & mansuetudo congruit. Secundum nobilitas animorum, qui regendi sunt. Seneca: Remissius imperanti melius patetur, nam contumax est humanus animus, & in contrarium, arque arduum nitens, facilius sequitur, quàm ducatur. Tertium exemplum: inter exempla verò præcipuum exemplum est Summi Principis, scilicet Dei, qui benignus, & misericors est.

Dei, qui benignus, & misericors est, præstabilis super malitia Seneca: Si Deus placabilis est, & delicta potentum non statim fulminibus persequitur, quòd æquius est, hominem hominibus præpositum miti animo exercere imperium? Decet supremas excellentias inquit Cyrrillus ad Theodosium, sic Principis animi ad parcendum reis flexens, ut se renae sint, & placido animo. Seneca pulchre de Rege apum: Iracundissimæ, ac pro captu corporis pugnacissimæ sunt apes, & aculeum in vulnere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est. Noluit ipsum natura nec sævum, nec ultionem in magno constitutum perere, telumque detrahit, iram ejus inermem reliquit, exemplum hoc omnibus Regibus ingerens. Pudeat ab exiguis animalibus non tra-

Decet supremas excellentias inquit Cyrrillus ad Theodosium, sic Principis animi ad parcendum reis flexens, ut se renae sint, & placido animo. Seneca pulchre de Rege apum: Iracundissimæ, ac pro captu corporis pugnacissimæ sunt apes, & aculeum in vulnere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est. Noluit ipsum natura nec sævum, nec ultionem in magno constitutum perere, telumque detrahit, iram ejus inermem reliquit, exemplum hoc omnibus Regibus ingerens. Pudeat ab exiguis animalibus non tra-

Pudeat ab exiguis animalibus non tra-

Nnnn here

Psal. 44. D Thom. de erud. Prin. c. 14. Num. 12. 3. Reg. 29. Isa. 16. Matth. 21. Prov. 21. Esth. 13. Principem ad clementiam qua incitare debeant. Ios. 2. Apolog. ad Theod. Apum rex sine aculeo Cur, aut quo mysterio?

here mores. Tantò moderatior homo esse debet, quantò vehementius nocet.

*Homini homine non prodigè utendum.*

Quartum, humani sanguinis pretiositas. Idem Seneca: Clementia alieno sanguinè, tanquam suo, parit, & scit homini non esse hominè prodigè utendum.

*Principi supplicia turpia aque, ac Medico funera.*

Quintum finis, ob quem Principes sunt super alios constituti, ut scilicet hominibus medeantur: unde verecuadam est Principi, si eum occidit, cui mederi debuit. Non minus sunt turpia Principi, inquit Moralis, multa supplicia, quam Medico multa funera. Idem: Princeps alios ex civibus suis, quia utiles sunt, ac boni, libens videat, alios in numerum relinquat, quosdam esse gaudeat, quosdam esse patiatur. Sextum, quòd clementia Principi securitatem dat: Etrat, inquit Seneca, si quis existimat, ibi tutum esse Regem, ubi à Rege nihil tutum est. Securitas securitate mutuà pascenda est. Non est opus latera montiù abscondere multiplicibus muris, & turribus sepire Salvù Regem clementia in aperto præstabit, crudelitas hostes multiplicat. Itè: Oportet, voluntas ante se viendi deficiat, quam causa: alioquin quemadmodum præcisæ arbores pluribus ramis repullulant, & multa satorum genera, ut deasiora surgant, rescinduntur: ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo; parentes enim, liberi, & propinqui, & amici eorum, qui interfecisti sunt, in locù singulorum succedunt. Septimum, quòd clementia regnum roborat, unde dicitur Proverbiorum 20. de Rege, quòd roboratur clementia thronus ejus. Et Machabæorum 2. Davia in sua misericordia obtinuit sedem regni in sacula.

*Prov. 20. 1. Mach. 2.*

Cæterum qua clementia Pilatus usus est, qui nec ulla propterea lacessitus injuria, innocentè, ut furori seditiosè multitudine faceret satis, cõdemnavit? Pilatus autè volens populo satisfacere, tradidit illi voluntati eorum. Legi parendum, non hostiù voluntati: legi obtemperandù, non furori. Nihil diu in legi Princeps antepobat, & post illam cætera habeat, quòd diutissimè, ac felicissimè principetur. Postquam Rex sederit in solio regni sui describet sibi Deuteronomium legis hujus, in volumine, legetque illud omnibus diebus vite sue, ut discat

*Marc. 15. Luc. 22.*

*Deut. 17.*

timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & cæremonias ejus, qua in lege præcepta sunt, ut longo tempore regnet ipse, & filij ejus super Israël. Et sapiens universos Reges ita alloqueas: Cura, inquit, disciplina dilectio est, & dilectio custodia legum illius est, custodia autem legum, consummatio incorruptionis est, incorruptio autem facit proximum esse Deo. Si ergo (concludit) delectamini sedibus, & sceptris, o Reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis, diligite lumen sapientie omnes, qui præstiti populis.

Inaugurabantur diurnâ felicitatem Levitæ, dum super caput uncti Regis reponebant diadema, & dabant in manu legem. Ita factù à Joiadâ in Joas filio Ochoziaz Rege declarando, coronandòq; dum regalem capitis ejus coronâ imposuit, & deinde librù legis in manù dedit, quo significaret, potestatem regalem debere legi divinæ servanda, retinendaque servare. Principè debere legem Dei in manu, hoc est, opere ipso, & observatio ne tenere, si longo velit tempore principari.

*Sap. 6.*

*4. Reg. 11. Princeps legem Dei semper in manu habeat.*

Huc quærendù venit, unde seniores illi Reges in Apocal. tam senes quia adorabât vivente in sacula, sæculorù, & mittebant coronas suas, ante thronum. Quid enim, quæso aliud est, coronas aureas ante Dei thronù mittere, quam in ipso throno confidentis pedib; calcadas subicere, hoc est, divino cultui, & venerationi consecrare, & si op' ita fuerit, pro Dei sanctissimis legib; retinendis, præceptisq; observandis, pro nihilo ducere? Ita, ita Reges consecrarent.

*Apoc. 4. Ita consecraret in imperio.*

Miremur, si Præses hic diutius nõ præfedit, quia Dei leges cõtempserit. Miremur, sitam ipso, quam Hebræorù proceres politicis status rationibus abutentes, ne locum perderent, & gentè, omnia perdidissent: Cyrillus: Nam quemadmodum ipsi Salvatorè omnium Romanis tradiderunt, sic paulò post Romanis tradidi perierunt.

*Judas cur Romanis traditi.*

Sed peregre gressi idè Cyrillus ad illa verba: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? O invidiâ (exclamat) bonis semper operibus æmulam! ò livorem, nihil nisi quod rectum, & bonù est, obliquò dente rodentem! Invidet Soli, quòd in plures suæ lucis distribuit radios. Æmulatur hominibus, quòd à veri Solis luce illustrantur, & ad fidè adducantur. Quare? Quia

*Cyr. in Ioan. lib. 12. c. 2.*

*Ioan. 11. Cyr. lib. 8. c. 1. Invidorum ingenium.*

Quia vellent suam doctrinā, & paternas traditiones ab hominibus potius suscipi, atque in admiratione, honoreque haberi. Quicquid igitur Christo credentiū accesserit, sibi detractū putant, & tanto eorum gloriā magis labefactari, quanto plures in Christum crediderint. Vides, quōd id, quāmaximē timent, ne omnes in Christum credant, ac doctrina eorū neglecta pereat, & ipsi tanquā in honorati deserantur à populo, atque inglorij degant.

*Judai impro-  
bam status ra-  
tionem seque-  
bantur.*

Verū (subdit Cyrillus. callidas status eorum rationes detegit) ut recta quadā ratione videantur moveri ad obfistendū Christi conatibus dicunt, Christū res novas moliri velle, rebellionē in Romanos excitare posse, & Iudæorū regnū sibi vendicare: ob quod, inquit, imminet periculum loco, & genti: nam Romani, accepto nuncio, & comperta rei fama, quōd in novandis rebus ipse studuerit, & Iudæorū sibi voluerit usurpare imperiū, collecto venient exercitu, & tollent locū nostrū, & gentē. His profectū in commodis tempestivē, a jure, occurrendū est: his tantis malis maturē est obviandū, dū adhuc res in integro est. Sustollendū est ē medio tanti auctor incendij. Hoc quidē dicentes, populū volunt concutere, ut pericula subiturū hac occasione ex susceptione tyrannidis, quasi dicant. Si Romani viderint eum turbas ducentē, suspicabuntur nos in tyrannidē velle cōsurgere, & destruent nostram civitatē. Sed ficticia erant, & commentitia, quæ dicebātur. Quid enim Dominus demonstrabat tale, unde hujusmodi de eo posset haberi suspicio? An milites circumferebant? An seditionē docebat? aut discessionē à Romanis? Nunquid dissuadebat censum dari Cæsari, aut pendī illi tributum? Quid, inquam, simile subostendebat, unde sumi posset argumentum affectatē ab illo tyrannidis?

O perversam (cōgō iterum exclamare) status rationē! Verū, vide, obsecro (subdit idē) quā inopes sint consilij, & quā impudenter mentiantur, & prospiciant. Proponunt ipsi, quōd si Dominus sic dimitteretur, venturi essent Romani, & deleruri locum, & gentē. Res autē ipsa contrariū omnino, & oppositum habuit exitum: nam quia nō dimiserunt Dominum

A sic, sed tanquā malefactorē in cruce crudeliter egerunt, venerunt tandē Romani, & locum, & gentem sustulerunt.

Sic respublicas, sic regna, sic imperia in qua status ratio pessundat. Id rectē novit, & suo damno Ieroboā ille tertij Regum, qui ne reverteretur regnū ad domū David, si ascenderet populū, ut faceret sacrificia in domo Domini, ex cogitato consilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit ei: Nolite ultra ascendere in Ierusalē. Ecce dixit tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Egypti. Sed quantum, rogo, hæc statū ratio illi profuit? Et propter hanc causā peccavit domus Ieroboā, & versa est, & deleta de superficie terra. Huc tandem redacta verus politia Regis hujus, hucque vanæ recidunt regulæ statū rationis.

*Respublicas illa status ratio pessundat.*

*3. Reg. 12.*

Quæ nā, quæ so, recta status ratio, qua respublicæ servantur in statu, ac augeantur? Omnia post religionem ponenda, inquit peregre regiē Valerius Maximus. semper nostra civitas duxit, etiam in quibus summæ majestatis decus conspici voluit.

*Ratio status recta quænam. Val. Max. apud D. Thom. ae per nostra civitas duxit, etiam in quibus summæ majestatis decus conspici voluit. lib. 1. c. 14.*

Quapropter nō dubitaverūt sacris imperia servare, ita se humanarū rerū habitura regimen existimantia, si divinæ potentie benē, acque constanter fuissent famulata.

*D. Thom. ibid. lib. 2. c. 4.*

Sallustius in Catilinatio ex Catonis sententia. Nolite, inquit, existimare, majores nostros armis Rempublicæ ex patre magnam fecisse, quippe amplior nobis quam ipsis armorū est copia, sed quia in eis fuit domi industria, fortis iustum imperium, in consulendo animus liber, neque delicto, neque libidini obnoxius.

Emulatores (dixit magnus ille Machabæus ad filios) estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum (hoc est, pro Republica) & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Quod ad filiorum referimus principatum, inquit D. Thomas, quorum unus alteri successit. Ita respublicæ conservantur, augentur.

*1. Mach. 2. D. Thom. ibid. lib. 2. c. 5.*

D. Thomas opusculo recitato de eruditione Principū, libro 2. cap. 5. Qualiter Romani meruerunt dominiū propter leges sanctissimas quas tradiderunt. Est, inquit, & alia ratio, unde dignē Romani dominiū sunt adepti, zelus videlicet justitiæ, quo quidem modo acquisierunt principatum quodam jure naturæ, à quo habet exordium omne justum dominiū.

*D. Thom. ibid. lib. 2. c. 5.*



*Idem ibid.  
cap. seq.*

*Prov. 8.*

*Isocrat. in  
Areopagit.  
Plutarco. ad  
Princ. inculd.*

Et cap. sequenti: Quomodo concessum est eis dominium à Deo propter ipsorum civilem benevolentiam. Hæc igitur optima sunt status rationes: *Per me, per me*, inquit Deus, *Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Et de eodem dicitur: *Non est similis tui in legislatoribus.* Quare perversa status ratio censenda est, quæ divinæ legi quoquo modo advesetur.

Est quidem status ratio, recta consultatio circa ea, quæ graviora, ac potiora sunt in gubernatione politica, civilibus, humanisque legibus per excellentiorem quandam epicheiam, æquitatemve, non tamen divinâ lege superior. Unde Pilatus, populusque ratione status abusus, nec se ipsum in statu, nec Rempublicam incolumem conservavit.

Disceant Principes rectâ ratione status uti, non abuti.

A. Unde *causata, innocentissime Domine, quasi impij iudicata est.* Tu omnium cognitor, pro me cognitori audiendus astitisti. Iudicium intrasti Iudex, rei reus factus es, à pœnalibus suscepisti pœnas, à damnatis sententiam non refugisti.

En hodie innocens Naboth, homo ille fructificans, qui exiit seminare semen suum. Hebr. quique discipulus ait: *Elegi vos, ut eatis, & fructum afferatis; & qui dat velle, quod est semen, & perficere fructum, veræ, inquam, vineæ Domini Sabaoth, à Iezabel insulsa stercorearia, hoc est, Synagoga, quæ bonorum temporalium in stercore se volutabat, falsis in eum relictibus perquisitis, postulatus, ac damnatus ad mortem.*

O innocentissime Jesu, quàm potiori jure, ac innocentia ad Patrem conversus dicere poteris: *Domine Deus, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia, antequam fiant, tu scis, quid falsum testimonium tulerunt contra me, & ecce morior, cum nihil horum fecerim, quæ isti malitiosè composuerunt contra me.*

Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iustè, & probas renes, & corda. Vide amulionem tuam ex eis: (quæ niam & ipsi clamaverunt: *Sanguis ejus super nos, & super liberos nostros*) tibi enim revelavi causam meam.

Iudica me Deus, & discerne causam meam, de gente, non sancta, ab homine iniquo, & doloso erue me.

Quænam, rogo, læta unquam sententia iniquior, aut injustior eâ, quæ innocentia ipsa damnatur? Solus amor innocentie patrocinatur, ut si Christus hodie moritur innocens, amore patrocinante moriatur.

In horto Gethsemani capitur, & planè mysterio: quia undique odorem innocentie halat; & signanter *Gethsemani*, quod est *vallis olei*, ut amor causam agat, & comprobeat innocentem, qui propter eâ potius in horto, quàm in cœnaculo capi maluit, ne quæ immoderantiæ suspicio orietur in captum.

In ædibus pontificiis percutitur à lapâ, & ne forte temerari erga Pontificem argueret ut honoris, hæc protinus pro innocentia subintulit: *Si malè locutus sum, testimonium*

*Iob. 36.*

*3. Reg. 21.*

*Hebr.*

*Matth. 13.*

*Dan. 15.*

*Phil. 2.*

*Dan. 13.*

*Ierem. 11.*

*Psal. 42.*

*Amor solus  
innocentia pa-  
tronus.*

*Ioan. 18.*

*Matth. 26.*

*Marc. 14.*

*Hebr.*

*Amore patro-  
cinante mor-  
tuus Christus.*

*Cur in horto,  
non in cœnâ  
capi voluit.*

*Ioan. 18.*

## SENTENTIA.

### PUNCTUM XXV.

*Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum, Luc. 23. Et sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos. Hebraicè autem Gabbatha, &c. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Joan. 19.*

*Ecl. 3.*

*Clem.*

*Habac. 1.*

*Isa. 53.  
Vatabl.*

*Tert. Apo.  
c. 21.*

Vidit sub Sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem. Et quando magis? Fuit iidem, inquit Clemens, accusatores, testes, & iudices, sententiæque authores.

Heu! *Quare non respicis, Domine, super iniquè agentes, & taces, devorante impij iustiorum se?*

Nunc planè: *De iudicio sublati es, aut juxta Vatabulum: Absque dilatione, & citra iudicij iraptus, v. Ipertractus est. Violentiâ nempe suffragiorum, inquit Tertullianus, in Crucem dedi sibi extorserunt.*

testimonium per hunc de malo, si autem bene, cur me cadis?

Matth. 26. Petrus Christi innocentia non obsuit.

Ad Annæ domum pertrahitur, ubi à Petro, discipulo, socio, commensali negatur. Sed Petri testimonium haud nocet innocentiae: negavit etenim cum iuramento, quia non novisset hominem; ergo de eo nihil probavit, unde adhuc innocentia triumphat.

Ioan. 19. Tertull. in Apol. c. 21.

Traducitur ad Pilatum, eoque semel, atque iterum examinato, pleno ore Pilatus & ipse jam, ut loquitur Tertullianus, pro sua conscientia Christianus, retulit: Ego nullam invenio in eo causam.

Luc. 23.

Transmisit is Christum ad Herodem, à quo amictus alba, hoc est, sua ipsa innocentia, discessit.

Matth. 27. Iudas etiam profuit.

Proditor ipse pecuniam reportat: Peccavi, inquit, tradens sanguinem justum. Et magnum (inquit D. Maximus iterum allatus) Domini: cæ innocentiae testimonium, dum accusator ejus, & confitetur de scelere, & reus est de mercede.

D. Maxim. hom. de accusato, & condemn. Domino.

Quærantur adversus eum testimonia, sed ea minime convenientia.

Marc. 14.

Quid plura? Innocens inventus est (ut Jurisperitorum verbis utar) de jure, & de facto: crimen nunquam commiserat, & ea, quæ objecta fuerant, juridicè probati minime potuerunt. Captabunt ergo nunc verè in animam justam, & sanguinem innocentem condemnabunt.

Cypr. serm. de Passione Christi.

Unde Cyprianus: Consideravi opera tua, & exparvi Clavis sacros pedes terebrantibus, fossisque manibus, de vulnerum anxietate non loqueris, de spinis sacrum caput pungentibus non quereris, sed satagis, ut innotescat posteris, quare derelictus à Deo videaris, expositus contumeliis & Judæorum ludibriis. Causam mortis in te non esse Pilatus ipse prædixerat, & Caiphas mortem tuam pro inimico populo satisfacturam cum esset anni illius Pontifex, prophetaverat. Tu de morte non agis, de opprobriis non contendis, sed hoc vis intelligi, quæ sit causa mortis, quis quaestus, ut utraque recognita, peccatum appareat, & gratia, & quanti ponderis sit utrumque, rerum probet effectus, cum originali morti nullum nisi in Christi morte potuerit esse re-

medium, nec reconciliare Deo potuit exules, & damnatos qualibet oblatio, nisi sanguinis hujus singulare Sacrificiû. Quasi dicat: Hoc voluit, hoc moriens ille curavit, ut plenissimè suâ innocentia constaret, quæ non pro suo, quod nullum habere poterat, sed pro mundi peccato moriebatur.

Pulchre D. Gaudentius ad illud: Ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris. Dominus, inquit, Jesus in Passione sua judicatur, & vincit, moritur, & triumphat.

D. Gand. de Nat. Dom. serm. 12. Psal. 50.

Sciebat, sciebat Præses, quod per invidiam tradidissent eum. Et quid mirum, si clament: Crucifige, crucifige eum? Radix homicidij, inquit Chrysostomus, invidia, & invidiæ fructus, homicidium. Unde & Apostolus utrumque nequit: Plenos, ait, invidia & homicidio. Nihil livore, nihil invidia gravius: per eam mors in mundum venit: nam cum hominem honorari Diabolus conspexisset, ejus boni impatiens, omnia molitus est, ut eum perderet, semperque ex hac radice fructum hunc erupisse liquet. Propter hanc Abel interemptus est: propter hanc David cædis periculum subiit: propter hanc alij multi perempti sunt: hinc Judæi Christum interfecerunt.

Matth. 27. Invidia radix homicidij. Chrys. hom. 54. in Gen. Rom. 1.

Invidus felicitatis humanae dæmon.

Huc appositè Basilii: Transfer, inquit, cogitationem tuam ad maximam invidiam, & ob maxima conflaram, quæ ex Judæorum contra Salvatorem insania orta est. Cur invidebant ei? Propter miracula. Quæ miracula? Salus egenorum, alebantur esurientes, excitabantur mortui, & vivificanti invidebant: fugabantur Dæmones, & imperanti illis struebantur insidia: mundabantur leprosi, claudi ambulabant, surdi audiebant, cæci videbant, & benefactor fugebatur: denique eum morti tradiderunt, qui vitam est largitus, & flagris cædebant hominum liberatorem, & condemnabunt mundi Judicem. Sic ad omnia pervenerunt invidiæ mala.

Invidia Christi sto mortem at- tulit.

Et quò non perveniant? Invidia cælum tentat, inquit & verè, & eleganter Chrysologus: ibi enim Diabolum fecit ex Angelo: urit terras, quæ utique Paradisi nomine

Invidia cælum tentat. Chrysolog. ser. 172. bis

Naaa 3.

Matth. 2.

bis amœna flammeo custode secluse :  
Reges urget, quia hæc Herodem in eo-  
vos Christi sic compulit deservire, ut an-  
tè lac, quam sanguis teneris funderetur  
ex membris: charitatem violat, nam hæc  
Cain reddidit fratricidam, & innocuam  
adhuc terram novi sanguinis cruore per-  
fudit: vastat populo, namque Judæos  
hæc, si dicas est sermo, fecit esse  
Deicidas: Deicidæ enim, non quò  
pervenit: sed quòd hoc tetendit.  
In Christo enim Judæi non hominem  
tantum, sed Deum, Filium Dei conati  
sunt opprimere, necare virtutes, eum di-  
cunt: *Hic est hæres, venite, occidamus eum, &  
nostra erit hereditas.*

Matth. 5.

*Omnes virtu-  
tes exurit.  
Aug ad Eva-  
res in eremo.  
ser. 18.  
Ist. 4.  
Tinea, arugo,  
bruchus vir-  
tutum.*

O invidiam! ô monstrum! ô pestem!  
Invidia, Fratres desideratissimi, ( sic in  
eremo loquebatur Augustinus ) omnes  
virtutes concremat, omnia bona disti-  
pat, omnia mala generat. Invidia est illa  
pessima tinea, quæ purpuramenta virtu-  
tum demolitur, arugo, quæ thesaurum  
sapientie prædatur; bruchus, qui terra-  
rum virentia comburit: quia quicquid  
boni operis videtur in homine, penè pe-  
stis invidia, nec est, quæ Angeli-  
lum de celo, quæ hominem de  
Paradiso exul, quæ filios Israël in de-  
serto percussit, quæ contra Joseph fratres  
armavit, quæ Daniele in lacum leo-  
num misit, quæ caput nostrum Cruci  
affixit.

Cant. 8.  
Greg. ibid.

Ita est. Fratres: ita Christus in Cruce  
nunquam suspensus fuisset (inquit Gre-  
gorius ad illa C. verba: *Dura,  
sicut infernus, amulans* ) magnam in-  
vidiam cor Synagoga exarsisset: dum Sy-  
nagoga Christum ad Inferos transmi-  
tere putavit, ei usque ad mortem corde  
immisericordi invidit. *Fera ergo pessima  
(invidia) devoravit filium meum Joseph.*

*Pilatus pro tri-  
bunali non se-  
dit.*

Cum itaque innocentem per invidiam  
sibi traditum Pilatus adjudicat, quàm  
impie, quæso, quàm injustè pro tribunali  
sedet?  
O quàm non sedit, cui nec sedendo, nec  
quiescendo animus factus est prudens!  
ô quàm non sedit, qui tam præproperè sen-  
tentiam tulit! Uno vix integro die ca-  
ptus, damnatus, crucifixus est Christus,

A Distulisset saltem ad decem dies, quibus  
vel post latam sententiam damnatorum  
vita proterendi poterat. Sic Tacitus in 3.  
Annalium. Factum Senatusconsultum,  
ne decreta Parrum ante diem decimum  
ad ætatem deferrentur, idque vitæ spa-  
tium damnatis prorogaretur. Nulla sa-  
tis de morte cunctatio longa est.

*Præcipitavit  
sententiam.  
Cornel. Tac.  
3. Annal.*

B Optimè consuluit Theodosio Ambro-  
sius, ut sententiâ capitis ad triginta dies  
extenderet. Hic præceptum in sententiam  
ruit, ac sedens in sententia non sedit.

*Iuvenal.  
In causa mor-  
tis nullæ satis  
longa cuncta-  
tio.*

C Miser, qui sedit pro tribunali, contra tribu-  
nali in loco, qui dicitur *Lithostrotos*, hoc est,  
loco lapidibus strato. Hebraei autem *Gabbat-  
tha*, eminenti, vel excelso: nec ullam tamen  
Judicis celsitudinem, firmitatem, con-  
stantiam ve tenuit, sed penitus iudicium  
inclinavit. Justitia est constans, & perpe-  
tua voluntas, jus suum utriusque tri-  
buens. Quæ is, rogo, constantia prædi-  
tus, quæ animi firmitate? O, ô Judicem  
pusillanimum! Levinusculus eum metus  
deflexit, non qui constantem virum à  
gradu deturbet. Clamores turbellæ tan-  
tum audierat, non viderat gladios, aut  
hastas ad pectus admoras, ni damnaret.  
Seneca in Octavia:

*Cassiod. lib.  
Tripar. c. 30.  
Ioan. 19.  
Græc.  
Hebr.*

*Iustum esse facile est, cui vacat pectus  
metu.*

Horat. 3. Carm. 3.

*Iustum, & tenacem propositi virum,  
Non civium ardor prævia subentium,  
Non vultus instantis tyranni,  
Mente quatit solida.*

Sed sat scio, justitiam non esse in terrâ.  
Non est veritas, non est miseri,ordia, non est  
scientia Dei in terra. Domino, in celo miseri-  
cordia tua, & veritas tua usque ad nubes. In  
cælo Christi mors decreta est. Convene-  
runt enim verè (inquit ad Deum Petrus)  
adversus sanctum puerum tuum Iesum, quem

*De justitiâ &  
jur. institut.  
lib. 1. §. 1.*

Osee 4.

Psal. 35.

Act. 5.

E unxisti, Herodes, & Pilatus, cum gentibus, &  
populis Israël facere, quæ manus tua, & consi-  
lium tuum decreverunt fieri. Ubi in Mar-  
ginali asterisco pulchre notatum, prius:  
*Quæ manus tua, & consilium tuum prius de-  
creverunt fieri; hoc est, nisi ex maxima  
pietate, & misericordia filium Patris prius  
tradidisset, nunquam eum impij Judices  
morti tradere potuissent.*

Margin.

Tu

Sup. 12.

Tu, tu Pater, cum sis justus, juste omnia disponis, eum quoque, qui non debet puniri, condemnas, & exterum a firmas à tua virtute. Sed quomodo justus, ait Gregorius, si eum, qui non debet puniri, condemnat? Et difficillimum locum enodans, respondit: Mediator siquidem noster puniri pro semetipso non debuit, quia nullum culpæ contagium perpetravit, sed si ipse indebitam mortem non susciperet, nunquam nos à debitâ morte liberaret. Pater ergo, cum justus sit, justum puniens, omnia justè disposuit: quia per hoc cuncta justificat, quòd eum, qui sine peccato est, pro peccatoribus damnat, ut eo electa omnia ad culmen justitiæ surgerent, quo is, qui est super omnia, damna injustitiæ nostra sustineret.

Greg. lib. 9. in Job. c. 2. Deus Pater, quanquam justus, punire illum, qui non debuit puniri.

CRUCIS BAJULATIO.  
PUNCTUM XXVI.

Et bajulans sibi Crucem exiit in eum, qui dicitur Calvaria locum. Joan. 19.

B. Laur. de triumph. Christi. Hagone, c. 16. Christus quasi in mortem Calvarie onus sui cruce exierit.

Suffragantibus ergo sparsim invicem stantibus, quæ conveniant ad spectaculum, ita pie Justinianus ecce jam Dei Filius egreditur de janua, Crucem super humeros ferens. Incedebat demisso vultu, incessu humili, fatigatus, & anxius, quippe qui tota nocte fuerat flagellatus, colaphizatus, conspurus, illusus, atque oppressus.

Tardius incederet, nisi patibulum quasi penna pœnarum, & ala charitatis aprata sanctissimis humanis, molem excruciatu corporis veheret potius, quam videretur. Vadit nunc tandem ad ferale jugum, proditque extra urbem suis obsequiam et inimicis divini Patris Sapiencia: & quidem omnia bona secum portat, hoc est, Crucem. Prodit Jesus lignum humeris bajulans, hoc est, trophæum fixurus victoriæ sempiternæ.

A Eunte igitur ad locum clarificationis D. Leo serm. Domino, & misericordia ab impiorum 10. de Pass. tabernaculis exeunt, ut impleretur, Psal. 118. quod scriptum est: Longè à peccatoribus salus. Luc. 23. latus: sequebatur eum multitudo populi, & mulierum plangentium, & lamentantium eum: sed istum sibi planctum Dominus Jesus dedignatur impendi (fatur sic allatus jam iterum D. Leo) quia non decebat luctus triumphum, nec lamenta victoriam.

B Sux trophæum gloriæ Christus jam gerebat, ita Cyprianus: Ascendisti, Domine, palmam, quia istud Crucis tuæ lignum portendebat triumphum de Diabolo, vel de principatibus, & potestatibus, & nequitis spiritualibus victoriam.

Et quis Regum insignie potestatis fuz homero præfert (inquit acutè adversus Marcionem Tertullianus) & non aut capite diadema aut manu sceptrum? Solus novus Rex Christus novæ gloriæ potestatem humero extulit, Crucem scilicet. Factus nimirum principatus super humerum ejus.

Dicite in nationibus: quia Dominus regnavit à ligno: quia à passione ligni, ut ait Tertullianus, superata morte regnavit.

Isa. 9. Psal. 95. Tert. contr. Iud. c. 10.

Isa. 49. Gen. 49. D suum ad potandum: subjiciens se Crucem, inquit Ambrosius, ut nostra peccata portaret.

Cur ergo lætus non incederet? D. Casari pulchè: Exhibitam Crucem super humeros, tanquam victor, tollens, ibat spontè in ea clavis suffigendus. Sic Isidorus Pelusiota: Judicis sententiâ Cruce damnatus, eam tanquam victor, humeris tollens incedebat.

E Quo passus? Sedita in pedibus ejus non apparebat Hieronymus: Præ amore, viæ laborem non sentiret, neque aliquam imbecillitatis humanæ lassitudinem.

Quid miremur? Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi, Tigurina: Aestus meus me fulciebat, internus nimirum amoris æstus ad onus hoc perferendum adjuvabat.

Iugum meum (dicere poterat) suave est, & onus meum leve. Ulterò ob id demisso polito, curvat scapulas, inquit peregrinæ Cruce.

Cypr. ser. de Pass. Christi.

Tert. l. 3. Cur humero

insigne potestatis prætulit.

Isa. 9. Psal. 95.

Tert. contr. Iud. c. 10.

Gen. 49.

Gen. 49.

Ambros. de bened. Patri. arch. c. 6.

Quam lætus mortem adierit.

D Casar. dial. 3.

Isid. Pelus. l. 1. ep. 289.

Isa. 24.

Hieron.

Isa. 63. Tigurina.

Matth. 11.

Arnold. tr. de 7. verbis

Domini in Cruce.

Arnoldus Carnotensis; nec grave iudicavit eos pati, qui seiplos ferre non possunt.

Drogo.

Peracutè Drogo libro de sacramentis paschalibus, apostrophe ad Christum: *Cru x gloria tua est: Cru x imperium tuum est super humerum tuum: portas (subdit) portantem te.*

Naz. or. 21.

in Pasch.

Crucem, ovem

que perditam

ius dem hume-

ris portavit.

D. Pacian.

in Paran. ad

poenit.

Drogo ibid.

Cur ergo, iterum rogo, tam latus? quia nimirum in Cruce ovem deperditam reportabat. Venit Dominus ad montes, & colles, ubi sacrificaret, inquit Nazianzenus, & balantem invenit, inventam eisdem humeris, quibus & Crucis lignum sustulit. Concinit Pacianus sic fatus: Propter unius oviculæ detrimentum cervicibus suis, & humeris Dominus non pepercit, integrato gregi præferens peccatricem delicatam. Unde & idem Drogo ad Christum sub Cruce exultantem: O maxime Imperator, quomodo, aut quò portas imperium tuum super humerum tuum? Humerus tuus altus est, & pertingit usque ad Patris confesum, super omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Quasi diceret: Illuc Christus Crucem intulit, quò obedientiæ trophæum, quò oves per Crucem redemerat, reportavit.

Idem lib. de

sacram. Do-

minica Pass.

Athanas. de

Pass. & Cru-

ce Domini.

Festinus in lo-

cum crucis

contendit.

Quamobrem?

Vade igitur, vade jam secuta ovis Joseph (subdit idem mer eleganter) Christus te portat super humerum suum, Fortis humerus ejus, noli timere.

En bajulans sibi Crucem, ut spiritu exultat! Cum festinatione ad locum vadit, ubi eum in Crucem ascendere oportebat (inquit alibi allatus Athanasius) ut chirographum nostrum, quò inimicus abstulerat, affigeret cruci, & spolians vestibus Principes, & Potestates, cum fiducia eas traduceret, & ostentui haberet, in ligno triumphans de illis exhiberetque evulsam ex dracone hominem.

Deut. 23:

Certè antequàm Christus pateretur, lignum erat ad mortè. *Maledictus omnis, qui pendet in ligno*, sed propterea lignum super humeros tulit, ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret, & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Quòd & paulò supra innuit Athanasius: Statim igitur, inquit, postquàm ira fortiter se gessisset Dominus, & cecidisset inimicus,

Athanas. ibid.

imposuerat ei Crucem, insigne reverà victoriæ, monumentumque inviti contra se ipsos inducentes: quamdiu enim stabat inimicus, tenebant ipsi caruifices lignum, qui ubi lapsus, & direptus esset, tum trophæum suscepit Dominus, & sibi bajulavit; siquidem (subdit) decebat victorem jam triumphantem de Diabolo, non alteri concedere, sed sibi suum trophæum gestare. Pergit ad rem optimè: Resumpsit antè simul cum trophæo vestimenta sua ab illis, abiturus ad mortem, ut ea simul cum morte exeret, fecitque eos accelerare, qui ipsum ducebant.

Grande planè spectaculum! (inquit Augustinus) sed si spectet impietas, grande ludibrium, si spectet pietas, grande mysterium. Si spectet impietas, videt Regem pro virga regoi, lignum sibi portare supplicij: si spectet pietas, videt Regem bajulantem lignum ad semetipsum ligendum, quò fixurus fuerat etiam in frontibus Regum, in eo spernandus oculis impiorum, in quo erant gloriata corda Sanctorum. Dicitur enim à Paulo: *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi*; ipsam Crucem suam suo gestans humero commendabat, & lucerna arsuræ, quæ sub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat.

Aug. tract.

117. in Ioan.

Egredere ergo jam, anima mea, ut eum ad tuam redemptionem sic properantem videas, quem & Patriarchæ exultaverunt, ut viderent, & gavisi sunt. Hic enim jam educitur Abel in agrum à fratre, ut perimatur (ira Hieronymus ad illa verba: *Et educunt illum, ut crucifigerent eum*) Hic adest Isaac cum lignis, & Abraham cum ariete in Sabech hærente. Hic adest Joseph cum fascæ csemij somniato, & tunica talati sanguine lita. Hic adest Moyses cum virga, & serpente suspenso in ligno. Hic adest botrus in ligno portatus. Hic adest Eliseus cum ligno ad quærendam securim, quæ in ima demersa est, & nata vit ad ligam, id est, genus humanum, quò a ligno vetiro in Infernum cecidit, & per Baptismum aquæ ad Paradisum nata vit. Hic adest Jonas, de ligno fortis in mare, in ventremque ceti

Gal. 6.

Hieron. in

Marc. 15.

Gen. 4.

Gen. 22.

Gen. 37.

Num. 21.

Num. 13.

4. Reg. 6.

Ion. 2.

triduo

eriduo missus. Pulchrè, ac eruditè Hieronymus, aut quisquis Author est in D. Marcum Commentarij.

Quibus è figuris duæ potissimum ad rem veniunt seligendæ. Hic adest Isaac cum lignis. Dixit & Tertullianus: Isaac cum à patre hostia duceretur, & lignum sibi ipsi portaret, Christi exitum jam tunc denotabat. in victimam concessi à patre, lignum Passionis suæ bajulans. Erat ergo Dominus, si unquam alias, tunc verus Isaac, quod est Christus. Et quidni rideret sub onere, quidni lætaretur, qui ad holocaustum perferendum ignem tanti amoris, & charitatis in corde, & manu cernebat Patris?

Hic adest Ioseph cum fasce cremij somniato. Certè Christus præ ardore patiendi (dicere liceat) Crucem somniabat. *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens.* Ad crucem nimirum, ubi Christus (qui verus est Ioseph) pervenit, in tantum excrevit, ut eum totus non caperet mundus. Ita Ambrosius: In Cruce positus, commendat in manibus Patris spiritum suum, quia totum alius non capit Christum.

Quid ergo pro nobis taliter amplexantem Crucem, ac taliter æstimantem, non imitabimur, non sequemur? En verus Abimelech, quod est Pater meus Rex, aut Pater consilij, qui ramum humero gestans, consulens ait: *Quod me videtis facere, citò facite.*

Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam. Suam, inquit: quia stat Crux cuique sua. Christus tulit non suam, hoc est eam, quam pro nobis ferre dignatus est. (Dolores nostros ipse portavit. Septuaginta: *Iste peccata nostra portat.* D. Petrus: *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* D. Athanasius: *Esferens peccata nostra in Crucem, unà cum corpore suo.* Syriacus: *Et bajularvit omnia peccata nostra, eaque sustulit in corpore suo ad Crucem.* Iterum Isaias: *Propter scelus populi mei percussit eum.* Septuaginta: *Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem.*) Nos igitur crucem nostram non feramus? Crucem portat Christus, non sibi, sed nobis transgressoribus debitam, ut pulchrè ait Cyrillus: eam nondum nobis suadeat?

Speranza Scriptura selecta.

A Suam, dixit, ne putares Christi Crucem sufficere sine tua. Sic Hugo Carenfis. *Hug. Carã. Et bajulans sibi Crucem.* Ut eam iis commendaret, ait Glossa, qui post ipsum erant portaturi.

Sed tamen (heu!) plerique reptant, ac pertrahunt crucem suam, inviti eam post se trahunt. De Simone Cyrenæo: *Hunc portant angaria verum, ut tolleret Crucem ejus.* Graece: *Hunc coegerunt, aut compulerunt, live adegerunt, ut tolleret Crucem ejus.* Sic, sic & multi adigendi sunt, ut tollant suam, quã unusquisque, velut monet Christus, e quo animo amplexari debet.

Tollat, inquit, crucem suam; nam meam non poterit (satur in persona Christi devotissimus Thomas à Villanova) gravissima est enim, & ponderosa, & quam nullius puri hominis humerus portare suffineat. Non meam injungo, sed tollat suam, levem, facilem, portabilem, & quæ non virili humero, sed manu sola portari queat. Sufficit mihi, ut qualemcunque crucem subeat, hoc solo contentus sum. Non peto sanguinem à te, Christiane miles, non ulcera, non tormenta, non spinas, & verbera, quæ pro te ipse passus sum: age poenitentiam pro peccatis tuis, & sufficit mihi. Jejuna, plora, vigila, afflige modicum carnem tuam, & satis est. *Levis est ista crux, quis de ejus pondere merito conqueratur? Si meam imponerem, sustinere utique debuisses, debes enim mihi vitam tuam, quoniam pro te exposui meam: sed melius tecum ago; tolle crucem tuam, & satis est mihi.*

Non tibi durum videatur verbum Crucis, non tibi videatur injustum: ego pro peccatis tuis onera Crucis sustineo, & tu, qui commisisti, videns ridebis, & lætaberis, neque hujus tanti oneris participationem fieri dignaberis? Non te mihi bonum Cyrenæum exhibebis, ut vel à tergo exiguam Crucis meæ portionem sustineas? *Esset mihi in agone hoc non modica consolatio, si eum, pro quo sustineo hæc omnia, adjutorem, & non irrisorem haberem, si vel modicum mecum pro suis sceleribus peccator contristaretur, & suas mihi lachrymas dignaretur adjungere, non quoddam redemptionis opus*

Oooo indi-

Tertull. lib. contra Iudaos 210.

Gen. 49.

Ambros. in 24. Luc.

Judic. 9. Hebr.

Luc 9. Math. 16.

Isa. 53. Septuag. 1. Petr. 2. D. Athan.

Syriacus.

Cyrill. lib. 22. in Ioan.

Hug. Carã.

Joan. 9.

Gloss. ibid.

Crucem suam

multi inviti

Hunc portant.

Math. 17.

Graec.

live Graec.

Math. 16.

B. Th. à Villa-

nova conc. 3.

de uno Mar-

tyre.

Crucem vel le-

vem feramus

nostram, qui

non possumus

gravè Christi.

Math. 27.

Crucem nostrã

cur à nobis

portari optet

Christus.

Isa. 63.

indigeam socio, non quòd mea Crux non suffecerit mundo: *Torcular enim calcavi solus, & ad omnia peccata delenda, solus superabundo*) sed quia hoc rectæ justitiæ ordo deposcit, ut nemo salvetur invitus, nullus coronetur indignus: *Qui vult ergo venire post me, tollat crucem suam.*

Crux sua cuiq;  
præsto est.

Sed forte inquires: Et ubi ego inveniam crucem? Immo, ubi non invenies eam?

Gal. 5.

Quocunque te veritas, præsto tibi crux erit, si Evangelium observas: omnis enim vita Christiani (Augustino teste) si secundum Evangelium vivitur, crux est. Unde Apostolus: *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitio, & concupiscentiis.* Annon crux, quæ confixam detinet carnem, ne post suas concupiscentias vadat, & ne pereffluat in delicias? Qui enim crucifixus est, quocunque vult, verti non potest: sic etiam est omnis caro Domino crucifixa.

Clavi, quibus  
cruci figimur,  
amor, timor  
spes.

Clavi autem, quibus configitur, tres sunt, amor, spes, timor. Firmissimus clavus amor, quo manus iusti configitur, ne operetur iniqua. Beatus, qui hoc clavo configitur, qui non tam spe gaudiorum, aut timore tormentorum, quam ne diætiò displiceat, tota vita abstinet ab illicito. Hunc qui nondum consecutus est, saltem configatur spe, inclinet cor suum ad faciendas justificationes, & abjiciendas iniquitates suas propter retributionem. Quòd si nec hunc habet ad manum, saltem clamet cum Propheta: *Confige timore tuo carnes meas, & pedes meos, ne vagari incipiam post greges sodalium meorum.* Quòd si quis huiusmodi clavis jam mundo confixus est, satagat etiam, ut mandus sibi crucifigatur, ut dicere possit cum Apostolo: *Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Hactenus B. Thomas.

Psal. 118.

Saltem configatur spe, inclinet cor suum ad faciendas justificationes, & abjiciendas iniquitates suas propter retributionem. Quòd si nec hunc habet ad manum, saltem clamet cum Propheta: *Confige timore tuo carnes meas, & pedes meos, ne vagari incipiam post greges sodalium meorum.* Quòd si quis huiusmodi clavis jam mundo confixus est, satagat etiam, ut mandus sibi crucifigatur, ut dicere possit cum Apostolo: *Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Hactenus B. Thomas.

Ibid.

Cant. 1.

Sub umbra illius, quem desideraveram, sed di, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Gal. 6.

O bona Crux, quæ decorem, & pulchritudinem de membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quæsitæ, & aliquando cupienti animo præparata! sulcipe me ab hominibus, & redde me Magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te moriens me redemit. Ne permittas me, Domine, ab impio Iudice deponi, quia virtutem sanctæ Crucis agnovi.

Naz. de divers.  
vita generum  
beat.

Felix, qui suam crucem tollit. Beatus, inquit Nazianzenus, qui facultatibus omnibus copiisque suis Christum emittit, ac pro omnibus opibus crucem habet, eamque sublimiter gestat.

Crucem qui  
pro omnibus  
bonis habet,  
beatus.

Sentiat, sentiat hoc, qui pondere suæ crucis humi reptat, qualiter crux ferenda sit, ac intelligat, non statim illum esse beatum, qui crucem habet, sed qui eam sub-

limiter portat. Quonam modo eam tulit Christus? Planè tam sublimiter, ut eam tulerit (veluti jam divinitus fatus est Drogo) usque ad Patris confessum, super omnem principatum, & potestatem, & virtutem.

Et hoc fortè innuit illic Apostolus: *Qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem.* Quodnam, quæso, gaudium? Triplex, inquit Lyranus. Primum, quòd divinam Patris voluntatem adimpleri videbat. Secundum, quòd nostra redemptio inde proveniebat. Tertium, quòd ita sui corporis glorificationem merebatur. Tria hæc & nos in nostra cruce pensare debemus, in hac scilicet divina adimpleretur voluntas, & nostræ cooperamus, redemptioni, & hanc convenit amplexari, si gloriam querimus.

Væ his, qui crucem fugiunt, qui crucem perhorrescunt, qui eam, ut onus intolerabile, nec digito tangunt. Crux mortificationis (credite) levior, ac suavior est ipsi mundi voluptatibus. Quis ad crucis complexum curreret, nisi crux suavis esset? Bernardus ad illud: *Mihi autem abstinet gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.* Quid est hoc? inquit. Ergo crux amara potest, & crux pretiosa est? Et crux habet glorificationem? Ita est, si fuerit, qui colligat. Semper lignum crucis vitam germinat, si fructificat jucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat spirituum charismatum, non est sylvestris arbor, sed lignum vitæ apprehendentibus eam.

Sub umbra illius, quem desideraveram, sed di, & fructus eius dulcis gutturi meo.

O bona Crux, quæ decorem, & pulchritudinem de membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quæsitæ, & aliquando cupienti animo præparata! sulcipe me ab hominibus, & redde me Magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te moriens me redemit. Ne permittas me, Domine, ab impio Iudice deponi, quia virtutem sanctæ Crucis agnovi.

Crux olim ignominiosa, ob id à Livio dicta, lex horrendi criminis à Chryso-  
stomo,

Liv. l. 10.  
Chryf. hom.  
10. ad Phil.

Sap. 2.  
Gal. 3.  
Isa. 22.

Stomo, maledicta, & plena dedecore. Mor-  
te turpissima condemnemus eum. *Factus pro*  
*nobis maledictum.* Sed nunc: *Et erit in so-*  
*limum gloria, & suspendere super eum (paxil-*  
*lum) omnem gloriam domus patris eius.* Jam  
Cruz illa (inquit Augustinus) in fronte  
Regum fixa est, cui inimici insultaverunt.  
Lignum vite est illi, qui apprehenderit eam,  
& qui tenuerint eam, beati. *Benedictum li-*  
*gnum, per quod fit iustitia.* Exultabunt omnia  
ligna sylvarum quoniam (nunc cum exciso  
ex eis salutari ligno Salvator) venit. Et  
propterea Apostolus: *Mihi autem abste-*  
*gloriarum, nisi in Cruce Domini nostri Iesu*  
*Christi.*

August.

Prov. 3.  
Sap. 14.  
Psal. 95.

Gal. 6.

Philipp. 3.

Ubi, ubi nunc inimici sunt Crucis,  
quorum Deus venter est, & gloria in confu-  
sione eorum, qui terrena sapiunt? Ubi sunt,  
qui Crucis ad aspectum fugiunt? qui ad  
Crucis nomen perhorrescunt? qui dant  
scapulam recedentes, vel scapulam desisten-  
tem, aut dorsum contemnens, nec volunt fer-  
vire ei humero uno, aut sub iugo uno? Ber-  
nardus: Non mirum: vident crucem, sed  
non vident unctionem: non vident oleum  
lætitiae, & balsamum suavitatis, quod  
stillat, immo d'udat, immo d'fluit à Cruce.  
Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita  
& per Christum abundat consolatio nostra.

Zach. 7.  
Pagnin.  
Septuag.  
Sophron. 3.

2. Cor. 1.

Hinc magnus ille Suarius, ut sapientia,  
ita & perfectionis splendor, iam mor-  
ti proximus: Non putabam, inquit, tam  
dulce mori.

B. Thom. con-  
cion. seq.  
Psal. 18.

Huc iterum referendus B. Thomas à  
Villanova, qui dulcissimè premit verba  
illa: *Iudicia Domini vera, desiderabilia super*  
*aurum. & lapidem pretiosum multum, &*  
*dulciora super mel, & favum.* Non est, non  
est, inquit, pondus in iugo, sed in pecca-  
to. Non est lex tua gravis, Domine, nisi  
carnalibus, & iniquis hominibus: iustis  
autem, & rectis, levis supra modum, &  
dulcis. Sed quanam, inquit, potest esse  
dulcedo in Cruce, aut qualis suavitas in  
labore? Hic sapientia est hic lætet secre-  
tum, quod mundus ignorat, quod nullus,  
nisi expertus, cognoscit: *Vir enim insi-*  
*piens non cognoscet, & stultus non intelliget*  
*hac.* Cruz blanda, Cruz dulcis, Cruz  
suavis, & deliciosa, Cruz non crucians,

Cruz occultam  
habet suavi-  
tatem.  
Psal. 91.

A sed oblectans, non deprimens, sed deli-  
niens. Mira res, & penitus incredibilis,  
nisi vivo suaderetur experimento: labor  
sine labore, onus sine onere, iugum sine  
ponderere, quomodo hoc? Ignoro penitus  
quomodo, sed quia ita est, scio. Non mo-  
dò non laboriosum est laborare pro te, &  
bone Iesu, sed & suavissimum, & delicio-  
sum, labores namque vertuntur in panes,  
sicut scriptum est: *Labores manuum tua-*  
*rum quia manducabis.* Summa opulencia,  
paupertas Christi: & summa gloria, con-  
tumelia pro Christo.

B Miraris, si summa sit in labore, requies,  
in actu temperies, in Cruce solatium?  
Ipsa causa, pro qua hæc omnia toleran-  
tur, eorum naturam in contrarium ver-  
tit, ut nihil magis sapiat, quam quod se-  
cundum se insipidum est. Hæc causa ama-  
ritudinem in dulcedinem, injuriam in  
laudem, laborem vertit in requiem. *Ibant*  
*Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quo-*  
*niam digni habiti sunt pro nomine Iesu contu-*  
*meliæ pati.*

C Quod si etiam in civili amicitia hoc  
inventur ex parte, ut gratum nimis sit,  
& dulce laborare pro amico, quanto  
amplius pro Deo? Cruz ergo nacta non  
cruciat, sed oblectat, & Christi iugum, si  
quod habet ponderis, inunctum spiritus  
oleo, computrescit, sicut Propheta  
prædixerat: *Computrescit iugum à fa-*  
*cie olei.*

D Unde & in dedicatione templi, Cru-  
ces in parietibus formatae oleo liniun-  
tur, ut noverit templum vivum Domi-  
no consecratum, non perhorrescere Cru-  
cem, quam unctio sacra delinit: non  
enim jam de cætero gravat Cruz uncta,  
quoniam asperitas unctione linitur.

E Nolite ergo, Fratres, formidare: nolite  
terreri à facie Crucis Christi, quia non  
tam horribilis est. Fugiebat quondam  
magnus ille Moyses à facie sibilantis co-  
lubri, sed Dominus ad eum *Apprehendit.*  
*Exod. 4.* inquit, *caudam ejus.* Apprehendit, & sta-  
tim versus est coluber in virgam. *Quid*  
*fugis, & Christiane? Quid times à facie*  
*Crucis? Non est serpens devorans, sed*  
*virga sustentans: serpens videtur extra*  
*manum,*

O o o o 2

manum,

Exod. 7.  
Exod. 14.  
Exod. 17.

manum, sed in manu virga est. Virga devorans Magorum virgas, virga mare rubrum exsiccat, & dividens, virga petram percutens, & rivus aquarum educens.

Quam magnus fructus in Cruce! Crux ista venenatas carnis passiones devorat, ferventem concupiscentiam siccat, in mediis aestuantium cupiditatum fluctibus viam aperit, per quam exules, & peregrini in optatam patriam deducantur. Hæc procellosum humani cordis mare tranquillat: hæc Ægyptios currus, & equites, id est, appetitus carnis effraenes lachrymarum aquis involvit: per hanc dura peccati servitus tollitur, & vera gratiæ libertas invenitur: per hanc denique electus Dei populus Ægyptiacam oppressionem evadit, & beata potitur requie in caelestem Jerusalem introductus.

O Crucem amabilem! O Crucem jucundam! O Crucem desiderabilem, per quam solam patet ingressus ad regnum. O potentissima clavis, *Davia*, data super humerum ejus, quæ aperis, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit, aperis, cum ades, claudis, cum abes. Quis ergo audeat de te conqueri, in qua omnis nostra salus, & vita consistit? aut quæ potest esse asperitas in te, quam non delinuat tanta utilitas intellecta? Sed esto gravis sit, & importabilis Crux: quid ad te, O homo? non tu eam portaturus es, sed gratia Dei tecum. O Domine, aggravâ jugum, auge dilectionem: *Charitas enim omnia suffert, omnia sustinet*. Nihil amori difficile, nihil importabile, nihil grave: amor Crucem levificat, laborem dulcorat.

Elisei fatinula, qua omnis colocynthidæ amaritudo in dulcedinem versa est. Non utique sic amarissimas colocynthidas Beati Martyres deglutissent, nisi è caelo fatinulam in eorum ollam, id est, mentem, magnus ille Propheta misisset, &c. Crux ergo Domini, ubi eam super humeros tulit, levis, facilis, suavis, dulcis effecta est.

Sed est quoque altera crux, non Domini, sed Diaboli, in qua filij hujus sæculi quotidie configuntur, crux laboriosa, crux acerba, crux intolerabilis, crux mali

latronis, habet enim suos Martyres Diabolus, qui etiam dicere possunt illi: *Quoniam propter te mortificamur tota die*. Annon martyr avarus, qui diebus, ac noctibus in congregando luto laborat? Annon martyr superbus, cui omnis alienus honor, & gloria cruciatus est? Annon martyr lubricus, qui libidinibus exæstans, scortidissimo pascitur cœno? Quanta isti pro lucris, pro honoribus, pro deliciis tolerant? Quantas patiuntur injurias? quas sustinent pœnas?

Iob. 13.  
Bernardus: O Ambitio, ambitientium crux!

Non potest vita ista mortalis sine cruce transigi: quocumque te veritas, laborandum est. Nōne ergo melius pro Deo pati, & regnare, quam pati pro mundo, & ardere? Nōne gloriosius est Christi Crucem portare cum stipendio vitæ, quam crucem Zabuli cum mortis stipendio?

Idcirco, Fratres, Christus Crucem tulit, idcirco onus hoc subiit, ignominiamque hujus mundi passus est, ut & nos nostram post eum Crucem feramus. Sic D. Leo: Traditus itaque Dominus sibi voluntati, ad irrisionem regis dignitatis supplicij sui iustus est esse gestator, ut impleretur, quod Isaias Propheta præviderat dicens: *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum ejus*. Cum ergo Dominus lignum portaret Crucis, quod in sceptrum sibi converteret potestatis, erat quidem hoc apud impiorum oculos grande ludibrium, sed manifestabatur fidelibus grande mysterium: quia gloriosissimus Diaboli victor, & inimicorum virtutum potentissimus debellator, pulchra speciei triumphi sui portabat trophæum, & invictæ patientiæ humeris signum salutis adorandum regnis omnibus inferebat, tanquam & tunc ipsa operis sui imagine omnes imitatores suos confirmaret, & diceret: *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est meus signus*.

Gravissimè quidem D. Leo: Et certè Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.

Eccè.

Apoc. 3.  
Isa 22.

1 Cor. 13.

4. Reg. 4.

D. Leo ser. 2.  
de Pass.

Isa. 9. 6.

Matth. 10.

1. Petr. 2.

1. Reg. 9.  
Greg. ibid.

Ecce, quod remansit, pone ante te, quia de industria servatum est tibi. Quid remansit? Gregorius: Remansit quidem, quia non omnia Christus explevit. Per Crucem quidē suam omnes redemit, sed remansit, ut qui redimi, & regnare cum eo niteretur, crucifigatur. Hoc residuum viderat, qui dicebat: *Si compatimur, & conregnabimus.* Quasi dicit: Quod explevit Christus, nō valet, nisi et, qui id, quod remansit, adimplet. Sic Paulus agebat: *Adimpleo ea, quae desunt Passionis Christi in corpore meo.*

2. Tim. 2.

Coloss. 1.

Chrys. hom.

28. ep. ad Hebr.  
Bern. ser. 21.  
in Cant.

Unusquisque ergo post Christum suam perferat crucem, & eaque onustus Christi vestigia prosequatur, ut ejus sit discipulus, Christi magistri vestigia? Magisterum imitare. Quomodo eris discipulus, non sectans Magistri vestigia? Bernardus: Quam pauci post te, o bone Jesu, ire volunt, cum tamen ad te pervenire nemo sit, qui nolit? Cupiunt te consequi, sed non sequi.

Matth. 16.

Aug. hom. 47.  
ibid. versis.

Omnes, omnes, nemine prorsus excepto, Christum ita sequi debent. *Si quis vult venire, &c.* Augustinus: Si ve, vir, sive mulier, sive is, qui praest, sive is, qui alteri parat, & servari vult, hanc ingrediatur viam: non enim admonitionem hanc virgines audire debent, & maritatae non debent, aut Monachi debent, & conjugati non debent, & laici non debent, sed universa Ecclesia audire debet: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*

Ambr. serm.

20, in Psal.  
118.  
Psal. 65.

Nec sanctiores excluduntur: Ambrosius: Sive Ioannes sit ille dilectus, sive sit Petrus, qui claves accepit regni caelorum, oportet, dicat: *Transivovius per ignem, & aquam.*

Gen. 28.

Salvian. l. 3.  
de gubern. Dei.

Viditque (Jacob) in somnis scalam stantem super terram, & cacumen ejus tangens caelum. Quid? Dormiendo itur in caelum? Salvianus de Martyribus pulchre: Qui, inquit, ad caelestis regni januam gradibus poenarum suarum ascendentes, scalam sibi quodammodo ex equuleis, carastisque fecerunt. Quasi dicat: Non per somnium, sed per vigilias, passiones, & cruces conscenderunt in caelum. Unde evigilans ille de somno ait: *Quam terribilis est locus iste! Sed cur terribilis? Hic domus Dei est, & porta*

A caeli (quae nimirum angusta est. (Et quemadmodum ait Tertullianus, Deus thesaurum suo providet, nec sinit obrepere indignos. Per scalam ergo poenarum, & per angustias abdita penetranda caelorum.

Terz. lib. de poen.

Felix latro, qui per crucis scalam conscendens, angustam caeli portam ingressus, caelestes sibi thesauros est suffuratus. Qui in cruce est, jam pedem extendat solum, & in caelo est. Chrysostomus: Qui in cruce est, nō vim facit: nihil medium est, & crux, & statim Paradisus.

Chrys. hom. de divite.

Egregie D. Ambrosius: Utique latro die obstrans, & naufragus aliter ad patriam redire non poterat, nisi fuerit arbori religatus. Sanè naufragari non potest, qui in hoc tempestuoso mari tribulationum cruci fuerit religatus.

Amb. ser. 55.

Amplectere ergo, Frater Christi Crucem. *Subjice humerum tuum, & porta illam.*

Eccel. 9.

Monachus ille scire cupiens, quam rem magis Christo placere posset, quidve illi gratissimum esset, Mihi, inquit illi Christus apparens, gratissimum erit, si in hac perferenda Cruce me adjuves.

Devotissimus Drego lib de Passione: Circuire possum, Domine, caelum, & terram, & aridam, & mare, & nunquam te inveniam, nisi tantum in Cruce: ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas in meridie.

Drego.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon. Pagninus: Thalamum sponiarum fecit sibi Rex Salomon, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constravit. Augustinus: Ascendat Sponsus noster thalami sui lignum: ascendat Sponsus noster thalami sui lectum.

Cant. 3.

Pagnin.

Aug. de symb. l. 2.

Lectulus noster floridus. In hoc anima cum suo sponso conquiescat.

Cant. 1.

Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi. Pulchre Augustinus: Poterat Apostolus gloriari in sapientia Christi: & verum diceret: poterat in majestate, poterat in potestate; & verum diceret: sed dixit, in Cruce. Ubi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur. Quo Domino? Christo crucifixo. Ubi humilitas, ibi majestas, ubi infirmitas, ibi potestas, ubi mors, ibi vitae vis ad illam venire, noli ista contemne-

Gal. 6.

Aug. ser. 20,

de verb. Apost.



re, noli erubescere. Idem in fronte, tanquam in sede pudoris, signum Crucis accepisti. Hactenus Augustinus.

Bern. serm. 43.  
in Cant.

Bernardus: Hæc mea sublimior Philosophia: Scire Iesum & hunc crucifixum. Dilectus meus mihi, inter ubera mea, commorabitur.

Cant. 4.  
Beda ibid.

Felix anima, quæ semper Christi Crucem meditantur, quæ non gloriatur, nisi in Cruce, quæ Crucem non erubescit. Genus tua sicut fragmen malipunici. Aptè sanè. Malum punicum, inquit Venerabilis, quia rosei coloris est, passionis Domini mysterium innuit. Quia ergo sancta Ecclesia non erubescit Crucem Christi, sed gaudet in contumeliis, & passionibus pro illo, Crucisque vexillum gestare solet in facie; meritò genus instar mali punici habere dicitur.

In officio  
S. Agnetis.

Et sanguis ejus ornavit genas meas. O utinam & tuas ornet!

## CRUCIFIXIO.

### PUNCTUM XXVII.

Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Calvaria, ibi crucifixerunt eum. Luc. 23.

Cant. 4.  
Psal. 19.

EN jam demum ventum est ad summum, non tam montis verticem, quam votorum. En per ventum ad montem myrrha, ad collem thuris, ut in odorem suavitatis magnum illud holocaustum pingue fiat.

Nudatur Iesus, affigitur Cruci, sustollitur, & ad mundi prospectum in Calvaria colle, hoc est in medio mundi totius, ac puncto committitur linea felicitatis humanæ, inseriturque in ipso terrarum corde cor cæli.

In cruce mundus compendio recreatus.

Hic Creator mundum compendio recreat; quem diu creaverat.

Cypr. in Symb. Apost.

Hic novo salutis genere, ut mundus vivat (plorat Cyprianus) totius mundi vita suspenditur!

A Erigitur patibulum grande, & Angelis, Quare in cruce & hominibus futurum spectaculum, in cæm sublatus quod sustollatur humani generis salus, ut Dominus, ut non omnis civitatis mœnibus, sed per gentes se omnes possit diffundere. Attollitur moreretur, sublimis, ut ad universa sciant omnes eam salutem pertinere, tum alta, tum humilia, quod & hæc ascendant ad illa, & illa istis æquentur.

Ita pulchrè Lactantius lib. 4. de vera Religione: Illa quoque præcipua fait causa, cur Deus Crucem maluerit, quod illa exaltari eum fuit necesse, & omnibus gentibus passionem Dei noscercere. Nam quoniam is, qui patibulo suspenditur, & conspicuus est omnibus, & cæteris altior, crux potius electa est, quæ significaret illum tam conspicuum, tamque sublimem futurum, ut ad eum cognoscendum, pariter & colendum, cunctæ nationes ex

B religione: Illa quoque præcipua fait causa, cur Deus Crucem maluerit, quod illa exaltari eum fuit necesse, & omnibus gentibus passionem Dei noscercere. Nam quoniam is, qui patibulo suspenditur, & conspicuus est omnibus, & cæteris altior, crux potius electa est, quæ significaret illum tam conspicuum, tamque sublimem futurum, ut ad eum cognoscendum, pariter & colendum, cunctæ nationes ex  
C in passione manus, Orbemque dimensus cruce orbem. est: ut jam tunc ostenderet, ab ortu Solis, dimensus est, usque ad occasum magnum populum ex omnibus linguis, & Tribus congregatum, sub alas suas esse venturum, signumque illud maximum, atque sublime suis frontibus suscepturum.

Sic & Athanasius libro de Incarnatione Verbi: In sola cruce mors extensis, porrectisque manibus toleratur: ideo quoque par erat, ut Dominus hoc modo mortem sustineret, manusque ejus extenderentur; ut hac quidem vererem populum, illà verò Gentiles extraheret, & ambos in se conjungeret, id enim ipse dixit, indicans, qua morte omnes redempturus esset: Cum exaltatus fuero à terra, Ioan. 12. omnes ad me traham.

Et certè unde omnes non trahantur, aut quò homines à Christo in Crucem exaltato diffugiant? Sua nos ille brachiorum expansione ad eum complectitur, ut fugere jam minimè valeamus: Quò ibo? (inquit Regius Vates) à Spiritu tuo, aut quò à facie tua fugiam? Si ascendero in calum) hoc est Crucis sublimitatem, si que interpretatur Nyssenus, tu illic es, si descendero in infernum, (hoc est, profundum) ades, de Resurr. Si sumpsero pennas meas diluculo, id est, ad ortum Solis, (hæc est latitudo) Si habita-

1670

Crucis figuram vero in extremis maris, sic enim occasum A appellat (hæcque est longitudo:) ac subdit. Cernis Crucis figuram quomodo descriptabat? Tu es inquit, qui per omnia commear, qui cuncta devincis, qui in te ipso comprehendis universa: tu supra es, tu es infra: in hac extrema parte dextera tua, in illa sinistra. Quasi diceret ex Vatis ore: Nullus jam mihi relinquatur locus, quo à te in Crucem exaltato diffugiam.

Chrysol. ser. 4. in s. ser. Pass. Quid sibi volunt Christi brachia in cruce expansa?

Sanaz. de morte Christi Domini ad Mortal. Lamen.

Convenite ergo, convenite jam, Christianæ gentes (in hæc verba lætandus proumpit Chrysologus) concurrite, fidelissimæ nationes: Dominus enim noster, non in paribulum Crucis, sed in tribunal ascendit. Expandit ecce manus, & alas extensas aperuit, non ut Crucis supplicio satisfaceret, sed ut nos ex omni Orbe ad credulitatem Ecclesiæ congregaret.

Undique planè gentes vocat. Ita Sanazarius:

Cernitis, ut proum flectat caput? ut pia pandat  
Brachia? & ingratis vocat ad sua vulnera gentes?  
Oblitasque via moncat meminisse relicta,  
Scilicet amplexus non rejecturus amicos.

Sed, quid ait, non rejecturus amicos? Christus extendit brachia sua in Cruce, inquit Augustinus, & extendit manus suas paratus vel in amplexus peccatorum.

Aug. in Man. 6. 23.

Bern. de Pass. Dom. c. 5.

Bernardus: Tu sicut aquila grandis, ac magnarum alarum provocans pullos suos, expandisti alas brachiorum tuorum in Cruce, & super nos volitans, assumpsisti nos, & portasti in humeris tuis, in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum, in domum familiaritatis, & claritatis tuæ, ubi de ove, & drachma perditâ, & inventa fecisti convivium vicinis, & amicis tuis beatissimis Spiritibus, ipsos hilariter ad tuam congratulationem invitans, faciens in cælis gaudium de peccatore poenitente.

Cant. 9. Philo Carpath. ibid.

Egregiè huc Philo Carpathius ad illa verba: Manus ejus tornatiles, plena Tharsis; sic ipse legit subditque. Jam manifestè

Sponsa ex divinæ Scripturæ sententia, omnia sua bona à salut ferâ nec sui divinissimi Sponsi sibi provenire testatur, cum per manus ejus tornatiles aureas, ac plenas Tharsis, passionem ejus ostendit. Tunc enim Christi manus tornatiles factæ sunt, cum eas pro salute nostra crudelissimis clavis in vitæ ligno perforatas extendit: quæ quidem ob divinissimam puritatem, & innocentiam, admirandaque ipsius opera, jure aureæ prædicantur: plenæ verò Tharsis, propter Gentium ad se convertendarum plenitudinem. Tharsis enim conversio gaudij interpretatur. Cum enim Jesus in Cruce manus suas extendit, tunc ad ipsum summa cum lætitia se convertit Ecclesia, dicens: In velamento alarum tuarum sperabo; & rursus: In velamento alarum tuarum proteges me. Et, Venite, exultemus Domino. Manus enim suas Sponsus, ut avis ad pullos suos protegendos à rapacitate bestiarum, ne diutius ab ingluvie Dæmonum immanissimè voraremur, expandit.

Christi manus in cruce tornatiles.

Hebr.

Psal. 62.

Psal. 60.

Psal. 94.

Et propter Augustinus appositè: Universum Orbem complexurus, brachia de temp. charitatis expendit. Et benè ait, Universum: quoniam Christus vult universos per Crucem salvari.

Et idè exaltabitur parcens vobis: Idè itèd. Isa. 30. exaltabitur in Cruce, inquit Hieronymus, ut pareat omnibus.

Crux nimirum scala est, per quam jam facile omnes in cælum conscendant. Veli, columba mea, in foraminibus petre, in caverna maceris. Ad Hebraicum ita: Veni, columba mea, in circuitibus ruptis, aut in latibulo gradisum, vel in latebris scalarum.

Aug. ser. 83.

de temp.

Isa. 30.

Hier. ibid.

Cruce scala cali.

Cant. 2.

Quis ergo facile, ac securè non conscendat per scalam, quàm Deus in imâ illius parte positus sua firma manu? Augustinus alludens ad illud: Viditque in somnis scalam stantem super terram, & Dominum in vertice scale; quasi illam Septuaginta Interpretu lectionè versans: Et ecce scala firmata in terra; at Dominus firmatus erat super eam: Magnū inquit, Christum ipsū alloquens) te architectum video, virgam portantem, in virga pendentem, & de ista virgâ multa miracula facientem. De ista virgâ (subdit) arborem fecit Crucis, ubi

Gen. 28.

Aug. ser. de eataclysmo, c. 6.

Christus magnus architectus in cruce scala.

ubi

ubi ipse angularis pependit lapis, & scalas caeli, per quas hominem lapsum ad Patrem levavit. Quale miraculum, Fratres, huius architecti, ut de virga sua faceret scalas, & tales, quantum caput in caelum poneret, & per eas ipse & ascenderet, & descenderet, & propter confirmationem ipse su, et eas incumberet? Ascende securus, qui desideras caelum: non te terreat angustia, nec altitudo: nihil timeas non nutant gradus eius, quos ille architectus sic confirmavit, ut in ejus ligno manus ejus affigi voluerit.

Tertull. lib. 4. cont. Marc. c. 7.

O felices qui per hanc scalam conscendunt, non quidem, ut Romulus ille apud Tertullianum, qui in caelum, pejerante Proculo, mendacij scalis ascendit!

Hebr. 9.

Christus assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, aeterna redemptione inventa.

Hebr. 7.

Item: Plures facti sunt Sacerdotes secundum legem, idcirco quod morte prohiberentur permanere: Iesus autem, eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium; unde & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum.

Psal. 90.

Ob id in Cruce scapulis suis peccatoribus obumbrat, eosque ab ira divina defendit. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis ejus sperabis. Hieronymus ibidem: Exaltabitur in Cruce, extendet manus, & proteget nos.

4. Esdr. 2.

Psal. 83.

Hieron.

Pagnin.

Manus meae protegent te. Protector noster aspice Deus. Hieronymus: Clypeus noster aspice Deus. Ad rem magis Pagninus: Clypeum vide, Deus: respice in faciem Christi tui.

Isa. 43.

Septuag.

Complut.

Servire me fecisti in peccatis tuis, & prae buisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Septuaginta: Sed in peccatis tuis defendi te. Adhuc conculetius editio Complutensis: Pro secuto me opposuisti in iniquitatibus tuis.

Thren. 3.

Cypr. ser. de Pass. Christi.

Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Cyprianus: Considero opera tua, Domine, & admiror te Crucem inter damnatos affixum, jam ne tristitem, nec pavidum, sed suppliciorum victorem, elevatis

A manibus triumphantem de Amalec, & quasi sanctificantem de excelso plebem, & elevatum in sublimi, & quasi caelo proximum superioribus inferentem consummati agonis vexillum, & inferioribus erexisse scalam in Patris occursum, Ibi dolorum, & convitiolorum immemor subtiliter investigas, & ipse exponis, qualiter derelictus fueris, indicans anxietates illius querimoniarum verba esse derelictorum tuorum, quorum personam, & causam assumpseras, in tantum, ut per Moysen, & per Apostolum sustinueris vocari peccatum, & maledictum, pro similitudine poenae, non culpa. Quod pro eis voluisti intelligi, qui deserunt Deo propter peccata meruerant, quorum reconciliationis agebas causam, in qua allegator subtilis pro servis similem non dedignaris accipere personam, & in tantum infirmis compateris, ut nec crucifigi, nec mori, dum illi vivant, & te patrocinante non pereant, non erubescas, nec formides, altitudinem tuam derelinquens ad tempus gloriae tuae majestatem evacuan-  
B  
C  
ans, ut redeant dispersi, & respirent derelicti.

Quid hic ergo primum considerem?

Quid in te, Domine, in Cruce jam exaltato contemplet? Bernardus: Quatuor virtutum gemmis coram Cruce a Christo ornantur. Est supereminentior charitas, a dextris obedientia, a sinistris patientia, radix virtutum humilitas in profundo. His dotavit trophaeum Crucis consummatio Dominicae Passionis, cum ad Judaeorum blasphemias humilis, ad vulnera patiens, intus linguis, clavis exterius pugneretur: nam & charitas in eo perfecta est, quod pro amicis animam posuit, & obedientia consummata, cum inclinato capite tradidit spiritum, factus obediens usque ad mortem.

Cornua ergo in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo ejus. Septuaginta: Ibi posuit dilectionem robustam, hoc est, eam, quam in nos charitatem habuit, ibi rotam ostendit. Unde alij: Ibi constabilita est virtus gloriae ejus, & constituit dilectionem suam.

Habac. 3. Septuag. Cypr. lib. 2. ad Quirin. Iulius Firmicus lib. de Mystier.

In

Rom. 5.  
Græc.

In hoc, inquit Apostolus, commendat Deus A  
charitatem suam in nobis. Græcè: In hoc no-  
bilem, notam, illustrem facit charitatem suam  
Deus nobis, quoniam cum peccatores essemus,  
Christus pro nobis mortuus est. Dixerat: Ve  
quid enim Christus, cum adhuc infirmi esse-  
mus secundum tempus, pro impiis mortuus  
est? Anselmus, id est, pro fœdis, & exe-  
crandis, & à Deo penitus separatis. Sub-  
ditque Apostolus: Vix enim pro iusto quis  
moritur, nam pro bono forsitan quis audeat B  
mori? Mox: Commendat autem Deus chari-  
tatem suam in nobis. Quod hunc habet sen-  
sum, inquit Chrysostomus? Si pro viro  
probo, ac virtute prædito non statim  
emori quis velit, considera Domini chari-  
tatem, ut quem non pro virtute prædi-  
tis, sed pro peccatoribus, & inimicis Cru-  
ci suffixum fuisse constat. Et Anselmus:  
Quando indebite aliquid reddi, ut, tunc  
charitas commendatur. Et quid tam in-  
debitum, quam ut sine peccato Domi-  
nus pius pro peccatoribus servis impiis  
moretur? Et in hoc, ait, laudabilior chari-  
tas fulget.

Ansel. ibid.

Chrys. ibid.  
Christi chari-  
tas in cruce.

O quam fulget! O quam ardet in Cruce  
Christi charitas! Et erat ignis ardens in ver-  
tice montium in conspectu filiorum Israël.  
Nunc placè Christus extendit manus  
super altare, implevitque eas prunis, &  
effudit super civitatem.

Exod. 25.

Ezech. 10.

Euch. in 3.  
Reg. 7.

Semper Christi charitas innotuit, ve-  
rum in Cruce latissime patuit. Pulchre  
Eucherius Servatorem nostrum cum lilio  
illo repando, seu distentis, ac dilatais fo-  
liis, quibus aureas fibras intus latentes  
ostendat, tertij Regum septimo sic com-  
ponit. Christus liliū propter gloriam  
resurrectionis, foris candidum propter  
gloriam corporis, intus verd aureum  
propter fulgorem animæ: & ante Passio-  
nem quidem liliū quasi clausum (pro-  
pter Passionem quippe gloria, & honore co-  
ronatus est) post passionem verd liliū re-  
pandum, quatenus in assumpta humani-  
tate potentiam divinæ charitatis, quam  
habuit apud Patrem, priusquam mundus  
esset, ostendit.

Bernard.

Scitè Bernardus: Clamat Crux, clamat  
clavus, clamat vulnus, quod nos verè di-  
lexit Deus.

Speranza Scriptura selecta.

O magnam, & nimiam charitatem! Ephes. 2.  
Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos. Penè nimia.  
Verè nimiam, inquit Bernardus, quia Bern. ser. ser.  
mensuram excedit, modum superat, pla- 4. Ebed. Jan-  
nè supereminet universis: Majorem chari- 4.  
tatem nemo habet, quam ut animam suam  
ponat quis pro amicis suis. Tu majorem ha-  
buiisti, Domine, ponens etiam animam  
pro inimicis: cum enim inimici essemus, per  
mortem tuam & tibi reconciliati sumus,  
& Patri.

Mitemur, si hunc illi dicebant excessum?  
Et qualem rogo alium? Dicebant, inquit, Luc. 9.  
excessum ejus, quem completurus erat in Jeru- B. Thom. à  
salem. O verè excessum maximum! (ex Villanova, ser.  
clamat Thomas à Villanova) & ecstasim 10. in Transfig.  
potentissimam! Excessisti metas omnis Domini.  
rationis, & intellectus, Domine, in Jeru-  
salem. Supra modum in me amando ex- Et immodera-  
cessisti, Deus meus. Quid reddam tibi ta.  
pro tanto amore tuo? Omnia in numero,  
& pondere, & mensura fecisti: sed sine  
numero, pondere, & mensura amasti. In  
hoc redemptionis nostræ opere nullus  
est numerus, nulla est custodia mensura,  
sed profusus excessus nimius, & nimietas  
excessiva. In omnibus alioqui modera-  
tus, & mensuratus, in solo amore fuisti  
nimius.

Annon nimietas grandis, annon exce-  
sus nimius, ut Deus moriatur pro homi-  
ne? pro opere suo Conditor? Creator pro  
factura? O ecstasim exuberantis amoris!  
& ferventis charitatis excessum! Factus  
est Dominus tanquam potens crapulatus à Psal. 77.  
vino. Plantavit vineam, & ex ea bibit, & Gen. 9.  
inebriatus est, & nudatus, grandè ecsta-  
sim passus est. Sed quam ecstasim? Quid  
dicam, Fratres, quam ecstasim? Deus in li-  
cruce velut  
cruce velut  
ecstasim passus  
gno pendet, omnipotens latronū medius  
crucifigitur, irridetur, blasphematur,  
spuitur, flagellatur, occiditur! Ubi est,  
Deus, sapientia tua? ubi est potentia tua?  
ubi est gloria tua? ubi est Divinitas, ma-  
jestas, æternitas tua? Noli quærere. Ec-  
stasim passus est Deus, alienatus est à se  
ipso, ut tu redeas ad te ipsum.

Sed quò adhuc melius excessum hujus  
charitatis expendas, pende interminatas  
altitudinis, latitudinis, longitudinis, pro-  
funditatisque illius dimensiones, ut pos-

Pppp sis &

Ephe. 31.

his & tu comprehendere cum omnibus Sanctis, qua sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum, & quando mensura ejusmodi terminum non habent, scire etiam supereminentem scientia charitatem Christi. Græcè: Vel majorem, quam qua virtute humana cognosci possit.

Gagn. ibid.

Christi charitas in cruce quam alta, latitudo profunda, longa. Variabil. & Carthus. ibid.

Charitatis ergo Christi altitudo in passione tanta fuit, ut omnem supergressa caelorum altitudinem, ad ipsa pervenerit Patris viscera, in eisque visitavit nos oriens ex alto. Latitudo, qua ad omnes sese extendit, etiam inimicos, pro quibus oravit. Longitudo, qua longanimiter nos diligendo perseveravit, à conceptionis nimirum instanti ad extremum suae vitae exitum in Cruce, à qua propterea clavis aureis magis, quam ferreis confixus non descendit. Profundum, quod nunquam vel cogitatione pertingas, aded amoris hic puteus altus est.

Jerem. 31.

O, ô verè excessum divinæ charitatis! Planè excessus sui in nos æterni amoris: Charitate perpetua dilexi te, idè attraxi te (exaltatus in Cruce) miserans tui. Excessus voluntarij amoris, poterat non mori, mori voluit: Diligam eos spontaneè. Pagninus: Virò, nemine rogante, vel cogente. Marginalis: Ex liberalitate: Chaldaus Liberali animo. Interlinearis: Solâ misericordia, quia ipse prior dilexit nos. Oblatus est, quia ipse voluit. Ego pono animam meam, nemo tollit eam à me, (nisi amor.) Ego pono eam à me ipso, sponte, & amore Miraris! Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meam. Chrysostomus in Catena, quasi dicat: Etsi nihil aliud esset, hoc mihi suavit amare vos, quod vos ita amamini à Patre, ut ego etiam propter hoc diligar ab eo, quia pro vobis morior.

Osee 14. Pagnin. Margin. Chald. Interlin. Isa. 53.

Ioan. 10.

Chrysost. in Cat. D. Th.

Excessus amoris liberalis. Quis apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio; siquidem non gutta, quemadmodum ait Bernardus, sed unda sanguinis per quinque corporis partes emanavit. Quod si minus sufficiebat redemptioni, non satis erat amor.

Psal. 129. Bern. ser. 22. in Cant.

Excessus amoris unitivi. Christus mortuus est, ut qui vivunt, iam non sibi vivant; sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Ob id nunc maxime Charitas Christi urget nos.

A Excessus amoris singularis. Qui dilexit Galat. 2. me, & tradidit semetipsum pro me. Tu autem Isa. 58. eruisi animam meam, ut non periret Græcè: Grac. Tu autem conjunxisti tibi animam meam, ne Pagnin. periret. Ad Hebraicum: Operuisti, cinxisti, amplexatus es amore animam meam à fovent corruptionis, vel abolitionis: projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Magna planè est vis amoris: mira, & sanè incredibilis potentia charitatis. Triumphat de Deo amor, dixit verè Bernardus: quanquam Deus ipse amor est, & ita cum (absit omnis verbo impietas) non modò de cælo, sed propè de sensu mentis abstraxit, & exinaniri eum, & crudelissimâ non solum, sed & turpissimâ morte in Cruce mori fecerit.

Tantum Christi amorem, inquit Chrysostomus, quo amore pensabit tantos in te benevolentiae fructus, quo officio comparabis? Quicquid in ejus obsequium erogaveris, parum est: quicquid in ejus servitute impenderis, minus est: nec si animam dederis, aut sanguinem fuderis, compensabis.

Bernardus de sexta effusione sanguinis: Sexta inquit, effusio sanguinis, quæ rosam passionis rubricavit, in fossione clavorum copiosissimè invenitur. Quis enim de fossis, immò & de perfossis manibus, pedibusque innocentis Jesu copia sacra sanguinis dubitet effluxisse? In torrentibus hujus sanguinis rosa nostra purpurata est: quia verè hic ardentissima passio invenitur. In hac magnitudine passionis magnitudo consideretur charitatis: ardorem rosæ, charitatis ruborem considera passionis.

Contentundum passio & charitas: illa, ut plus ardeat ista, ut plus tibeat. Sed mirabiliter per ardorem charitatis sic passio duntaxat rubea: quia si non diligeret, non pateretur, & in passionis rubore maxima, & incomparabilis ostenditur charitas. Sicut enim rosa per frigus noctis clausa, Solis ardore surgente tota aperitur, & foliis expansis in rubore demonstrat ardorem jucundum: ita flos cæli, deliciosus Jesus, qui multo tempore à peccato primi hominis, quasi in frigore noctis, clausus fuit peccatoribus, nondum plenitudinem impen-

Bernard. Christi amor de cælo, ac mente etiam propè abstraxit.

Chrys. hom. 2. in d. Ioan. Vos amici mei estis.

Amori Christi par nihil redere possumus.

Bern. lib. de Pass. Dom. c. 44.

Charitas Christi, & passio contentundum.

impedens, tamen, plenitudine temporis accedente, radiis scilicet ardentis charitatis in omni corporis sui parte appetitus est, & rosę charitatis ardor in rubore sanguinis effusi resulsit.

Clavis igitur immitibus manibus simul, & pedibus perforatur, & configitur ligno Crucis Salvator noster mitissimus Jesus. Intruere, & respice rosam passionis sanguineę, quomodo rubet in indicium ardentissimę charitatis.

Vide quomodo hoc flore rosę floruerit optima vitis nostra, rubicundus Jesus. Vide totum corpus, sicuti rosę sanguineę florem non invenias: Inspice manum unam, & alteram, si florem rosę invenias in utraque. Inspice pedem unum, & alterum, nunquid non roset: Inspice lateris aperturam, quia nec illa caret rosę, quamvis ipsa subrubea sit propter mixturam aquę. O suavissime Jesu, quales tibi condignas referre poterō gratiarum actiones, quia a principio ortus tui usque ad mortem diutissimam, immo & post mortem pro me pretiosissimum sanguinem tuum effudisti, qui ardorem excellentissimę charitatis tuę tam crebris sanguinis tui effusionibus manifestare curasti?

Et infra eandem florum metaphoram proseguutus: Stat ecce, inquit, expansis manibus, nudo corpore, manibus simul, & pedibus perforatis, capite inclinato. Confortare nunc, anima mea misera, & infirma, & alis fidei, & spei ad hunc hortu charitatis enitere, & totu mentis intuitum per varia dispersum in unum collige, ac apum sedulitatem imitans ad conueniendum tibi mel devotionis ad Paradisum charitatis ascende, accedens ad cor altum: quia ecce, quem quęris, exaltatus est humiliatus est. Non enim elevatus est in Crucem, ut se difficilem pręberet accedere ad eum volentibus, sed magis, ut omnibus posset paratior inveniri. Accedens ergo cum fiducia ad hunc Paradisum in extensione brachiorum cognosce, suscipe affectum paratum ad tuos, & te ad suos invitantis amplexus, & quodammodo miserabiliter, misericorditerque clamantis *Reversare, revertere, ut in-*

A Ipse Jesus complexus tuos desiderat: *Christus passus* talis ut complectatur, expectat. Caput brachium am- floridum multis spinarum aculeis confli- plexus nostras xum ad te inclinat, ut ad pacis osculum te in cruce ex- in viter, tanquã dicat: Ecce quomodo peccat.

B configuratus sum, quomodo confossus, quomodo maceratus, ut te possim ponere super humeros meos, quę aberraveris ovis mea, & ad pascua reducere Paradisi. Redde vicem, & super vulnera mea misericordia commovere, & pone me talem, qualem nunc vides, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, ut in omnibus operibus brachii tui mihi taliter, ut vides, signato possis similis inveniri.

C Confortaveram te imagini Divinitatis meę, cum te crearem: conformatus sum imagini humanitatis tuę, ut te reformarem. Tu ergo, qui non retinuisti formam Divinitatis meę tibi impressam in tua formatione (hoc est, peccato te deformasti,) retine saltem formam humanitatis tuę mihi impressam in tua recreatione: id est, si non retines, qualem te creavi: si non capis, quantas virtutum divitias tibi dederim te creando: cape saltem, quantas in humanitate tua miseria propter te acceperim recreando, & ad potiores, quã ad quas te formaveram, delicias reformando. Nam propter eã homo visibilis factus sum, ut a te visus amaret, qui in Deitate meã invisibilis non amabar. Da te ergo premium incarnationi, & passioni meę, pro quo incarnatus simul, & passus dedi me. Hactenus ille.

E Et quid dulcius, quidve suavius, a mellifluo? Planè amans noster & vulneratus charitate amari vult. Ideirco in Crucem ascendit, ut inde omnium corda ad se traheret. *Ad pradam ascendisti, fili mi.* *Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis.* Hebræus a montibus prædas; quod inde scilicet omnium corda non tam sollicitaret, quã furaretur.

F Et quidni furaretur corda, vel in Cruce speciosus forma præ filiis hominum? Quid pulcher vel in ipsa Crucis deformitate? Bernardus: *Quantò minorem se* Pppp 2 exhi-

Adm eodem lib. 4. 4.

Psal. 63.

Cant. 6.

Gen. 49. Psal. 75. Hebr.

Bern. ser. 1. in Epiph. Domin.

exhibuit in humilitate, tantò majorem se ostendit in charitate, & quantò pro me vilior, tantò mihi charior.

*Isa. 53.* Vidimus eum, & non erat aspectus. Mox: Et desideravimus eum. Cur: Quia quantò pro nobis deformior, tantò nobis pulchrior.

*August. in Psal. 127.* Deformem Christum non amarent Virgines sacrae. *Item ser. 22. de verbis Apost. Bernard.* Augustinus ad illud: *Non est species ei, neque decor;* admiratus, quo pacto posset esse deformitas, ubi tanta erat amabilitas: Ergo, inquit, Sponsus noster fœdus est? Absit. Quando enim illum virgines amarent, quæ in terrâ maritos non quærunt? Deformitas Christi, ô virgo, te format.

Ita Bernardus Jesum in Cruce deformatum meditatus: Venite, venite, attendite manu fortem nostrum, quomodo contritus est: desiderabilem nostrum, quomodo miserabiliter deformatus est: pacificum nostrum, quomodo in bello peremptus. Ubi est rubor roseus, ubi candor juvenilis? ubi in corpore tam contrito decorem invenies? Ecce defecerunt dies nostræ: diei Domini Jesu, qui solus est dies sine tenebris, & ossa ejus sicut cremium aruerunt: percussus est sicut fœnum, & aruit cor ejus, elevatus est, & allisus valdè: sed in dedecore extrinseco decorem simul verè, & decus intrinsecus retinebat. De hac deformitate Redemptoris nostri manavit prærium decoris interni: *Omnia enim gloria filia Regis ab in- riu* Senferat hæc, quæ in Cantico Salomonis proclamat: *Nigra sum, sed formosa, filia Jeruſalem, sicut tabernaculum Cedar, sicut pelles Salomonis.*

*Psal. 101.*

*Psal. 44.*

*Cant. 1.*

*Christus in cruce hominibus speciosus. Bern. ser. 48. in Cant.*

Planè sanctis animabus nunquàm spectabilior Jesus, nunquàm pulchrior apparet, quàm in Cruce. Idem in Cantica: Quàm pulcher es Angelis tuis, Domine mi Jesu, in forma Dei, in die æternitatis tuæ, in splendoribus Sanctorum, ante Luciferum genitus! Quàm mihi decorus es, Domine mi, in ipsa hujus positione decoris! Etenim ubi te exinanivisti, ubi naturalibus radiis lumen indisciens exuisti, ibi pietas magis enituit, ibi charitas plus effulſit, ibi amplius gratia radiavit.

Hinc tam pulchrè expensus ab Augustino titulus Psalmi quadragesimi quartis:

*A In finem; pro his, qui commutabuntur, filiis Psal. 43. tit. Core, in intellectu, canicum pro dilecto. Dilectus ille visus est à persecutoribus suis, sed non intellectu. Si enim cognovissent, 1. Cor. 2. nunquàm Dominum gloria crucifixissent.*

Quasi dicat: Ij, qui solum oculos carneos habuerunt, Sponsi hujus pulchritudinem non viderunt, nec dilexerunt, fœditatem viderunt: nos amemus illum, aut si in venerimus in eo aliquid fœdi, nò amemus.

*B* Ecce ipse invenit multa fœda, & amavit nos. Si aliquid fœdi in venerimus in eo, nò amemus: quia & hoc ipsum, quòd carnem indutus est, ut de illo etiam diceretur, *Vidimus eum, & non est species ei, neque decor,* si consideres misericordiam, qua factus est, & ibi pulcher est. Sed Judæorum personam gerebat Propheta, eum diceret: *Vidimus eum, & non est species ei, neque decor.* Quare? Quia non in intellectu.

*C* Intelligentibus autem: *Et verbum caro factum est;* magna pulchritudo est.

*Mihi autem absit gloriari;* dixit unus amicorum Sponsi, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi. Parum est, ut non inde erubeſcas, nisi etiam & gloriaris. Quare ergo non habuit speciem, neque decorè? Quia Christus crucifixus, *Judæis quidem scandalum, Gentibus stultitia.* Quare autem & in Cruce habuit decorem? Quia quòd stultum est Dei, sapientius est, quam homines, & quòd infirmum est Dei, fortius est quàm homines.

*D* Nobis ergo jam credentibus ubique Sponsus pulcher occurrat. Pulcher Deus, Verbum apud Deum: pulcher in utero Virginis, ubi non amisit Divinitatem, & sumpsit humanitatem. Pulcher natus infans: quia & cum esset infans, cum sugeret, cum manibus portaretur, cæli locuti sunt, Angeli laudes dixerunt. Magos stella direxit, adoratus est in præsepi, cibaria animalium mansuetorum. Pulcher ergo in cælo, pulcher in terra, pulcher in utero, pulcher in manibus parentum, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher invitans ad vitam, pulcher non curans in mortem, pulcher deponens animam, pulcher recipiens, pulcher in ligno, pulcher in sepulchro, pulcher in cælo, pulcher in intellectu. Audite canicum.

*Et ubique pulcher credentibus.*

*Ioan. 1. Luc. 1. Luc. 2.*

*Matth. 2.*

zicum, neque oculos vestros à splendore pulchritudinis illius avertat carnis infirmitas. Summa, & vera pulchritudo, iustitia est. Ibi illum non videbis pulchrum, ubi deprehendes injustum. Si ubique iustus, ubique decorus. Veniat ergo nobis inspicendus oculis mentis descriptus à quodam laudatore suo Propheta. Ecce, inquit, eruclavit cor meum verbum bonum.

*Psal. 44.*

*Ambr. lib. 2. de Spir. S. cap. 5. Christus cur flos dicitur.*

Huc etiam eleganter Ambrosius, rationem reddens, cur cælestis Sponsus florem campi se appellaverit: Ego flos campi. Flos, inquit, odorem suum succisus reservat, & contritus accumulatur, nec avulsus amittit: Ita Dominus Jesus in illo patibulo Crucis, nec contritus emarcuit, nec avulsus evanuit, sed illà lancea punctioe succisus, sacro speciosior fuit cruoris colore vernavit.

*Cant. 2. Chald.*

Ego flos campi. Chaldaeus: Ego similis lilio in Paradiso voluptatis, & opera mea pulchra sunt, sicut rosa.

*Ecl. 43. Hugo Card. ibid.*

Speciosum ergo, & pulchrum oculis Sponsum animarum! Vide vide arcum, (Hugo Cardinalis, Christum in Cruce) & benedic eum, qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo. Arcus, inquit Hugo, tricolor est, rubeus, caruleus, viridis. Et Christus rubeus fuit in passione: Dilectus

*Cur item arcus.*

*Cant. 2. Isa. 53.*

meus candidus, & rubicundus; caruleus in flagellatione: Cuius livore sanati sumus; viridis in patientiæ longanimitate, & innocentiae puritate: Si in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet? Sagitta emissæ ab hoc arcu verba fuerunt prædicationis, & doctrinæ ejus, de quibus in Psalmo: Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatorius.

*Luc. 23.*

*Psal. 119.*

*Bern. ser. 28. in Cant.*

His sagittatus Centurio ille, de quo Bernardus in sermone de nigredine, & formositate Sponsi: Nigrum sensus renunciat, fides candidum, & formosum probat. Niger est, sed oculis insipientium: nam fidelium mentibus formosus valde. Niger est, sed formosus. Niger reputatione Herodis, formosus confessione latronis, Centurionis fide. Quam formosum adverterat, qui exclamavit: Verè homo hic filius Dei erat! Sed in quo advertit, advertendum. Si enim attenderet, quod apparebat, quomodo formosus,

*Mar. 15.*

A quomodo Filius Dei? Quid nisi deforme, & nigrum oculis spectantium occurrebat, cum expansis in Cruce manibus, mediis duorum nequam, tulum malignantibus daret, fletum fidelibus? Et solus erat risui, qui solus poterat esse terrori, solus honori debuerat. Unde igitur advertit pulchritudinem Crucifixi, & quòd is sit Filius Dei, qui cum iniquis reputatus est? Respondere aliquid ad id nostrum, nec fas, nec opus est. Nec enim Evangelistæ hoc diligentia præterit, sic enim habes: Videns autem Centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Verè hic homo Filius Dei erat. Ergo ad vocem credidit, ex voce agnovit Filium Dei, & non ex facie. Erat enim fortasse ex ovibus ejus, de quibus ait: Oves meæ vocem meam audiunt, & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Auditus invenit, quod non visus. Oculum species fecellit, auri veritas se infudit. Oculus pronunciabat infirmum, oculus morte turpissima condemnatum, auri Dei Filius, auri formosus innotuit.

*Centurio undè agnita in Christo deitas.*

*Iac. 53.*

*Mar. 15.*

*Ioan. 10.*

Cæterum quòd magis Crucifixi Jesu pulchritudine capiari, in ejusque amore ardentius inflammeris, expende, quæ & quanta pro te in ipsa erucifixione sit passus, liceatque à Bernardi ordine in dextera, ac sinistra virtutibus propofitis declinare.

D Expansa ergo illius brachia, protensa, & protracta crura suspenduntur in Cruce, manus, & pedes clavis acerbissimis configuntur. Foderunt, inquit, manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Bernardus: Ac si diceret: Tantum distensus sum dextrorsum, ac sinistrorsum, & à summo deorsum, ut corpore nudo in modum tympanicæ pellis distenso, facile possent omnia ossa mea dinumerari.

E Dispersa sunt omnia ossa mea, Hieronymus: Separata sunt omnia ossa mea. Campensis: Dissociantur; & in paraphrasi, soluta sunt omnia ossa mea. Tertullianus: pro, foderunt, legit: Exterminaverunt manus meas, & pedes meos, quasi attractione violenta extra terminum summo cum dolore manus ejus, pedesque posuerint.

*Psal. 21.*

*Bern. lib. de Pass. c. 7.*

*Psal. 21.*

*Hieron.*

*Campen.*

*Tert. contra.*

*Judaos.*

PPPP 3 Quis:

*Dolores Christi  
de cruce pendula*

Quis modò vel cogitatione assequatur, quanta sit dolorum immanitas, & savitia, volis manuum, & pedum transfixis clavibus? quando major pendente, & innixa mole universi corporis in manus, & pedes sic affectos! Non habebam aliud sustentaculum, nisi clavos (ita ipse ad D. Brigittam) interiora mea omnia arida, & contracta fuerunt: cor meum plenum erat dolore, quod quia recentissima natura erat, & optima, idèò dolor quandoque de nervis exibat ad cor, iterum à corde ad nervos, & sic augmentabatur dolor, & mors prolongabatur.

*Crucifixorum  
mors productior.*

*Aug. tract. 38  
in Ioan.*

Augustinus: Pendentibus in ligno Crucifixi producta morte necabantur, non enim crucifigi, hoc erat occidi: sed diu vivebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur.

*Seneca ep. 10.*

Hinc Seneca turpissimum Mecœnatis votum inculans, qui modò viveret, in cruce perdurare non refugiebat, scitè dixit: Invenitur aliquis, qui mali inter supplicia tabescere, & perire membratim, & toties per stullicidia amittere animam, quam semel exhalare! Invenitur, qui velit adactus ad illud infelix lignum, trahere animam, tor tormenta tracturum! Ea quod in Mecœnate horrebat Seneca: in vero nunc si licet) Mecœnate doleas quidem, & venereris. Hic etenim factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

*Philip. 2.*

*Chrysol. ser. 58.*

Chrysologus: Crucifixus in Cruce, in edito loco coram omnibus inimicis, & tota crudelitate spectantibus, & tota acerbitate observantibus mortè suscepit.

*D. Thom. 3.  
p. q. 46. art. 6.  
Et acerbissima.*

Sed cur hanc potius? Rationes D. Thomas ita diffundit: Quia mors confixorù in cruce est acerbissima: quia configuntur in locis nervosis, & maxime sensibilibus, in manibus, & pedibus: & ipsum pondus corporis pendentis auget dolorem: & cum hoc etiam est doloris diuturnitas, quia non statim moriuntur, sicut hi, qui gladio interficiuntur.

*Bernard.*

*Cur mori crucifigi, aut collo suspendi, aut comburi, aut suffocari voluit, quia mores illæ brevius scilicet: crucifigi autem voluit, quòd genus*

id martyrij prolixum, ac durum: quia ut amor Christi in nos magnus, & infinitus, & amore magno patiebatur: ita voluit supplicium esse longum, incomparabile, & omnium crudelissimum.

Hieronymus: Crucifixerunt eum, ut dolor clavorum intima, & nervosa tangens acerbitate torqueret, & suspensio distenderet, ut pondus corporis vulnera manuum, & pedum laceraret, & asperitas ligni dorsum flagellatum affligeret, & sic nulla pars corporis eius dolore careret.

Unde pie hortatur Bernardus: O anima, volve, & revolve Corpus Dominicum, & ubique invenies dolorem, & cruorem, verè tam miserabiliter pendebat Rex gloriæ, tam pœnaliter Iudex vivorum, & mortuorum, ut solo aspectu in ejus compassionem molliri possent corda lapidea.

Crucis quidem supplicium lentum, ac violentum, adde maledictum, ignominiosum, infame. Chrysostomus: Quale autem symbolum hujus mortis? Signum erat mortis maledictæ, mortis omnium diffamatisimæ: hoc enim solum mortis genus maledictioni obnoxium fuit, ut sit Deus, exempli gratia, quid dicam, qui olim peccabant, comburebantur, & aliis modis vitam finiebant, ut supplicii tantum: crucifixus autem, & ligno suspensus non solum hoc ferebat, ut grave aliquod supplicium, cui adjudicatus erat, sed ut maledictum quoddam: nam maledictus omnis, qui pendet in ligno.

Hinc vel Tacitus ille, cui loqui, dum tacet, mos est, quoties supplicij crucis meminit, crucis voce silentio pressa, servile supplicium appellavit. Sic enim lib. 4. Historiarum: Sumptum de eo supplicium in servilem modum. Et lib. 4. Hist. de Asiatico Vitellij liberto: Mal. in potentiam, inquit, servili supplicio expiavit.

Et Tullius, facundia Pater, verbis satis exaggerare nõ valens crudele quoddam C. Verris facinus, quòd nimirum præter fas, ac patriæ consuetudinem, P. Ganium virgis primùm casum crucifixisset. Facinus, exclamat, vincire civem Romanum, scelus, verberare: propè patricidium, necare,

*Hieron.*

*Bernard.*

*Chrysol. in the-  
monst. adver-  
sus Gentes,  
quòd Christus*

*Deut. 21.*

*Cornel. Tac.*

*lib. 2. Et 4.*

*Histor.*

*Crucis suppli-  
cium servile*

*Tacito.*

*Cic. in Ver.*

*Terrimum, crudelissimūque Ciceroni.*

erate, quid dicam in crucem tollere? Terrimum, crudelissimumque supplicium. Nunc quid dicemus, non de cruce Ganij, sed de Christi Cruce? Non de cive Romano sed de ipsi Dei Filio? Facinus, facinus est vincire Deum, scelus, verberare, patricidium, necare, in crucem tollere, terretimum, crudelissimumque supplicium.

Accesserunt ergo corpori Jesu in Crucem sublato, pendenti, ad eumque modum crudeliter excarnificato ægritudines animi non paucæ, nec sanæ exiles.

Delectus ad ignominiam illius dies festus, & celebritas Judæorum, quo hilares Judæi, ac læti ferias suas agerent, ipse vero in publica lætitia affligeretur, & quod die aliis percipitur, accusaretur, impereretur, tum exiperetur ei vita, quando aliis donatur.

Expectatum est tempus, quo ex Othe toto confluerent Judæi ad celebrationem Paschæ, ut spectaculum necis Christi esset frequentius: præterquam quod erant in Jerusalem habitantes Judæi, viri religiosi ex omni natione, quæ sub calo est.

Hic occurrebat animo illius, se, qui paucis antè diebus receptus esset tanquam Rex, & Messias, qui habitus fuisset Propheta magnus, cui oblata dignitas regni, quem multi adorassent, medium nunc inter duos latrones, quasi ejusdem criminis convictum, & manifestum, in arbore execrationis pendere.

Et cum sceleratis reputatus est. Pagninus: Et cum prævaricatoribus. D. Clemens, & cum impijs Septuag. & inter iniquos: Syriacus, & cum flagitiosis reputatus est.

Crucifixi sunt cum eo duo latrones. Alius: duo nequam, Syriacæ, duo malefici, vel duo sicarii. Tertullianus: Sed & duo scelesti circumfigurantur illi, ut inter iniquos scilicet deputaretur.

Chrysofomus: Crucifixæ sunt pariter latrones, non tanquam inimici latronum, participes enim erant sceleris eorum, nam Pilato dicente: Quem vultis vobis dimitti? latronem latrones petierunt, ut passionem Domini macularent, eumque infamarent, ut ex societate punitorum socius videretur latronum.

¶ Sed ad expendendam adhuc magis

A ignominiam, refert considerare cum Ambrosio, qualis ascendat in Crucem. Ambros. hb. Nudum, inquit, video: talis ascendit, quales nos, auctore Deo, natura formavit: Nudus crucem

Tu scis improprium meum, & confusio-nem meam, & reverentiam meam. Hebræus, Psal. 68. & verecundiam meam. Quasi absconditus Hebræus vultus ejus. Lyran. præ verecundia, quæ talis extitit, ut pro ea exaudiri meruerit: Lyran. Exauditus est pro sua reverentia.

B D. Bonaventura: Spoliatur etiam, & nunc tertiâ vice coram totâ multitudi-ne. Quanta, rogo, confusio ejus, ac verecundia? Operuit, operuit, inquit, confusio faciem meam. Psal. 62.

Sol videns inhonoratum Dominum, inquit Cyrillus, tremens defecit, nec spectaculum ferre potuit. Cath. 17.

C Cruci itaque affigitur nudus, spectantibus cunctis, attonitis necessariis, confusus, & pudefactus cognatis, & propinquis, astante D. scipulo charissimo pleno lacrymarum, & mœroris extremi, astante Matre, quis possit dicere, quanta mœstitia percussa? Cruciatu Filij materna viscera, velut gravissimo relo, conflavit: Matris dolor dolo: em Filij renovat, exulcerat, exacerbatur.

¶ Quid restat? Quid aggregari ad hæc potest? Pontificum, & Pharisæorum odium ex invidia conceptum, & rabies terribissima nondum satiata poenis, & tormentis, nihil potest jam apponere cruciatibus corporis, addit opprobria, & sublanationem: Quem tu, inquit, percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Turpiter in cruce derisus.

Factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me. Dissipati sunt, nec compuncti, tentaverunt me, subsannarunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis. Alij: Cachinnaverunt, aut aperuerunt os suum ad irrigendum, & non cessaverunt. Ita Campensis in Paraphrasi: Qui læsi à me nulla re fuerant, proscindebant me convitiis sine intermissione.

B Omnes videntes me, deriserunt me. Tertullianus: Omnes, qui spectabant me, naso irridebant me. Loquenti sunt labijs, & moverunt caput. Ad verbu: Demiserunt, sive laxarunt labium (scilicet ad blasphemias.) Chaldæus Garrui

*Christo in cruce pendenti agere fuit animo. Vnde?*

*Ad. 20.*

*Isa. 53. Pagnin. D. Clem. Septuag. Syriac. Matth. 27. Luc. 23. Syriacæ. Tert. lib. 4. cont. Marc. Chrysof. Christus cur in medio latronum suspensus.*

Hieron.

Garruit malum labiis suis. Hieronymus :

Demittunt labium, illudentium more. Campensis : Retorquent labia. Et moverunt caput, præ contemptu: nutu capitis me illuserunt: contemptim, &amp; fuse irriserunt.

Iust. Mart.

Justinus Martyr in dialogo cum Tryphone, hunc eundem Psalmum exponens: Inquit qui eum, cum Cruci suffixus esset, videbant, suum quisque caput agitabant, labra distorquebant, naribusque inter se indignantes, hæc per ironiam dicebant: *Dei se filium esse dicit, descendat, & incedat.*

Matth. 27.

Et aspicient ad me, quem confixerunt. Septuaginta: Pro eo, quod insultaverunt: aut

Zach. 12.

apud Hieronymum, quod saltaverunt: videlicet quod contra Dominum quasi ludendo saltaverint, quando dicebant illudentes, atque ridentes: *Vab, qui destruis templum Dei, & in triduo illud readificas, salvum fac temetipsum, descendens de Cruce.*

Septuag.

Hæc, & alia, inquit Hieron. illudentes, & quodam amentia tripudio saltantes Loquebantur. Unde & Syriacus: *Similiter autem & Principes Sacerdotum ridebant unus cum alio, necnon & Scriba, & dicebant: Alios servavit, seipsum non potest servare.*

Hieron.

Tauri pingues obsederunt me. Vitulorum, taurorumque est oblique, ac in transversum saltare.

Iaque aucteris,

&amp; saltibus.

Matth. 27.

Mar. 15.

Syriac.

Psal. 21.

B. Laur. de triumph.

Christi agone,

c. 17.

Quam hinc, rogo, latus Christo Domino patientia campus? Ed hic planè latior, velut inquit Justinianus, quò frequentius atque vehementius illum contumeliis lacestabant. Excolebant sanè illi, æterna permittente Sapientia, humilitatis terram, iniquitatis suæ vomere, ac venenatæ linguæ sarculo, ut centuplicatum redderet sanctæ Ecclesiæ fructum. Ita virtutes Mediatoris Christi, quæ in occulto Divinitatis gazophylacio latitabant, hac occasione produxerunt ad publicum.

Idem c. 15.

Thren. 3.

Christus in cruce signum maledicantium linguarum.

Luc. 23.

Stabat ergo ille quasi signum ad sagittas, ut contradicendi verba susciperet. Quales quisque adstantium sagittas emisserit, ex consequentibus considera. Aderat populus multus finem expectans, ex ipsis quidam irrisionis intorquebant jacula, dicentes: *Alios salvos fecit, se ipsum faciat, si hic est Christus Dei electus.* Hujusmo-

di erant maledicentium turbarum sagittæ. Militum verò, custodientiumque: *Si tu es Rex Iudæorum, salvum te fac.* Patercuntentes & ipsi blasphemiam dirigebant spicula, agentes: *Vab, qui destruis templum Dei, & in triduo illud readificas, salva temetipsum: si filius Dei es, descende de Cruce.* Similiter & Sacerdotum Pontifices cæteris sceleratioribus, illusionis jacula emittentes ad alterutrum, cum Scribis, & Senioribus dicebant: *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si Rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo: liberet eum nunc, si vult, dixit enim: Quia Filius Dei sum.*

Ibid.

Matth. 27.

Ibid.

O venenata antiqui serpentis frans! ô meditata leonis rugientis rabies! quanta calliditate, quanta perversitatis arte invictissimum Christianæ religionis ducem conabatur evertere! Ordinarat quippe adversum illum acies: in omnibus ipse certabat, si qua modo concupitæ valeret fieri compos victoriæ. Primò turbas, deinde milites, post excitat prætereuntes, postremò Pontifices, & seniores. Omnes certatim paratas in phaterra sagittas in signum contradictionis intorquent, paulatimque pugnae exagitant impetu.

Damonis Christum in cruce oppugnantis veritas.

Porrò si singulorum discutiantur verba, semper in malignitate cognoscuntur proficere. Horum dolositate Propheta expressit dicens: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Pugnae vidisti ordinem? Attende nunc fraudem. Duo in singulis recognosce, irrisionem videlicet, & persuasionem. Per irrisionis vilipendium ipse malorum omnium commentor Diabolus pendens Mediatoris subruere animum, atque in desperationis, & impatientiae foveam præcipitare nitentur. Quis, oro, tam crebro, tam injuriosè, necnon & à tot æmulis lacestus immobilis permaneret? Sibi in vicem succedentes sine intervallo, & absque pietate, opprobriorum, ac illusionum aded crebrescebant ictus, ut fessio, & afflicto nulla requies præberetur: importunitate quadam convitiatorum bellatoris fortitudinem debilitare studebant. Prævalueruntne?

Psal. 73.

An

An forte movere poterunt, seu mollescere durissimam petram? Prorsus minime. *Posui faciem meam, ut petram durissimam, & scio, quia non confundar.* Fortitudinis scutum sagittarum opposuit ictibus.

Illusionum audisti bellum, pariter & triumphum, persuasionum nunc venena ausculta. Plurimi nempe eorum, qui aderant, Diabolo instigante, verbis Domino suadere conabantur, ut de Cruce descenderet. Hoc turba, milites, prater-

euntes dixerunt, & Pontifices; quatenus ex suadentium multitudinem proclivior fieret ad descensum, callideque satis se creditos simulabant, ut tanquam Salvator verus, creditorum salutem non negligeret.

Iam pavere Diabolus coeperat, jam ipsum Christum esse credere, jam adeptum imprudenter in hominibus dominium amittere trepidabat, hinc ut descenderet, hortabatur. Verum hanc capitis, & membrorum malitiam Sapia agnovit, confuditque. Sapia vicit malitiam. Non armis, non argumentis, non redargutionibus, sed inimicum patientia superavit. Patienter sustinens perseveravit in Cruce, donec, donec spiritum exhalaret.

Ceterum jam eloquentissimus Cyprianus ex tot injuriarum perpessione Christi Domini patientiam expendat, in sermone plane aureo de bono patientia, ubi cum ejusdem virtutis praeclara exempla ex tota Salvatoris vita, ad Crucis usque, & passionis horam pulcherrime enarrasset, haec postea subinfert: Sub ipsa autem passione, & Cruce, priusquam ad crudelitatem necis, & effusionem sanguinis veniretur, quae convitiis probra patienter audita? quae contumeliarum tolerata ludibria? ut insultantium sputamina patienter exceperet, qui spato suo caeci oculos paulo ante formasset: & cuius in nomine nunc a servis eius Zabulus, cum Angelis suis flagellatur, flagella ipsa pateretur: coronaretur spinis, qui Martyres floribus coronat aeternis: palmis in faciem verberaretur, qui palmas veras vincens tribuit: spoliaretur veste terrena, qui indumento immortalis

*Speranza Scriptura selecta.*

litatis caeteros vestit: cibaretur felle, qui cibum caelestem dedit: aceto potaretur, qui posulum salutare propinavit!

Ille innocens, ille justus, immo innocentia ipsa, & ipsa iustitia inter facinorosos deputatur: & testimoniis falsis veritas perimitur: judicatur judicaturus, & Dei sermo ad victimam tacens ducitur: & cum ad Crucem Domini confundatur sidera, elementa turbentur, contremiscat terra, nox diem claudat, Sol, ne ludaeorum facinus aspicere cogatur, & radios, & oculos subtrahat, ille non loquitur, nec movetur, nec maiestatem suam, sub ipsa litem passione, profertur: usque ad finem perseveranter, ac juxta toleratur omnia, ut consummatur in Christo plena, & perfecta patientia.

Sed sub ipsa immani crucifixione, quanta jam, rogo, Domini patientia? Contumelia, & tormento, dixerunt illi, interrogemus eum, ut sciamus reverentiam, (Graece, mansuetudinem) ejus (o qualis!) & probemus patientiam illius, o quantam! Graece.

Nunc qualiter passio ipsa facta sit, diligenter attende. Justinianus: Domino jam Satanæ Ministri appropinquantes, detractis vestibus, nudaverunt eum. Porro id repente de cicatricibus recentibus cruor emanavit abunde. Inhaeserat quippe corpori eruentato inconsutilis tunica, quae sanguine hausto siccata erat, quam obrem pellem totam deconiare compulsa est. Quoniam vero in expoliatione hac, quid doloris, quid impietatis, quid virtutis acciderit, nullius quamvis eruditi sufficit enarrare facundia, taceat lingua, conquiescat manus, & calamus taceat, quatenus Mediatoris cor lachrymis defluentibus se gestare sufficit.

Redemptore ergo donudato, illum supinum super Crucis stipitem posterunt.

Ecce Isaac noster, verus repromissionis Filius, in quo universa Gentium sunt benedicenda familia. Quomodo patri obtemperando, humiliter se super struem ligarum, seque in holocaustum praebens perferendum subternit ad mortem. Non auditur clamor, non contradictio-

999

nis

Isa. 50.

Cypr. ser. 3. de bono patient.

Christi in cruce patientia.

Sap. 2.

Graece.

De triumph.

Christi agone.

c. 16.

Christus exco-

riatus prius-

quam cruci-

fixus.

Gen. 22.

Crucifixio

Christi deseri-

pta.



Corpus Divinitati adnexum, ut penderet collisum, tortum, casum, luxatum flagellarum, fœdum cruore, plagis autem, vibicibus, tuberibus, livore, vulneribus horrens!

Ita, itane vile tibi fuit, ô bone Iesu, caput istud beatissimum, ut illud pro re lutea, ac nihili facienda, in apertum discrimen adduceres? Ita nullius pretii pulcherrimum istud Corpus, ut pro cœco illud, ac sordibus tot doloribus, vulneribus, cruciatibus obiceres? Illa, illa sapientia stultitię notanda fuit infamia? ille splendor maculis aspergendus ignominia? O inflammatas scelere parricidarum mentes! ô nefaria hominum consilia? Vos Dei Filium probris auderis apperere, criminationibus, maledictis infestari, virgis tamdiu cedere, ut plurimus sanguis omnibus è venis uberrimè disfluere? Vosne palmarum istud immanitatis, comæntum segmen hamatis, & aculeatis confertum spinis divino capiti ad contumeliam inferere, ad dolorem intrudere potuistis? Vosne plenissimas cruoris, ac perfidie manus in hos lacertos impellere, vos illum aded affligere, jactare, vulnerare, nihil ut integri in ejus corpore, quasi vivo quodam cadavere loci esset ad nova vulnera, nisi forte, quę per cicatrices imprimerentur, accipienda? Quid adhuc plura commemorare? Vos Dei Filium, hominem pro homine factum, exquisitissimis doloribus, inauditisque tormentis probatum acerbillimè cruci suffigere potuistis? Si affiget homo Deum suum quia vos affigit is mei

Verum si quis cum animo suo diligenter reputaverit, quanta sit diabolicę conditionis potestas à Deo illi in origine nature ipsius attributa, nã is aperte perspicat, nullum calamitatis, & afflictionis genus non potuisse in Christi corpus, & teneram animi illius portionem non esse profusum ( utique extra peccatum, & ea pariter incommoda, quę certorum sunt hominum, non nature.)

Solutus siquidem tunc fuit Dæmon à Deo, expeditaque potestas tenebrarum, cui nulla invenitur super terram, quę possit comparari. Permissum illi, ut

tantum seiret in Christum, quantum vellet, & posset: voluit autem, quantum potuit, qui multò plus posse voluisset.

Nam quemadmodum nihil magis amat DEVS secundum se, quàm hominem Christum, nec quisquam magis Deum, quàm Christus, ita nihil intensius odit Diabolus, quàm Christum. Et ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem magnam stantem coram Angelo Domini, & Satan stabat à dextris ejus, ut adversaretur ei. Dexteram siquidem Christi oppugnabat Satan, id est, bona illius præcipua, Ecclesiam Sponsam ejus, & regnum illius sempiternum: sed de hac tamen impugnatione securus erat Christus, sepimento nimirum vallatus opis divinę, de qua ipse idem dicit in Psalmo: Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commovear. Sinistram verò partem, quę ad inferiora humanitatis dev ergit, hanc planè infestavit Dæmon.

Itaque velut inundatione, ac proluvio quodam proruerunt in Dominum labores, ærumnæ, dolores, cruciatus, tormenta, plagæ, rædium, ægritudo, perturbatio, æstuatio, horror, anxietas, amaritudo: Omnes fluctus tuos induxisti super me.

D. Thomas enucleatè: Christus passus est omnem humanam passionem secundum genus. Probat conclusionem tripliciter, & ex parte generalitatis conditionum eorum, à quibus, & rerum, in quibus, & membrorum suorum, secundum quæ passus est. Ex parte igitur hominum, à quibus passus est. Passus est, inquit, aliquid à Gentilibus, & à Judæis, & à masculis, & à fœminis, ab ancillis, nimirum accusantibus Petrum. Passus est etiam, & à Principibus, & à ministris eorum, & popularibus, secundum illud: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terra, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus. Passus est etiam à familiaribus, & notis, sicut pater de Iuda eum prodente, & Petro ipsum negante.

tantum seiret in Christum, quantum vellet, & posset: voluit autem, quantum potuit, qui multò plus posse voluisset.

Nam quemadmodum nihil magis amat DEVS secundum se, quàm hominem Christum, nec quisquam magis Deum, quàm Christus, ita nihil intensius odit Diabolus, quàm Christum. Et ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem magnam stantem coram Angelo Domini, & Satan stabat à dextris ejus, ut adversaretur ei. Dexteram siquidem Christi oppugnabat Satan, id est, bona illius præcipua, Ecclesiam Sponsam ejus, & regnum illius sempiternum: sed de hac tamen impugnatione securus erat Christus, sepimento nimirum vallatus opis divinę, de qua ipse idem dicit in Psalmo: Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commovear. Sinistram verò partem, quę ad inferiora humanitatis dev ergit, hanc planè infestavit Dæmon.

Itaque velut inundatione, ac proluvio quodam proruerunt in Dominum labores, ærumnæ, dolores, cruciatus, tormenta, plagæ, rædium, ægritudo, perturbatio, æstuatio, horror, anxietas, amaritudo: Omnes fluctus tuos induxisti super me.

D. Thomas enucleatè: Christus passus est omnem humanam passionem secundum genus. Probat conclusionem tripliciter, & ex parte generalitatis conditionum eorum, à quibus, & rerum, in quibus, & membrorum suorum, secundum quæ passus est. Ex parte igitur hominum, à quibus passus est. Passus est, inquit, aliquid à Gentilibus, & à Judæis, & à masculis, & à fœminis, ab ancillis, nimirum accusantibus Petrum. Passus est etiam, & à Principibus, & à ministris eorum, & popularibus, secundum illud: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terra, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus. Passus est etiam à familiaribus, & notis, sicut pater de Iuda eum prodente, & Petro ipsum negante.

*in Christum. Pro libidine.*

*Zac. 3.*

*Psal. 15.*

*Psal. 87.*

*D. Thom. 3.*

*p. 9. 4. 6. art. 5.*

*Christus omnis generis humanarum passionis toleravit.*

*Idq; ab omni genere hominum.*

*Psal. 2.*

*Malach. 3. Cass. lib. 2. deucar. Verbi.*

*Dæmoni permissum se vivere*

In amicis, honore, rebus, animâ, corpore.

Ex parte verò eorum, in quibus homo pati potest, passus est: Christus in suis amicis eum deserentibus, in fama per blasphemias contra eum prolatas, in honore, & gloria per irrisiones, & contumelias ei illatas, in rebus, per hoc, quòd etiam vestibus spoliatus est, in anima per tristitiam, tedium, & timorem; in corpore per vulnera, & flagella.

In corporis omnib9, membris.

Tandem quoad corporis membra, passus est in capite pungentium spinarum coronam, in manibus, & pedibus fixationem clavorum, in facie alapas, & in toto corpore flagella. Passus est etiam secundum omnem sensum corporeum, secundum tactum quidem, flagellatus, & clavis confixus, secundum gustum, fello, & aceto potatus, secundum olfactum, in loco fetido cadaverum (qui dicitur *Calvaria*) appensus patibulo, secundum auditum, lacessitus vocibus blasphemantium, & irridentium secundum visum videns Matrem, & Discipulum, quem diligebat fientes.

Et sensibus corporis.

Cajet. ibid.

Et Cajetanus ibidem piè, & acutè. Advertè hie primò, quòd Author summariè pertransit generalitatem passionum Christi: nam si ad amissum dinumerandæ essent omnes conditiones passionum ejus, & differentia earum, humanum ingenium fortè deficeret. Clarè siquidem liquet, quòd passus est judicialiter, & extrajudicialiter, à iudicio ecclesiastico, & seculari: passus est objectione superbiae, blasphemiae, seductionis, ambitionis, rebellionis Caesare, usurpationis divinae: passus est à testibus falsis, & à propria confessione occasionaliter: passus est ut malus, & ut stultus: passus est à viris timoratis, secundum legem Dei (utpote non introeuntibus Prætorium, & vacantibus operibus misericordiae actualiter) & à sceleratis passus est, & simpliciter, & comparative ad Barabbam, & breviter (concludit Cajetanus) ad pelagus passionum harum contemplatio ingressum dans, nova semper adiciet.

A iudicio ecclesiastico, & seculari.

Objectione variorum scelerum.

A bonis, & sceleratis.

Iob. 30.

Sed jam dolentem ipsum pio miserationis affectu ex ipso dolentis ore audiamus. *Expectabam bona, & venerunt mihi mala, praestolabar lucem, & eruperunt tene-*

*bra.* Quasi diceret: Quis non putaret satis, superque hactenus in me sævitum, & tamen hic diutius in nova tormenta, & in mortem dilatus manus crucifigentium tolero.

*Interiora mea offerbuerunt absque ulla requie.* Hugo Cardinalis: Illi scilicet, qui secreta mea noverant, quosque ut viscera per amorem gestaveram, atrociter contra me surrexerunt: *Filii matris meae pugnaverunt contra me.* Fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi pugnaverunt contra te. Ad literam: *Interiora mea offerbuerunt absque ulla requie,* à calore videlicet ulcerum interius penetrante; unde Chaldaus: *Et non apparuit in eis sanguis.*

*Frater sui draconum, & socius struthionum.* Glossa ibid. Draconum nomine malitiosi, struthionum, qui pennas habent, & volatam non habent, simulators (quales Pharisei) intelliguntur, qui speciem tantum sanctitatis habent. Lyranus: *Frater sui draconum, & socius struthionum;* quia illi, qui debebant me diligere, sicut fratres, nunc mordent me suis punctationibus, & detractionibus, sicut dracones: & illi, qui erant mihi familiares, & socii, oblitii sunt mei, sicut struthio obliviscitur fetus sui.

*Cutis mea denigrata est super me.* Hugo, Hugo, & Lyranus: *Ex labore passionis; & ossa mea aruerunt rari.* Ibid. *pra caumate;* hoc est, nimio calore ulcerum meorum, in tantum est excessivus, quòd in parte defecavit medullas ossium meorum.

*Ver, in luctum cithara mea, & organum meum in vocem fientium.* Loco nimirum Angelorum quondam canentium, nunc Angeli pacis amariè desunt. Qui ad ortum Solis ceciderunt, occidente nunc Sole plorant. En hic instaurata illa Memnonis statua, quæ, referente Pausania, tam admirabili arte perfecta narratur, ut ad primos orientis Solis radios quendam concentum instar fidium ederet; eadem verò ad occidentem Solem lugubri sono, & quasi Phrygiis modis infunderet, ac immurmuraret potius, quam caneret.

*Nunc in eorum canticum versus sum, id est, in derisum; & factus sum eis in proverbium, sive ad Hebraicum, sermo.* Abominantur.

Glossa ibid.

Hugo Card. ibid.

Cant. I.

Ierem. 12.

Lyran.

Chald.

Iob. 10.

Glossa. ibid.

Lyran.

Strab. lib. 13.

Paus. in Atr. Plin. lib. 6.

Iob. 10.

Hebr.

nantur.

nantur me, & longè fugiunt à me, & faciem A  
meam conspuere non verentur.

Ad dexteram Orientis (aut floris spina) calamitatis mea illic (surrexerunt, id est, simul atque in tot me calamitates incidisse viderunt, conspurati scilicet, flagellatum, spinis coronatum, quamvis floribus me potius coronatum putarem, in me inveciti sunt.

Pedes meos subverterunt, ad Hebraicū, impulerunt, quò me scilicet de gradu in terram deicerent. Ita Græcè, quamvis in numero unitatis: Pedes suos extendit, ut in eos scilicet incurrerem, & caderem. Et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis; clarius in Hebræo: In pernice mea profecerunt, id est, ea mihi damus, & derimenta importaverunt, quæ cogitaverunt, & operaverunt: ego verò nullam eorum injuriam propullavi. Idem & David vaticinatus est: Exaltasti dexteram deprimentiū eum: latificasti omnes inimicos ejus: avertisti adjutorium gladius ejus; & non es auxiliatus ei in bello: destruxisti eum ab epundatione, & sedem ejus in terra collisisti: minorasti dies temporis ejus: perfudisti eum confusione. Prævaluerunt, & non fuit, qui adjuvaret. Et David explicatus à Iustino Martyre: Quoniam tribulatio, legit Iustinus, quoniam cruciatus prope est, & non est, qui non adjuvet; vel, non est, qui mihi auxilium ferat.

Quasi rupto muro, & aperta janua irruerunt super me. Hebraicè ad verbum: Sicut irruptio magna venerunt. Græcè in numero unitatis: Visus est me (populus scilicet) quo pacto vult, & ad meas miseras devoluti sunt. Hebraicè: Et pro desolatione involuti sunt; id est, quò me perderent, quasi globo facto in me irruerunt: quamvis alii passionem, non actionem explicantes: In doloribus (vertant) convolutus sum, vel in doloribus compactus sum; veluti nimirum massa dolorum compacta, ac coagmentata doloribus.

Redactus sum in nihilum, abstulit quasi ventum desiderium meum, & volut nubes pertransit salus mea. Marginalis: Versi sunt ad me terrores: persecuti sunt, sicut ventus, animum meum spontaneum. Siste, & expende spontaneum, quòd: nihilominus

amore hæc omnia, quamvis acerbissima, pateretur.

Nunc autem in memetipso marcescit anima, id est, disrumpor dolore. Ad verbū: Nunc se fundit super me anima mea, hoc est, vehementissimè crucior. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea: factum est cor meum, tanquam cera liquefens in medio ventris mei. Et possident me dies afflictionis.

Clamo ad te (ò Pater) & non audis me? sto, & non respicis: mutatus es mihi (sit verbo reverentia) in crudellem, & in duritia manus tua adversaria mihi.

Elevasti me, & quasi super ventum ponens, elisisti me valide: Alludit ad rationē agendi ejus, qui aliquid magna vi terræ allidit, qui primum elevat illud. Eadem ratione David de suis calamitatibus locutus: A facie, inquit, iræ indignationis tua, quia elevans illisisti me. Ita me primum clarificasti in monte, triumphare cum acclamationibus iussisti, & nunc quasi elevatum allidis me, Marginalis: Et removisti à me sapientiam. Facis, ut stultus appaream, Iudæis scandalum, gentibus vero stultitia.

Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescit dolor meus; & si tacuero, non recedet à me. Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes arcus mei. Heb. Desolasti omnem congregationem meam, vel cæcum meum. Idem aiibi: Fratres meos longè fecit à me, & notimei quasi alieni recesserunt à me.

Ruga mea testimonium dicunt contra me. Marginalis: Macies faciei mea testificatur contra me (propter maciem enim ruga faciei.) Et suscitatur falsiloquens ad versum: faciem meam contradicens mihi. Collegit furorem suum in me, & comminans mihi infremuit contra me dentibus suis, hostis meus terribilibus oculis intuitus est; vel ad Hebraicum: Exacuit oculos suos in me, vel juxta Septuaginta: Oculorum telis insultavit; aut Chaldaicè: Quasi novaculam acuit oculos suos adversum me; aut iterum juxta Septuaginta: & quasi per paraphrasim: Tela piratarum ejus fuerunt in me coniecta.

Aperuerunt super me ora sua. Compendio dicam: Conclusit me Deus apud ini-

Græc.

Hebr.

Psal. 88.

Psal. 11.  
Iust. in dial.  
cum Tryph.  
Iob. 50.

Hebr.  
Græc.

Septuag.

Margin.

Psal. 21.

Iob. 30.

Psal. 101.

Marg.

Iob. 16.

Iob. 19.

Iob. 16.

Margin.

Hebr.

Septuag.

Chald.

Septuag.

quum, & manibus impiorum me tradidit. A  
Tenuit cervicem meam, confregit me, & po-  
suit me quasi in signum; in quo scilicet sua  
omnia tela conieceret, id est, me variis, &  
inauditis modis afflixit; id, quod alio  
modo dixit & David in Christi persona:  
Super me confirmatus est furor tuus, & omnes  
fluctus tuos induxisti super me. Et Ieremias  
eadem figura usus: Tenuit arcum suum,  
& posuit me quasi signum ad sagittam, misit  
in renibus meis sillas pharetrae suae. Simile B  
planè ejus, quod statim subiicit Iob.

Psal. 86.  
Thren. 2.

Iob. 16.

Circumdedit me lanceis suis: convulnera-  
vit lumbos meos: non pepercit, & effudit in  
terra viscera mea: concidit me vulnere super  
vulnus: irruit in me quasi gigas: sacco  
confui super cutem meam, & operui cinere  
externam meam. Quasi diceret: Cum jam  
Patri non possum ullo modo resistere, feci,  
quod victi solent, ut scilicet ad preces  
confungiant, & se ad pedes victoris ab-  
jiciant: sacco enim, & cinis insignia  
erant plorantium, & misericordiam ex-  
petentium. Eapropter servi Benadad  
victi à Rege Israël id consilii iniisse nar-  
rantur: Ecce audivimus, quod Reges domus  
Israël clementes sunt: ponamitis itaque saccos  
in lumbis nostris, & funiculos in capitibus no-  
stris, & egrediamur ad Regem Israël, forsitan  
salvabit animas nostras. Ita & Christus D  
livoribus quasi sacco operus cilicino, nō  
funiculis, sed spinis coronatus, ut Deum  
placaret, in terram corruit, juxta Chal-  
daeam: Abieci, inquit, in terram gloriam  
meam; veniam ita peccatoribus postulo,  
lachrymisq; imploro.

1. Reg. 20.

Chalā.  
Sept.

Facies mea intumuit à fletu, & palpebrae  
meae caligaverunt. Sept. Et venter meus  
combustus est, hoc est, tot lachrymas effu-  
di, ut omnis mei corporis humor effluxe-  
rit, & ita arui, ut combustus esse videar,  
quod & David vaticinatus ait? Aruit,  
tanquā testa, vires mea. Ut meritò ex tā sibi  
coherentibus utrorumq; sententiis Iob  
expressam Christi imaginem rerulisse  
censeatur.

Psal. 22.

Iob. 16.

Terra denique, ne operias sanguinem  
meum, neque inveniat in te locum latentis cla-  
mor meus; hoc est; tam largiter profu-  
sum sanguinem oblivione ne operias, &  
elamor meus nullo consistat loca, sed

universum pervaget ut Orbem, ad om-  
niumq; aures perveniat.

¶ Cæterum in sinistro patientiæ cornu  
diutius comorati, ad obedientiam dexte-  
rum convertamur. Quantum hinc, rogo, Phil. 2.  
Christus obediens! Vsque ad mortem; in- Patientia  
quit Apostolus, mortem autem crucis, Ber- Christo cario  
nardus: Mementote, Fratres, Christus vitā suā  
ne perderet obedientiam, perdidit vi- Bern. tract. de  
tam; & in signum, quod obediendo prec. & disp.  
mandato Patris mortuus est: Et inclina- Ioan. 19.  
to capite, emisit spiritum. Is ergo & nobis  
terminus sit obedientiæ, qui & vitæ.

O quàm verè Christus, inquit alibi, di-  
dicit ex iis, quæ passus est, obedientiam! hoc Tract. de gra-  
est, obedientiam didicit in suo corpore. ditibus humilit.  
ex iis, quæ passus est in capite. Nam illa Hebr. 5.  
mors, illa crux, opprobria, sputa, flagel- Patientiam  
la, quæ omnia caput nostrum Christus ex- Christusex  
pertransiit, quid aliud corpori ejus, id est, his, qua passus  
nobis, quàm præclara obedientiæ docu- est, didicit.  
menta fuerunt? Ex his ergo, quæ passus Quomodo?  
est, discimus, quanta nos, qui pari ho-  
mines sumus, oporteat pro obedientia  
perpeti, pro qua is, qui & Deus erat, non  
dubitavit mori!

Ita pulchrè expendens victoriam ob-  
edientiæ: Novum, inquit, genus po- Bern. ser. 1. in  
tentiæ! Quid tu, Iudæe, quid ante Cru- die sancto  
cem agitas caput sacrilegum? Quid sa- Pascha.  
crum hominis Christi caput exagitas op- Matth. 2. 7.  
probriis? Si Christus, inquis, Rex Israël est, descendat de cruce.  
descendat de cruce. O verbum malitiæ! ò  
sermo nequam! Quid consequentiæ vi-  
detur habere, ut descendat, si Rex Israël  
est, & non magis ascendat? Sic tibi, Iu-  
dæe, excidit, quod audisti, quia Dominus  
regnabit à ligno, ut Regem abneges, quia  
manet in ligno: Descendat, inquit, si  
Rex Israël est. Immo verò, quia Rex  
Israël est, titulum regni non deserat, vir-  
gam imperii non deponat, cuius nimirum  
imperium super humerum ejus.

Noli (inquit ad Pilatum) noli scribere:  
Rex Iudaorum, sed quia ipse dixit: Rex sum  
Iudaorum. Et Pilatus: Quod scripsi, scripsi.  
Si Pilatus, quod scripsit, scripsit, Christus  
non perficiet, quod incepit? Ipse enim  
cepit, & salvabit nos. Isa. 9.  
Ioan. 19.  
Isa. 35.  
Mar. 15.

Sed dicunt: Alios salvos fecit, se ipsum  
non preestit salvum facere. Immo verò si de-  
scenderit,

scenderit, neminem saluum faciet: cum enim saluus esse non possit, nisi qui perseveraverit usque in finem, quanto minus poterit esse saluator? Operatur, operatur (obediendo) salutem nostram, nec caudam deesse patitur sacrificio vesperino, hostiæ salutari. Aliud tempus elegit confortandis discipulis, aliud adversariis confortandis, interim obedientiam implet.

**A** Magistrum non sequuntur, qui dicebat: *Voluntatis sacrificabo tibi.*

*Psal. 53.*

Planè laudabile est, obedire libenter, cum præcipiè gravia, & difficilia imperantur. Vnde ad illud primi Regum: *Melior est obedientia, quam victima*; ita Glossa: Sciendum, quòd obedientia aliquando, si de suo aliquid habet, nulla est: aliquando autem minima, si etiam suum aliquid non habet. Cum enim locus superior imperatur, obedientiæ sibi virtutem evacuat, qui ad hunc proprio desiderio anhelat. Cum vero opprobria, & contumeliæ imperantur, nisi ex semetipso hoc animus apperatur, obedientiæ sibi meritum minuit, quia ad hæc invitus descendit. Hinc Moyses principatum populi humiliter recusat: Paulus autem audacter dicit: *Ego autem non solum alligari in Ierusalem, sed & morti paratus sum.*

*1. Reg. 15. Greg. ibid.*

*Act. 21.*

**B** At quàm, rogo, sublimis hic Christi obedientiæ gradus, dum facies eius erant euntes in Ierusalem, & præcedebat illos, & stupebant.

*Luc. 9. Marc. 10. Bern. ibid.*

Secundus est, obtemperare simpliciter. Sed multos videmus, inquit Bernardus, post præcipientis imperium multas facere quæstiones, cur, quare, quamobrem, sæpius interrogare, crebras ingeminare querelas, quare hoc præcipit, unde hoc venit, quis hoc adiuvenit consilium? Inde murmuratio, inde verba murmurationem, & indignationem sonantia, & redolentia amaritudinem. Inde frequens excusatio, simulatio impossibilitatis, advocatio amicorum.

*Secundus obtemperare simpliciter.*

**E** Non sic Abraham. Procedat in medium magnus hic Patriarcha, fidei lumè, obedientiæ forma, iustitiæ principatus. Audit ab Omnipotente: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstravero tibi*; & ad unius iussionis vocem, patriam fugit, relinquit parentes, deserit hæreditatem, & aliorum fines hospes ingreditur novus. Magna res, & primitivæ dignitatis privi-

*Gen. 12.*

*Zach. 13. Rupert. ibid. Obedientia Christi signa sunt plaga in manibus.*

*Psal. 39. Euthym. ibid.*

*Ioan. 6.*

*Per obedientiam scalam Christi a calo descendit.*

*Genes. 28. Ioan. 17.*

*Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum? Rupertus: Quæritis, quid sint plagæ istæ? Et ego dico vobis, quia testimonia sunt obedientiæ, & iussionis paternæ.*  
*In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam. Deus meus voluit, & legem tuam in medio cordis mei. Euthymius: Voluntas Dei fuit Filii sui mors secundum carnem, ad humanæ naturæ peccata expianda, de qua Filius ipse: Descendi de calo, non ut facerem voluntatem meam, sed eius, qui misit me, Patris.*

*Sed, rogo, per quam scalam è calo in terram descendisti? Per scalam obedientiæ. Hæc scala illa, cui Patriarcha in nixum, ut descenderet, Dominum vidit: per obedientiam enim in mundum venit, per obedientiam è mundo discessit. Pater, venit hora, clarifica Filium tuum. Ego te clarifica vi super terram, opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam. Et ego ad te venio.*

*Bern. ser. de virt. obed. & eius gradus. Obedientia primus gradus obedire libenter.*

*Per hanc & nos pariter ascendamus. Bernardus septem statuit obedientiæ gradus. Primus, inquit, gradus obedientiæ est, obedire libenter. Non potest autem hunc gradum ascendere, qui voluntatem præcipientis suam non fecerit. Sola voluntas est, quæ totius operis ornat affectum. Ex voluntate suscipienda sunt imperia Prælatorum, & ipsum coram suis voluntariis reflectionibus adducendum, donec propria voluntas macerata, mandatum diligit imperantis.*

*O quàm multi, & à multis annis, vel in Religione, nondum primum obedientiæ gradum ascenderunt! Obedientiæ*

*Abraham ve-  
re obediens pri-  
mus primū  
facultatibus  
suis renunciat.*

*Gen. 22.*

privilegio in patre multarū gentiū con-  
secrata. Primus primū suis facultati-  
bus renunciat, & obedientiā viam inde-  
fessa velocitate percurrit.

Denique cū accepisset filium in se-  
nectute sua, in quo totius mundi bene-  
dictio fuerat cumulanda, dicit ei Deus:  
*Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis,  
Isaac, & offer mibi illum in holocaustum.* O  
quanta in verbis istis amaritudo! quan-  
ta à corde patris separatio pietatis! Iu-  
bètur namque filium occidere, os ex ossi-  
bus suis, & carnem de carne sua. Filium  
magnæ promissionis, extremæ senectuti-  
tis, propriæ mulieris: filium mirabiliter  
promissum, feliciter natum, educatum  
innocenter. Et ne quid deesset, ut te-  
nerrimum intra paterna viscera doloris  
incendium exundaret, additur, *unigeni-  
tum.* Sunt namque multi filii, sed non  
unigeniti. Ille sic est filius, ut & unigeni-  
tus. Ille unicus patri, unigenitus ma-  
tri, hæreditati reservatus. Ne respicias  
ad Ismael: quia qui in servitute, & ex an-  
cilla genitus fuerat, ad libertatem, & hæ-  
reditatem minimè pertinebat. Quia verò  
multi sunt filii, & unigeniti, sed non  
dilecti, ad exaggerandam in corde patris  
tribulationem, & comprobandam in  
mente iusti obedientiam, Dominus sub-  
jungit: *Quem diligis.*

Ut verò teneritudo patris ex memoria  
dilecti nominis recrudesceret, & interior  
pietas ad dilectæ vocis sonum tota ferue-  
ret, puer nominatur ex nomine, quod  
vocatū erat à Domino, priusquam in  
utero conciperetur. Vides, quantis tri-  
bulationum malleis Abraham pietas feriatur,  
cui præcipitur, ut filium tollat, occi-  
dat unigenitum, quem diligit, immolet,  
Isaac percutiat? Multum tentatus, mul-  
tum probatus, adustus est multum: dul-  
cis relatio filii ad patrem, patris ad fi-  
lium.

Hanc dilectionem, & omnis affectus  
vicissitudinem obliviscitur Abraham,  
sternit Asinum suum, ligna componit,  
ignem accendit, eximit gladium. Non  
à Domino quærit, quare? non murmu-  
rat, non conqueritur, non altum vultum  
coloris ostendit, sed omnium, quæ præ-

cipiuntur, gnarus in mortem filii pia ces-  
delitate festinat.

O planè obedientiam simplicem! In-  
cede & tu simpliciter in mandatis obedi-  
entia. Audi, quid Dominus de simplici  
populo protulerit: *In auditu, inquit, au-  
ris obedivit mihi; ut videlicet ostenderet,  
uno, eodemque momento processisse &  
imperantis imperium, & obsequentis  
obsequium.*

Non te moveat imperitus magister,  
indiscreta potestas, sed memento, quia  
non est potestas, nisi à Deo, & propter  
eā verus obedientiæ Magister ait: *Non  
haberes in me potestatem, nisi desuper tibi da-  
tum fuisset.*

Ovinam simplicitatem debet habere  
subditi obedientia. *Qui deducit, inquit  
Psalm. 79. Pstales, velut ovem Ioseph.* Hanc planè  
habuit Christus, tanquam agnus ad oc-  
cisionem perductus: *Et ego quasi agnus  
mansuetus, qui portatur ad victimā. Septua-  
ginta: Et ego quasi agnus innocens, adductus,  
ut sacrificetur.*

Tertius gradus est, hilariter obedire: *2. Cor. 9.  
Hilarem enim datorem diligit Deus, non ex  
tristitia, aut ex necessitate. Serenitas in  
ritu obedire. vultu, ait ubi supra Bernardus, & dulce  
Bernard. ibid. do in sermonibus, multum colorant ob-  
edientiam obsequentis. Quis locus ob-  
edientia, ubi tristitia cernitur ægritudo?  
ostendunt plerumque voluntatem animi  
signæ exteriora, & difficile est, ut vultum  
non mutant, qui mutant voluntatem.  
Nubilosa corporis compositio, & facies  
tenebris offuscata tristitia, devotionem  
ab animo recessisse significant. Quis im-  
peret libenter tristitiam efflanti? Si vis  
perfectus esse, hilariter, & cum magna  
vultus alacritate suscipe iubentis imperi-  
um, ut voluntati cordis, simplicitati  
operis vultus hilaritatem adjungas.*

*In omni dato hilarem fac vultu tuum. Qui  
agré obediunt, Christi cibum amarificant,  
de quibus per Prophetam conqueritur:  
Dederunt in escam meam sal. Si sunt veluti  
magni lapides, qui moveri non possunt  
sine afflictione moventis. Qui transfert  
lapides, affligetur in eis. Per similes sunt la-  
pidibus illis, ac imaginibus sculptis, quæ  
sub onere columnarum, quas sustinent, similes.  
tristi-*

Eccl. 33.

tristitiam vultus ostendunt. Sunt velut A  
rota carri, quæ præ defectu unktionis  
murmurant.

Superior, cujus subditi cum tristitia,  
& murmure obediunt, similis est illi, qui  
omnia corporis membra habet infirma,  
quæ necessariò haberet movere, & nul-  
lum movere potest sine dolore.

Hebr. 13.

Obedite præpositis vestris, & subjacete eis,  
ipsi enim per vigilam, quasi rationem pro ani-  
mabus vestris reddaturi, ut hoc faciant cum  
gaudio, & non gementes, hoc enim non expe-  
dit vobis.

Matth. 26.

Alii.

Hieron. in

Psal. 21.

Cæterum quam hilariter Christus ad  
Crucem perrexit! Et hymno dicto. Alii:  
Et hymno cantato. Gestiebat præ gaudio  
jam jam paternæ explendæ voluntatis.  
Proceros manutino. Isaac, visus cum lignis  
offerendus.

Quartus obse-  
cundare ve-  
lociter.

Psal. 147.

Quartus gradus est, obsecundare ve-  
lociter. Velociter currit sermo ejus; & ve-  
locem, ait Bernardus, habere desideras  
sequentem. Vides, cum quanta ve-  
locitate currit ille, qui dicit: *Viam mandato-  
rum tuorum cucurvi?* Fidelis obediens ne-  
scit moras, fugit crastinum, ignorat tar-  
ditatem, præcipit præcipientem: parat  
oculos visui, auditui, linguam voci, ma-  
nus operi, itineri pedes, torum se collig-  
git, ut imperantis compleat (colligat, for-  
san melius) vel neatem.

Psal. 118.

Vide Dominum festinanter præcipien-  
tem, & hominem festinanter obediem-  
tem. Zachas (inquit) festinans descende,  
quia hodie in domo tua oportet me manere. Et  
festinans descendit, & excepit illum gau-  
dens.

Luc. 19.

Zachas festina-  
tem, obedientia.

De Petro, & Andrea vocatis à Domi-  
no: At illi continuo relictiis retibus, secuti sunt  
eum. Similiter de Jacobo, & Joanne: Illi  
statim, relictiis retibus, & patre, secuti sunt  
eum. Hieronymus: Perfecta obedientia  
est, sua imperfecta relinquere. Manus  
illius tornabiles.

Matth. 4.

Hieron.

Obedientia  
perfecta est,  
sua imperfecta  
relinquere.

Cant. 5.

In Vitis Patrum: Abbas Silvanus ha-  
bebat duodecim discipulos: uni eorum  
nomen Marcus, quem diligebat præ cæ-  
teris propter bonum obedientiæ, quod  
erat in eo. Cum quæ quidam dicerent ei,  
quoddam alii discipuli consistantur ex  
hoc, pulsavit ad ostium uniuscujusque  
*Speranza Scriptura selecta.*

vocans eos, & nullus exire voluit: tan-  
dem vocavit Marcum, qui statim exivit,  
& invenit in quaterno, quod ille scribe-  
bat tempore vocationis, literam ultimam  
imperfectam, quam post vocationem  
propter bonum obedientiæ complere ne-  
luit. Tunc illi judicaverunt, eum esse  
magis diligendum, eo quod magis dili-  
geretur à Deo propter bonum obediem-  
tiæ.

Valde gratum solet esse Principibus,  
cum præcepta eorum velociter adim-  
plentur. *Vidisti virum velocem in opere suos*  
*Coram Regibus stabit, nec erit ante ignobiles.*

Prov. 21.

Huc iterum advocetur velox illa obe-  
dientia Abrahamæ. Igitur Abraham de nocte  
*confurgens servavit asinum suum, &c.* Abiit  
ad locum, quem præparaverat ei Deus.

Gen. 22.

At cur de nocte? Cur illucescentem diem  
non expectavit? Verebatur, inquit Chry-  
sost. ne iustionem tarditas impediret. Ea-  
propter nec Saræ rem indicavit, ne ma-  
terna completionem, ait eleganter Pro-  
copius, totum negotium anteverteret.  
Festinauit, cucurrit, ut Dei mandatum  
impleret.

Chryf. de fide  
Abrahamæ serm.  
Procop. ibid.

Neque ubi ad locum pervenit, cuncta-  
tus est, sed protinus gladium elevavit,  
unde & Angelus de caelo clamavit: *Abra-  
ham, Abraham.* Sed cur de caelo? & cur  
secundo? Ne præveniretur, inquit Am-  
brosius, studio devotionis, & una vox  
imperium ferientis revocare non posset.  
Quasi dicat: Haud de longinquo cla-  
mavit, ne si prius advolaret, quam cla-  
maret, in illa brevissima mora (scholæ  
memineris,) quâ ad terminum adveni-  
ret. Repetivit vocem, tanquam veritus,  
ne præveniretur studio devotionis, ut una  
vox imperii ferientis revocare non posset.

Ambr. lib. de  
Abraham,  
cap. 8.

Cæterum tam ferax piarum conce-  
ptionum historia, tota jam ab aureo  
Chryf. stomi flumine decurrat. *Abra-  
ham, Abraham, accipe filium tuum dilectum,*  
*quem dilexisti Isaac, & vade in terram ex-  
cellam. & offer eum in holocaustum super unum  
montem, quem dixerò tibi.* Magnum, inquit  
Chrylost. præcepti pondus, & res huma-  
nam transcendens naturam. *Accipe filium  
tuum dilectum, quem dilexisti, Isaac.* Vide,  
quomodo per verba ista majus incendiū  
succen-

Chryf. hom.  
47, in Gen.

Abrahamæ obedi-  
entia à Chry-  
sost. expensa.

R. I. I.

succen-

succendit, & fornacem amoris, quo justus in Isaac affectus erat, violentius excitat?

*Accipe filium tuum dilectum, quem dilexisti, Isaac.* Vnumquodque verbum per se sufficeret ad faciendam animam justum, non enim simpliciter dixit, *Isaac*; sed addidit, *filium tuum*, quem præter omnem expectationem genuisti, & in ipsa senectute habere potuisti: *dilectum*, desiderabilem tuum, quem successurum tibi expectas, ex quo & semen tuum multiplicandum promisti, & in tantum multiplicandum, ut stellarum multitudini, & arenæ, quæ est juxta litus maris, adæquetur. Illum ipsum accipe, & vade in terram excelsum, & offer eum ibi in holocaustum super unam montium, quem tibi dicam:

Admiror ego, quomodo hæc justus auribus ferre potuerit. Quid igitur justus? Non turbatus est animo, non confusus est mente, non consilio destitutus est: in tam gravi præcepto non cogitabat, non ratiocinabatur secum. Cur hoc?

Qui mihi præter omnem expectationem beneficium exhibuit, qui per misericordiam suam emortuam Saræ vulvam generationi idoneam fecit, nunc postquam ablactatus est; & crevit, & in flore ætatis est, occidere, & in holocaustum offerri præcipit, qui paulo antea dixit: *In ipso vocabitur tibi semen*: nunc diversa præcipit. Et quomodo implebuntur, quæ ab eo sunt promissa? Quo pacto enim fieri potest, ut radice exacta, rami pullulent, vel succisa arbore, fructus proveniant, vel fonte arefacto, fluvii redantur?

Cæterum horum nihil cogitavit secum justus ille: sed sicut gratus famulus omnia omni ratione humana, unam tantum rem curabat, ut imperata opere impleret, & quasi factus ab humana natura alienus, & postponendum ducens divinis præceptis omnem affectionem, & dilectionem, ad implenda jussa festinavit.

*Et cum surrexisset, inquit, Abraham mane, stravit asinam suam. Accipit autem secum duos servos, & Isaac filium suum, &*

*scissis lignis in holocaustum, cum surrexisset, profectus est, & venit in locum, quem dixit ei Deus, die tertio.* Vide misericordem Dominum, quomodo & intervallo loci justum probavit virtutem. Cogita autem, quid probabile fuerit triduo illo sustinuisse justum. Reputabat enim secum sibi præceptum esse, quod suis manibus tam dilectum filium occidere debeat. Et obstupescere pium, religiosumque, & prudentem animum: quia enim sciebat magnitudinem præcepti, nemini prorsus hoc significavit, neque pueris, neque ipsi Isaac, sed solus secum agonem illum decertabat, & quasi adamas manebat invictus, robor cogitationum tantum declarans, & non multa causatus, obtemperabat magno cum desiderio nutui divino.

*Et postquam ad locum illum pervenit, sublatis, inquit Textus, Abraham oculis suis, vidit locum à longe, & dixit servis suis: Sedete hic cum asina.* Vide & hic justum magnam prudentiam: & pueris vult esse occultum, per omnia declarans, quod cum ferventi alacritate, & intento desiderio implere vellet, quod Deo probabatur; nam quia sciebat, quod novum, & inauditum esset id, quod ab ipso faciendum erat, neq; ab ullo unquam tale quiddam factum erat antea, fecit, ut lateat pueros.

*Accipit autem Abraham ligna holocausti, & imposuit Isaac filio suo, tulit quoque in manibus ignem, & gladium, & perrexerunt duo illi simul.* O animæ fortitudinem! O spiritus soliditatem! Qualibus oculis spectabat puerum ligna afferentem, super quæ non multo post illum imposturus erat? Quomodo manus ferre potuit ignem, & gladium? Et manus quidem ferebat ignem, qui sensibilis erat, intus autem accendebat ipsius mentem, & rationem absumebat, & persuadebat, ut vinceret amor in Deum, faciebatque cogitare, quod is, qui jam dederat super humanam naturam factum esse patrem, iterum posset & nunc, quæ humanam transgrediuntur rationem, operari.

Cæterum vide, obsecro, præterea ante sensibilem ignem incendium internum,

Gen. 22.

num, quod paulatim exardescerebat, & A  
iusti mentem concremabat. Dixit au-  
tem, inquit, Isaac ad Abraham patrem suum:  
Pater. Sufficiebat hoc verbum ad lanci-  
nanda iusti huius viscera. Ille autem dixit:  
Quid est, fili? Patrem vocas paulo post  
futurum orbem: & ego filium appello,  
qui non multo post altare ascensus est  
meis occidendus manibus.

Deinde puer inquit: Ecce ignem affers,  
& ego ligna, ubi est hostia immolanda? ubi est  
ovis ad incensum? Considera, obsecro,  
hic, quomodo probatur iustus? quomodo  
tulit auribus? quomodo potuit re-  
spondere puero? quomodo non est con-  
fusus mente? quomodo futura occulta-  
vit a puero? Sed inquit generoso spiritu,  
& forti anima: Deus videbit sibi metipsum de  
ove ad holocaustum, fili. Vide etiam hic:  
ignarus insinuat iterum, quod futurum.  
Videbatur enim per responsum deceptu-  
rus Isaac, sed illum quidem verbis inre-  
rim solatur, ipse autem maiorem, gravio-  
remque dolorem pertulit, verba in ani-  
mo versans, & cogitans pueri elegantiam  
externam, internamque pulchritudi-  
nem, obedientiam, gratiam, ætatis flo-  
rem. Cumque irent ambo, venerunt  
ad locum, de quo dixit Dominus.

Venerunt, inquit, ad montem excelsum,  
quem scilicet ei Dominus indicarat. Et  
edificavit ibi Abraham altare. Iterum ob-  
stupesco iusti fortitudinem, quomodo  
potuerit extruere altare, quomodo va-  
luerit, quomodo non defecerit præ an-  
gustia, sed & altare edificaverit, & im-  
posuerit ligna: Et ligatum filium suum  
Isaac, imposuit super altare. Et extendit  
Abraham manum suam, ut acciperet gla-  
dium, & occideret filium suum. Ne simpli-  
citer percurramus, dilecti, quæ dicta  
sunt, sed consideremus, quomodo non  
avolarit à corpore anima, quomodo po-  
tuerit suis manibus colligare, & lignis  
imponere tam dilectum, tam amabilem  
unigenitum! Et extendit, inquit, Abra-  
ham manum suam, ut acciperet gladium, ad  
occidendum filium suum. O religiosam  
animam! O fortem mentem! O ingens

desiderium! O rationem vincentem hu-  
manam naturam! Accipit, inquit, gla-  
dium, ut occideret filium suum. Vtrum ad-  
mires, & oblitescam iustius, fortémne  
spiritum Patriarchæ, an pueri obedi-  
entiam, quod nec reluctatus est, neque fa-  
ctum agrè tulit, sed cessit, & obtempe-  
ravit his, quæ à patre facta sunt? Et sic  
ut agnus cum silentio super altare accu-  
buit, expectans patris dexteram.

Habes & hic vel ex ore Chrysostomi,  
in hoc gradu Christi obedientiam in ty-  
po. Ad quintum jam properamus.

Quintus gradus est, adimplere virili-  
ter. Bernardus: Si tribulatio intonat,  
si persecutio resultat, si peccatores sibi la-  
queum ponunt, si maligni suam iter im-  
pediunt, tu obedientie viam ne deseras,  
sed dic: Paratus sum, & non sum turbatus,  
ut custodiam mandata tua. Manum tuam  
misisti ad fortia, agendum est instanter,  
constanter obediendum, nec inter verborum,  
seu verberum asperitatem regalis  
est semita relinquenda. Hanc Christus  
nec verborum, nec verberum asperitate  
reliquit, & per eam progressus ad Cru-  
cem usque pervenit, factus obediens usque  
ad mortem.

Sextus gradus est, humiliter obedire. Sextus humi-  
liter acquiesce-  
Non se extollant obediens, sed dicant: Serui  
mutili sumus, quod debuimus facere, re-  
fecimus. Qui deserunt humilitatem, deserunt  
obedientiam. Samuel ad Regem Saul: Nonne  
cum parvulus esses in oculis tuis, &c. quare  
ergo non audisti vocem Domini? Inobediens  
fuiti, quia humilis non fuiti. At quam  
humilis Christi obedientia, qui humiliavit  
semetipsum factus obediens usque ad mortem,  
mortem autem crucis?

Septimus est, indefinenter obtempe-  
rere. Bernardus: Non qui inceperit, sed  
qui perseveraverit in finem, hic salvus  
erit. Quid currere prodest, & ante me-  
tam rursus deficere! Sic currite, ut com-  
prehendatis. O quam perseveranti pede  
cursum suum perfecerat, qui dicebat:  
Cursum consummavi!

Iom. 9.

Sed o quam perfectius ille, qui in Cruce dixit: *Consummatus est!*

Gal. 3.

Oigitur insensati homines, qui vos fasci-  
navit, non obedire veritati, ante quorum oc-  
los Iesus Christus proscriptus est? Vel, ut ha-  
bet Margin. depictus est? O, o perfectissimum  
obedientiae simulachrum! O exem-  
plar planè absolutissimum obedien-  
tiae, quam meditemur omnes, quam  
omnes edificare valeamus.

Margin.

Isa. 5.

Rab. Sal.

Philip. 2.

¶ Sed jam oculos, quos hactenus ad  
Crucis cornua creximus, in eius profun-  
dum deflectamus. *Incurvabitur homo, &  
humiliabitur vir.* Rabbi Salomon: *Incli-  
nabitur homo, & humiliabitur alius, vel ro-  
bustus virorum.* Humiliavit semetipsum  
factus obediens usque ad mortem, mortem au-  
tem Crucis.

Psal. 115.

Christi humi-  
litas nimia.

Thren. 3.

Quantum, rogo, humiliasti te, altissi-  
me, ac robustissime virorum? *Ego autem  
humiliatus sum nimis.* Quasi dicat: Ex-  
cessus in humilitate. Planè excessus, de  
quo Moyses, & Elias loquebantur in  
monte, & de quo per Ieremiam in Thre-  
nis: *Recordare transgressionis meae.*

D. Bernard.  
Senen. ser. 6.  
in Parasc.

Ut autem aliquantulum incomprehen-  
sibilis excessus huius abyssi comprehendere  
possit, neque hoc loco esse scribere pigeat,  
quae divinitus scribit D. Bernardinus Se-  
nenensis in secunda parte principali Domi-  
nicæ Passionis, quae est de humilitate ex-  
cessiva, & confusione passionis Christi,  
ostensa per quatuor causas principales, ac  
multiplices rationes. Et sic ait.

Ser. 56.

Humilitas  
passionis nimia  
à causa effi-  
ciente.

Primo, inquam, dicit: *Humiliatus sum  
nimis*; propter causam efficientem. Ut  
aliquantulum ergo intelligas stupendas  
abyssum humilitatis passionis Christi,  
contemplantur eius causam efficientem, &  
hoc ex septemplex ratione.

Psal. 37.

Primo, ratione religionis. Hae ratio-  
ne Christi mors abyssus fuit opprobri-  
osissimæ humilitatis, solus enim Iudaicus  
populus erat in toto Orbe tertiarum sub  
cultu unius Dei, atque Dei populus ap-  
pellatus. Majus verò vituperium est, à  
veterum Deum coleantibus, quam idolola-  
tris, & infidelibus pati; ideo, in persona  
Domini Propheta ait: *Amici mei, & proxi-  
mi mei adversum me appropinqua verunt, &*

*steterunt.* Amici propter cultum unius  
Dei: & proximi mei; quia ex semine A-  
brahae, adversum me appropinqua verunt  
persequendo. & steterunt victores contra  
me, me videlicet crudeliter occidendo.

Secundo, ratione perfectionis: Op-  
probriosus est mala perpeti ab his, qui  
religiosi, & status perfecti, & sancti æsti-  
mantur, quam à secularibus, ac Ethni-  
cis, & publicanis. Pharisei autem reli-  
giosioris, & perfectioris status aestima-  
bantur in universo populo Dei, & maxi-  
mè opere illorum mortuus est Christus;  
nam interrogante eos Pilato: *Quam ac-  
cusationem assertis adversus hominem hunc?*  
*responderunt: Si non esset hic malefactor, non  
tibi tradidissemus eum.* Quasi dicant: Hoc  
tibi sufficere debet, quod nos, qui sumus  
tantæ autoritatis, & aestimationis, cum  
tanta solemnitate eum tibi tradimus di-  
gnissimè morti damnandum, tanquam  
reum.

Tertio, ratione cognitionis. Equi-  
dem, cæteris paribus, ignominiosus est  
opprobria pati ab intelligentibus, & periti-  
tis, quam ab ignorantibus, & indoctis,  
cum doctorum, & peritorum in malefa-  
ctis detestatio, & reprobatio fide dignior  
reputetur. Christus autem à Doctoribus  
legis, & Scribis voluit reprobari, &  
condemnari, & de his Psaltes: *Turbati  
sunt, & moti sunt, sicut ebrius,* tempore  
passionis Christi: *& omnis sapientia eo-  
rum devorata est,* ab invidia scilicet, &  
furore.

Quarto, ratione concordiae, & unio-  
nis. Ignominiosus est quidem concor-  
diter à toto populo crucifigi, quam si so-  
lùm à quibusdam cum discordia pluri-  
morum. In Christi autem necem con-  
senserunt, & mares, & feminae Iudæi, &  
Gentiles, milites, serui, & ignobiles,  
Pontifices, Scribae, Pharisei, Magnates,  
Reges, juxta illud Psalms: *Quare fremu-  
erunt gentes, & populi meditati sunt inania.*  
*Aspicerunt Reges terra, & Principes convene-  
runt in unum adversus Dominum, & adver-  
sus Christum eius.*

Quinto, ratione sollicitudinis, & im-  
portunitatis: quando enim quidem sce-  
lestus homo morti adjudicatur, quanto  
ab

ab omnibus majori sollicitudine traditur A  
 morti, tantum illū extitisse acquiris vi-  
 ta. gravioraq; scelera perpetrassē, iudiciū  
 est, se periculosius videtur mortem illius  
 differre. Considera, quanta sollicitudi-  
 ne, ac importunitate, iamdō quanto im-  
 petuoso furore Christum Dominum no-  
 cte media capientes, & hinc inde velut  
 ludibii pilam circumrotantes, ante Ma-  
 tutinum, ut eum caperent, post Matutin-  
 um, ut eum occiderent, infatigabiles B  
 extiterunt, ut vix eum per diem medium  
 naturalem vivere passi sint. Verum quip-  
 pe illud est: *Ira non habet misericordiam,*  
*nec erumpens favor.*

Prov. 27.

Sexto, ratione ingraticudinis. Cū  
 enim quis multa beneficia ab aliquo acci-  
 pit, etsi ea oblitus ingratus sit, non tamen  
 id absque suspitione est, quod beneficus  
 ipse hoc sibi meruerit. Hoc plane contig-  
 isse videtur ipsi beneficio Christo; nam C  
 an iustus cū Iudaicum populum sibi  
 peculiarem constituisset, ab Aegypti er-  
 gastulo, & à servitute Pharaonica libe-  
 rasset, sicco pede per mare rubrum tra-  
 duxisset, manna caelico quadraginta an-  
 nis in deserto pavisset, legem dedisset, ac  
 innumera alia in eum beneficia contu-  
 lisset, post admittendam ejus in terris  
 conversationem, post prædicationis in-  
 structionem, & illuminationem, D  
 num expulsionem, leproforum, atque  
 omnium infirmitatum curationem, post  
 mortuorum suscitationem, regni caelo-  
 rum declarationem, atque Sacramento-  
 rum institutionem, manus in eum sacri-  
 legas iniecerunt, flagellaverunt, & tan-  
 dem sicut maximum malefactorem, in-  
 ter latrones in crucis patibulo crucifixe-  
 runt, suspendebant, & occiderunt. *Re-*  
*tribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem* E  
*anima mea. Nunquid redditur pro bono ma-*  
*lum, quia sederunt super me inimici mei?*

Psal. 34.  
Jerem. 18.

Septimo, ratione familiaritatis: gra-  
 vius enim, & ignominiosius est pati à  
 domesticis, & ab amicis, quam ab extra-  
 neis, ignotis, & inimicis. Christus pro-  
 pterea conqueritur: *Etenim homo pacis*  
*meus, in quo speravi, qui edebat panes meos,*  
*magnificavit super me supplantationem. Elon-*  
*gasti à me amicum, & proximum, & notos*

Psal. 40.  
Psal. 87.  
Thren. 4.

meos à miseria. *Quomodo dispersi sunt lapides*  
*Sanctuarii? id est, Apostoli, & Discipuli.*  
*Noti mei quasi alieni recesserunt à me: Consi-*  
*derabam ad dexteram, & videbam, & non*  
*erat, qui cognosceret me, præter Matrem, Alex.*  
*Alexf. quæ adstabat ad sinistram pro peccatori-*  
*bus exorans.*

Secundo etiam ait: *Humiliatus sum*  
*Humilitus nimis; ob causam materialem: ut enim*  
*intelligas aliquam stupendam abyssum*  
*humilitatis passionis Christi, contempla-*  
*re etiam causam materialem, quæ stu-*  
*pendo modo aggravat vituperium ejus,*  
*& hoc maxime ex alia septemplexi ra-*  
*tionem.*

passionis ni-  
mia à causa  
materiali.

Primo, ratione nobilis naturæ. Quan-  
 to enim homo nobilior est, tanto igno-  
 miniosa mors sibi illata vituperabilior,  
 atque opprobriofior reputatur, sicut pa-  
 ter in Rege. Sic contigit in Christo, qui  
 cum esset magnus in natura, factus est  
 vilissimus in ignominia. *Hæc dicit primus,*  
*Apocal. 2.*  
*Et novissimus. Primus in natura, novissi-*  
*mus per mortis contemptum. Vis audire*  
*nobilitatem suæ naturæ? Generationem*  
*ejus quis enarrabit? Vis audire contemptum?*  
*Abscessus est de terra urventium. scilicet per*  
*tam ignominiosam mortem. Alcus ergo*  
*in dignitate, factus infirmus in vilitate,*  
*sublimis in gloria, factus est abjectus in*  
*ignominia. Cū in forma Dei esset, semet-*  
*ipsum exinanivit. Christus etiam nobilis*  
*erat secundum naturam humanam, ori-*  
*undus à quatuordecim Patriarchis, ac*  
*totidem Ducibus, ac Regibus. Nobilis*  
*ergo secundum utramq; naturam, igno-*  
*miniosam mortem pati dignatus est, ut*  
*profundissimam ostenderet humilitatē.*

Apocal. 2.  
Isa. 53.  
Philip. 2.

Secundo, ratione formæ: quanto enim  
 res formosior est, tanto deformitas ejus  
 magis stupenda, atque deformis appa-  
 ret, si ut patet in facie hominis, in qua  
 deformitas major est, quam in cæteris  
 corporis membris. Quanta autem spe-  
 ciositas fuerit in Christo, Propheta osten-  
 dit dicens: *Speciosus forma præ filiis homi-*  
*nū. Formā, id est, luce, candore, & habitu.*  
*Luce: Mundum illuminans in excelsis Domi-*  
*ni. Candore: Candor est lucis æterna. Ha-*  
*bitu: Iste formosus in stola sua, gradens in*  
*multitudine virtutis sua. Addit Propheta:*

Psal. 44.  
Ecc. 43.  
Sap. 7.



Isa. 63.

Sap. 13.

I. Petr. 1.

Cant. 5.

Matth. 17.

Exod. 33.

Philip. 2.

Psal. 21.

Isa. 53.

Præ filiis hominum, quia de pulchritudine  
ejus acceperunt omnes, cum ipse sit speciei  
generator. Quod si specie delectati Deos pu-  
tauerunt, (Solem & Lunam, &c.) sciant,  
quantò his dominator eorum speciosior est. Nec  
solum speciosus est præ filiis hominum, sed  
etiam præ Angelis, quia in eum desiderant  
Angeli prospicere. Nec mirum: quia pul-  
cher est secundum Divinitatem, & se-  
cundum humanitatem. Dilectus meus  
candidus, & rubicundus. Candidus, quan-  
tum munditiam humanitatis: rubicun-  
dus, quantum ad splendorem Divinita-  
tis. Resplenduit facies ejus, sicut Sol: vestimen-  
ta autem ejus facta sunt alba, sicut nix. Per  
faciem Divinitas designatur: Faciem meam  
videre non poteris. Per vestimenta vero  
humanitas denotatur: Et habitu inven-  
tus, ut homo. Quanta autem fuerit de-  
formitas ejus in passione, in persona  
omnium Prophetarum ostendit Isaias di-  
cens: Non est species ei, neque decor. Species  
dicit elegantiam, & debitam mensura-  
tionem membrorum, quam non habuit  
Christus in Cruce, propter nimiam ex-  
tensionem, unde Propheta ait: Diminua-  
verunt omnia ossa mea. Decor dicit con-  
venientiam coloris, & aliorum adjacen-  
tium. Hunc etiam non habuit Christus  
in Cruce, propter poenam, dolorem, &  
ignominiam passionis: habuit enim cer-  
vicem hispidam per spineam coronam;  
faciem tumidam, & pollutam, propter  
lacrymas, atque spumam; carnem lividam  
propter colaphos, alapas, & flagella: uni-  
versam corporis fabricam cruentatam  
sanguine: quia vulneratus est propter ini-  
quitates nostras. Et quia Christus ante  
passionem habebat aspectum, & præsen-  
tiam majestatis, dignitatis, & potestatis,  
& in passione fuerunt abscondita, idè  
Isaias subdit dicens: Et vidimus eum, sci-  
licet magnificus, sicut ante: ecce abscon-  
sio majestatis. Et desideravimus eum, sci-  
licet despectum à Judæis, & novissimum vi-  
rorum, id est, vilissimum propter genus  
mortis: ecce absconditio dignitatis. Vi-  
rum dolorum, id est, doloribus plenum, &  
hoc contra prosperitatem; & scientem in-  
firmiorem, scilicet per experientiam, nec  
tantum speculative, & hoc contra pote-

statem. Et tandem subdit: Et nos reputa-  
vimus eum quasi leprosum, id est, vilem, &  
abominabilem, tanquam leprosum, pro-  
pter vililitatem aspectus ejus. Unde in  
Psalmo: Ego sum vermis, & non homo. Id  
est: Ita sum vilipensus, & conculcatus,  
velut non homo, sed ut vermis, oppro-  
brium hominum, & abjectio plebis. Op-  
probrium est, cum aliquid turpe imputa-  
tur homini, ut cum dicebant contra  
Christum: Tu homo cum sis, facis te ipsum  
Deum; & sic fecerunt eum opprobrium  
hominum, scilicet peccatorum, & abje-  
ctionem plebis, scilicet Judæorum, cum  
eo abjecto, Barabbam petierunt: Tolle  
hunc, & dimitte nobis Barabbam.

Tertio, ratione sapientie. Quantò  
enim homo sapientior reputatur, tantò  
mors opprobriosa ignominiosior est.  
Christus erat Sapientia Patris, & cum  
divina sapientia refulgeret, Scribæ tamè,  
& Pharisei in vita, & in morte eum de-  
insipientiam diffamaverunt. In vita de-  
insipientia naturali: Insanis, quid eum audi-  
tis? Quoniam in furorem versus est. De in-  
sipientia literalis: Quomodo hic literas scit,  
cum non didicerit? De insipientia spiritali,  
ac divinali: Samaritanus es tu, & Da-  
monium habes: hoc est, in divino cultu  
Hæreticus es. In fine verò vitæ de summa  
stultitia eum infamaverunt, cum dixe-  
runt: Blasphemaris, quid adhuc egemus re-  
stibus? Ecce nunc audistis blasphemiam, quid  
vobis videtur? Unde Salomon in persona  
Domini! Stultissimus juveniorum: scili-  
cet estimatione eorum, & sapientia ho-  
minum non est mecum: scilicet per acqui-  
sitionem; & novi scientiam Sanctorum. Et  
iterum Propheta: Deus, tu seis insipientiam  
meam, id est, quòd quasi insipiens habere,  
& quasi stultus mercator, qui pro vili re  
laboret ad mortem, & pretium magnum  
expedit pro vilissima merce: sed tu seis  
insipientiam hanc meam, quam alta sit sa-  
pientia.

Quartò, ratione gratiæ, seu potestatis  
miraculorum mors Christi opprobrio-  
sissima: quantò enim gratia, & potestas  
ejus miracula operandi apparuit major,  
tantò opprobriosa mors crucis fuit ei ad  
majorem confusionem. & quodammo-  
dò ad

*Matth. 27.* Ad negationem, quod prædicta miracula non fuerunt vera; unde dicebant: *Aliis saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.*

Quintò, ratione famæ: quântò enim quis tam osior est, tantò mors ejus magis opprobriosa, infamis, atque ignominiosior reputatur. Quântò autem fama diffusa fuerit de Christo ante passionem suam, cum ex multitudinè miraculorum, tum ex efficaci doctrina eloquiorum suorum, tum ex admiranda ejus conversatione ex evangelica Historia patet: Sannata à magnis febribus Simonis focru, cū iuisset in desertum locum, turba requirebant eum, & detinebant illum, ne discederet ab eis. Vbi Samaritanam convertit, ex hac fama secutæ sunt eum turba; id est, quinque millia virorum, exceptis parvulis, & mulieribus: dilatata est etiam fama, cū denud pavisset quasi quatuor millia hominum, ad eum ut discerent: *Ecce totus mundus post eum abit.* Quântò ergo fama ejus mirabiliter creverat, tantò mors illius in patibulo crucis ignominiosior fuit.

Sextò, ratione sequelæ: non tantum discipuli sequebantur ipsum; verum etiam turba multæ: nam alii sequebantur eum, ut Doctorem, satagentes ex ejus radiosa doctrina illuminari: quidam ut Pastorem, curantes ejus vestigia imitari: quidam ut medentem, optantes de suis infirmitatibus liberari: alii, ut viderent ejus miraculorum nobilitatem: alii, ut mysteria intelligerent: alii, ut prodigia viderent: variusq; de causis turba multæ sequebantur illum. Sed quântò major fuit sequela populorum, tantò ab omnibus derelictus, ignominiosius mortuus est. *Qui iuxta me erant, de longè steterunt: Omnes relicto eo fugerunt. Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat, qui cognosceret me;* excepta Matre, Mariis, & solo Discipulo.

Septimò, ratione gloriæ: quântò enim homo in majori gloria fulget, & exaltatur, tantò depressus ignominiosissima morte magis confunditur, & gloria in ignominiam vertitur: nam post immensos honores, statim proferni ad

infimas ignominias, molestius, & confusibilis esse solet: eum quanta autem gloria susceptus fuerit in Ierusalem in die Palmarum, ostendit Ioannes, dicens: *Ioan. 12.* Turba autem multa, qua convenerat ad diem festum, cū audisset, quia venit Iesus Ierusalem, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant, dicentes: *Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Israel.* Et Matthæi 21. scriptum *Matth. 21.* est: *Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via: alii autem cadebant ramos de arboribus, & sternebant in via.* Et sequitur: *Cum intrasset Iesus Ierusalem, commota est universa civitas, dicens (præ admiratione magna): Quis est hic? cui scilicet tanta sequela, & gloria exhibetur?*

Et quò magis id perpendatur, attende, quòd quadruplex honor exhibitus Christo in die Palmarum, tempore passionis ignominiam versus est. Et primò, in personis propriis: quia ei personaliter obviam processerunt, & in Ierusalem deduxerunt, sed multò amplius multiplicata est ignominia: quia idem populus, in eodem loco, eisdem diebus postmodum eum crucifixit: atque de eadem civitate, non equitando, sed Crucem portando, contumeliosè ejecit: Nec quidem sufficit ignominia pro uno honore, sed amplius addiderunt: quia eum vili pretio venundantes, tanquam latro ab eis capitur, & ei Barabbas latro pessimus antefertur.

Secundò, verbis laudis laudaverunt, & honoraverunt eum, dicentes eum Salvatorem Deum, & Regem. Salvatorem quidem, cū clamabant: *Hosanna, Deumque eum clamabant, dicentes: Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Regem, cū dicebant: *Rex Israel.* Sed multò amplius multiplicata est ignominia ejus: nam qui dixerunt, *Hosanna;* postea clamabat: *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.* Qui verò dixerunt: *Benedictus, qui venit in nomine Domini,* postea clamaverunt: *Crucifige, crucifige eum.* Qui prius dixerunt: *Rex Israel;* postea asserunt: *Non habemus Regem, nisi Cæsarem.* Insuper ignominiam super gloriam addiderunt insultationibus, irrisionibus, impropriis in eum irruentes, & dicentes: *Prophetiza.*

*Psal. 37.*  
*Matth. 26.*  
*Psal. 141.*

*Matth. 27.*

*Luc. 23.*

*Ioan. 19.*

tiza. Ave, Rex Iudeorum. Si tu es Christi-  
sus, descende de Cruce; & multa similia.

Tertio, glorificaverunt, & honorave-  
runt eum operibus virtuosus: quia scin-  
dentes ramos palmarum, & olivarum,  
flores, & folia prosternebant in via: per  
quæ, secundum Gregorium, designantur  
opera virtuosa. Sed quàm dissimilis est  
ignominia subsecuta? quæque dissimi-  
les sunt rami, & crux, flores, & spinæ,  
folia, & clavi, palma, & virgæ? Non hoc  
quidem satis fuit, nisi ultra gloriam mul-  
tò amplius ignominia multiplicetur,  
quia ultra hoc consputus, & colaphiza-  
tus est.

Quarto, glorificabant eum cum rebus  
suis: quia vestimenta sua prosternebant  
in via, se cum reverentia exuentes, & illa  
Christi a selli pedibus submittentem. Sed  
vide, quanta est contumelia subsecuta,  
immò abundantius multiplicata: nam  
cui tunc prosternebant vestimenta alie-  
na, nunc auferebant sua, & fors mitte-  
batur super ea: nunc dimissa est illi nisi  
unica tunica rubea, videlicet caro sua  
mundissima, suo pretioso sanguine rubri-  
cata, & vulneribus lacerata. Insuper &  
ab ista fuit anima sua sanctissima ipso eru-  
ciatu eiecta. Nec insuper suffecit eis,  
Christum nudare vestibus suis, insuper  
& ipsam deriserunt vestibus alienis, D  
nunc purpura, nunc verò veste alba, nunc  
velant oculos, nunc percutiunt pugnis,  
nunc autem alapis, nunc possunt sputis:  
ut sic nihil deficiat ad multiplicationem  
ignominiosi dedecoris pro gloria suscepti  
honoris. Pro omnibus supradictis Isaias  
ait: *Ecco intelliget servus meus, & exaltabi-  
tur, & elevabitur, & sublimis erit valde:  
sicut obstupuerunt super eum multi; sic inglo-  
rius erit inter viros aspectus ejus, & forma  
ejus inter filios hominum.*

Tertio insuper ait: *Humiliatus sum ni-  
mis, propter causam formalem, in qua  
apparet etiam abyssus humilitatis ex  
septemplici alia ratione.*

Primo, ex derisione: quanto enim est  
persona sublimior in septem gratiis, seu  
dignitatibus, de quibus jam dictum est,  
scilicet in natura, in forma, in gratia mi-  
raculorum, in sapientia, in fama, in se-

quela, in gloria, tanto derisio sibi facta  
vituperabilior est. Sed Christus, ut su-  
pra dictum est, habuit hæc omnia super  
omnes creaturas alias: igitur & derisio-  
nes ejus graviore fuerunt, quàm posset  
humana lingua enarrare, aut mens aliqua  
cogitare. Expergiscere, anima devota,  
& considera, quod ille, qui est summa re-  
verentia Angelorum, propter nos factus  
est ludibrium impiorum, & quasi pila de-  
risionis eorum: quia de ipso mutuo col-  
ludebant, mittentes ad alterutrum con-  
fusione repletum. Nam Annas misit il-  
lum ad Caiphæam, Caiphæam ad Pilatum,  
Pilatus ad Herodem, & Herodes remisit  
eum Pilato, & semper in supradictis lo-  
cis, atque in eorum itineribus derisus est.

Vnde Propheta in persona Domini ait: *Psal. 21.*

*Omnes videntes me deriserunt me. Et de*

*triplici derisione immediate subjungens*

*ait: Locuti sunt labiis, & moverunt caput,*

*speravit in Domino, eripiat eum, saluum fa-*

*ciat eum, quoniam vult eum. Nam prima*

*fuit derisio verborum: Locuti sunt labiis.*

*Ahos salvos fecit, seipsum non potest saluum*

*facere. Si Rex Israel est, descendat de Cruce.*

*Vbi Ambrosius. O stulte. & ecce rex Sa-*

*cerdotum! nunquid impossibile est ei de*

*parvo ligni stipite descendere, qui de-*

*scendit de alta caelorum sublimitate,*

*nunquid tua vincula possent illum reac-*

*re, quem caeli non possunt capere? Non*

*venit, inquam, ut se liberaret, quia sub*

*servitute non erat, sed ut nos de servitu-*

*te redimeret. Secunda fuit derisio signo-*

*rum, unde ait: Et moverunt caput. Tra-*

*tervientes autem blasphemabant eum, morde-*

*ntes capita sua, dicentes: Vabiquis destruxit tem-*

*plum Dei, & in triduo reedificavit illud. Ter-*

*tia derisio fuit sermonum ironicorum:*

*Speravit in Domino, eripiat eum, scilicet de*

*manibus nostris: saluum faciat eum, scilicet*

*refuscitando illum: quoniam vult eum,*

*ut ipse dicit. Erin Mattheo: Consilia in*

*Deum, liberet eum nunc, si vult, dicit enim:*

*Quoniam Filius Dei sum. Hæc derisio præ-*

*figurata est in derisione Noë. Noë, Chri-*

*stus est; vinea, Iudæi; inebriatio, passio;*

*obdormitio, mors; denudatio, humili-*

*tatis ostensio; Sem, & Ishach, duo po-*

*puli, Iudæi, & Gentiles; vestimentum*

*est*

Greg.

Isa. 52.

Psal. 115.  
Humilitas  
possidens nimiam  
causam formalem.

Psal. 21.

Matth. 27.

Ambros.

Matth. 27.

Gen. 9.

est Sacramentum ; maledictio Cham, A  
Iudæ proditio ; irrisio Cham, Iudæorum  
derisio.

Secundò, ex flagellatione : quando  
enim quis est sublimior in septem gratis  
antedictis, tanto flagellatio sibi illata op-  
probriosa est. Origenes : Humiliavit  
semetipsum factus obediens usque ad  
palmas, usque ad confusionem spura-  
mentorum, & flagellorum.

Orig. tr. 35. in  
Matth.

Christus rex  
opprobriorum.

Tertio, ex coronatione, quasi Rex esset B  
stultorum, & iniquorum: *Ecce Rex vester.*  
Verè prolatam est hoc verbum : nam  
omnium opprobriorum, & omnium de-  
spectuum, & abominationum vitæ præ-  
sentis portavit coronam, & merito dici  
potuit Rex opprobriorum, & vituperio-  
rum omnium hujus vitæ: *Exiit portans  
spinam coronam, & purpureum vestimen-  
tum, in derisionem, & dicit eis: Ecce homo  
quasi dicit: Ille non habet Divinitatis  
insignia, sed ipsum est: hominem despe-  
ctum, vilificatum, atque doloribus ple-  
num, in vestris oculis manifestant ista  
Iudibria.*

Joan. 19.

Quarto, ex auditate : nam in Cruce  
totaliter nudus crucifixus est. V. de quan-  
ta ignominia fuit, Filium Dei eū septem  
dignitatibus prædictis videre in Cruce  
ita nudatum, coram omni populo, absq;  
ullo velamine, quod nec cuiquam scele-  
rato lex denegabat. Verè dicere poterat:  
*Nudus egressus sum de utero matris meæ, &  
nudus revertar illuc.* Et Abdias, unico ca-  
pite stupefactus de aspectu tantæ defor-  
mitatis, agebat : *Contemptibilis tu es valde.*

Job. 1.

Abdia 1.

Quinto, ex crucifixione: quando enim  
homo sublimior est in statu, tantò igno-  
miniosa mors ejus vituperabilior est.  
Considera ergo sublimitatem Christi in  
prædictis septem, & mortem Crucis:  
nam patibulum crucis erat supplicium  
pessimorum, & per consequens ad majus  
vituperium ejus hoc excogitaverunt ;  
unde Sapientie secundo, in persona Iu-  
dæici populi dicitur : *Morte turpissima con-  
demnomus eum.* Et Jeremias in persona  
Domini dicit : *Venite, mittamus lignum in  
panem ejus ; id est, crucifigamus eum, ut  
crucifixio ejus, suæ doctrinæ, quam dicit  
panem, commisceatur ; ac per hanc vili-  
Speranza Scriptura selecta.*

Sap. 2.  
Jerem. 11.

tatem supplicii à cunctis viventibus re-  
spuatur, & sic *eradico eum de terra vi-  
ventium, & nomen ejus non memoretur am-  
plius.*

Sextò, ex blasphematione : quando  
enim, qui blasphematur, est in gradu sub-  
limiori: tantò et blasphemia publicè co-  
ram populo irrogata, gravior censenda  
est. Nunc considera blasphemias, quas  
alta voce contra Dominum deficientem,  
morientem, & pendentem in ligno, &  
toto corpore sanguine defluentem tam  
impie ejaculati sunt : *Vah, vah, qui destruis  
templum Dei! Alios salvos fecit, seipsum non  
potest salvum facere. Christus, Rex Israel,  
decedat nunc de Cruce, & credimus ei. Vu-  
de dolenter Sophonias: Blasphemaverunt  
Dominum exercituum.*

Matth. 27.

Sophon. 1.

Septimo, ex confusione: quando enim  
quis est in gloria sublimior, tantò ejus  
confusio efficitur major. Ex præceden-  
tibus dignitatibus clarescere potest di-  
gnitas Christi, atque ejus summa subli-  
mitas. Quæ confusio, ut homo tam ho-  
bilis naturæ, tam speciosa formæ, tan-  
tæque sapientiæ, tantæque potentia in  
miraculis operandis, tantæ famæ, tan-  
tæque sequelæ, ac tantæ gloriæ, taliter  
fuerit derisus, tam dirè flagellatus, atque  
afflictus, spinis coronatus, totus nuda-  
tus, tam atrociter cruci affixus, & ad  
omnium spectaculum in cruce levatus, &  
tam crudeliter blasphematus? Et quis  
possit talem confusionem exprimere?  
*Suspiravi, inquit dolenter David in Christi  
persona, opprobrium, operuit confusio faciem  
meam.*

Psal. 68.

Quartò inquit: *Humiliatus sum nimis,  
propter causam finalem.* Si consideretur  
ultimò causa finalis dominicæ Passionis,  
& circumstantiæ illius debite examinen-  
tur, apparebit etiam ab illis humilitatis  
ex alia se temptici ratione.

Humilitas  
passionis ni-  
mis à causa  
finali.

Primò, à loco: nam, qui elegit Beth-  
lehem nativitati, elegit Ierusalem passio-  
ni, ut major esset mortis ignominia,  
quàm ortus sui fuerat gloria. Erat au-  
tem Ierusalem metropolitana civitas, &  
principalis sedes regni, magistratij, & sa-  
cerdotij, & ideo ibi debebat pati, qui erat  
Rex, Magister, & Sacerdos, eratque  
S s s s magno

magno referta populo. Nam ut dicitur A  
in Actis Apostolorum: *Erant in Ierusalem habitantes Iudaei viri religiosi, ex omni natione, quae sub caelo est. Et subditur: Parthi, & Medii, & Elamitae, & qui habitant Mesopotamiam, Iudaeam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Aegyptum, & partes Libyae, quae est circa Cyrenen, & advena Romani, Iudaei quoque, & Proselyti, Cyrenes, & Arabes, &c.* Ex quo patet, quod Christi mors per infamiae diffusionem ad omnes mundi partes magnae extitit ignominiae.

Secundo, a situ, qui scilicet fuit Calvariae mons, locus, & situs, ubi impii cruciatur, ignominiosus plane, & maxime in Dei populo diffamatus: *Exiit, inquit Evangelista, in eum, qui dicitur Calvariae locum.*

Tertio, a festo, scilicet azymorum, quando de Iudaea tantus in Ierusalem populus Israel convenire debebat.

Quarto, ab hora, scilicet meridiana, in qua omnes de civitate, & de propinquis partibus facilius concurrere poterant ad spectaculum, in Christi contumeliae, & opprobrii argumentum.

Quinto, a modo, scilicet in loco alto, ut ab omnibus circumstantibus visus, & sic delusus, confusibilis moreretur, sicut Isaias praedixerat, dicens: *Exaltabitur, & sublimis erit valde.* Vnde Gregorius: *Tanto dignius Deus ab omnibus honorandus est, quanto pro omnibus indigna suscepit.*

Sexto, e causa: quia scilicet crucifixus est sub titulo magne blasphemiae, & ignominiae: quia nimirum dicebat, se esse summum Deum: sub qua causa, aut titulo, nullum unquam scelestum legimus passum esse. Vnde & dixerunt: *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit.* Nec dicunt: *Filium Dei se dixit, sed, Filium Dei se fecit* ut ostendant, quod falso, & arroganter hoc sibi nomen usurpavit.

Septimo, a finali morte praedicta omnia concludente, & confirmante: quia finis rei acta praecedentia probat. Vnde Ioannis 19. dicitur, quod cum Dominus exisset: *Consummatum est; statim*

subditur: *Et inclinato capite tradidit spiritum.*

Inclinavit autem caput, ut quatuor nobis ostenderet: primo, gravitatem; secundo, humilitatem; tertio, paupertatem; quarto, gravitatem.

Primo, in morte inclinavit caput, ut ostenderet gravitatem: consuevit enim homo praenimio onere aggravatus, suum aggravare caput: sic Christus nostrorum peccatorum pondere aggravatus caput inclinavit. Vnde Petrus: *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Et in Threnis: *Convoluta sunt iniquitates, scilicet peccatorum, & imposta collo meo.*

Secundo, ut ostenderet paupertatem: fuit enim tantae paupertatis in morte Filius Dei, Iesus Christus, ut non habuerit, ubi reclinaret caput. *O vita Angelorum!* (exclamat Bernardus,) *o thesauri pauperum!* cum vulpes foras habeant, & volucres cali nidos; tu arramen ubi in Cruce caput reclinares, non habuisti!

Tertio, ut ostenderet, humilitatem scilicet viam esse ad gloriam sempiternam. Proinde Proverbiorum 4. dicitur: *Viam monstrabo tibi, & ducam te per semitas equitatis, quas cum ingressus fueris, non ardebitur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.* Vnde Hugo: *Per humilitatis viam revertimur ad caelestem patriam.* Et per Prophetam Dominus: *Non habitabit in medio domus mea, qui facit superbiam.*

Quarto, ut ostenderet gratuitatem, id est, ut ageret gratiam Deo Patri pro mortis victoria: solent enim gratias agentes caput inclinare: ejus enim mors nostrae mortis victoria fuit; quia mortem nostram moriendo destruxit. Vnde Apostolus ait: *Absorpta est mors in victoria.* Et iterum subdit: *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum.*

O mors amabilis! o passio desiderabilis! o profunditas admirabilis! quid mirabilius, quam quod mors vivificat? vulnera sanant? sanguis emundat? dolor ad amorem inflammat? apertio lateris cordi coniungit, & copulat? & quod mirabilius est, Sol obscuratus plus solito fulget? ignis extinctus cor magis inflam-

Act. 2.

Ioan. 19.

Isa. 52.  
Gregor. in  
hom.

Ioan. 19.

Levit. 24.

Ioan. 19.

1. Petr. 2.  
Thren. 1.Bernard.  
Math. 8.Hugo l. de  
claus. anno.  
Psal. 110.

1. Cor. 15.

flammat? passio ignominiosae gloriificat? A  
 fitis inebriat? nuditas virtutum vestibus  
 ornat? conclavatae manus nos solvant:  
 pedes confixi nos currere faciunt? emit-  
 tens spiritum, vitam inspirat, atque in li-  
 gno decedens ad caelestia vocat? Ergo  
 pro supradictorum conclusione Augusti-  
 nus ait: Filius Dei ad crucem ducitur:  
 expalmatur, qui est vera palma victoriae:  
 spinis coronatur, qui peccatorum spinas  
 corrumpere venit: ligatur, qui soluit B  
 compeditos: ligno suspenditur, qui eri-  
 git elisos: aceto potatur fons vitae: di-  
 sciplina creditur: salus vulneratur: vita  
 moritur: occidit ad tempus vitam mors,  
 ut in perpetuum à vita occidatur mors.  
 Et iterum idem ait: Hece pro impio pie-  
 tas flagellatur, pro stulto sapientia delu-  
 ditur, pro mendace veritas necatur, &  
 damnatur iustitia pro iniquo, misericor-  
 dia affligitur pro infideli, pro misero re-  
 pletur sinceritas aceto, inebriatur felle  
 dulcedo, moritur vita pro mortuo.

Ex omnibus praecedentibus patet,  
 quod mortuus est Christus justus pro  
 injustis, ab injustis, cum injustis, & ex  
 injustis causis, sub injustis iudicibus, cū  
 injustis poenis, atque suppliciis. Respice  
 ergo, mens devota, in faciem Christi tui, &  
 contemperate in eo crucis portationem in  
 exemplum nostrae imitationis: corporis  
 nudationem in exemplum nostrae con-  
 fessionis, quae debet esse nuda: brachio-  
 rum extensionem ad amplexandum, in  
 signum de peccato redeuntis in gratiam  
 receptionis: clavorum in manibus, &  
 pedibus infixionem, propter memoriam  
 fixae, & stabilis recordationis: coronae  
 spinarum impositionem, in figuram nostrae  
 glorificationis: capitis inclinationem ad  
 osculum, in signum nostrae reconcilia-  
 tionis: lateris apertionem, propter effu-  
 sionem pretii nostrae redemptionis, &  
 ablutionis; exivit enim ab eo sanguis, &  
 aqua, ex quibus anima mea redempta, &  
 lota est. Hucusque Bernardinus Se-  
 nensis tam ingeniosè, quam piè.

Discite ergo, discite à me, & elati, quia  
 mitis sum, & humilis corde. In hoc libro

humilitatem, in hoc obedientiam, pa-  
 tientiam, charitatem legamus, ac edifica-  
 mus, Fratres: hunc evolvamur, in hunc *Eccl. ult.*  
 semper oculos erigamus, ac defigamus. *Cruceis liber*  
*Faciendi plures libros, nullus est finis: sed iste unicus annus*  
 pro omnibus satis. *In libro tuo omnes scri-*  
*benitur.* Glossa, id est, in me, qui sum for- *instar est.*  
 ma iustitiae omnibus: in quo sunt omnes *Psal. 138.*  
 thesauri sapientiae, & scientiae Dei: in quo *Gloss. ibid.*  
 legunt docti pariter, & indocti: *Sumoti*  
*bi librum grandem, & scribe in eo stylo homi-*  
*nis.* Lyranus, id est, clarè, & planè: ita *Isa. 8.*  
 quod quilibet homo, etiam parum litera- *Lyran. ib.*  
 tus, possit legere, & intelligere. Vade *Qui ab omni-*  
 Chaldaeus. *Et scribe in eo exposita, ut nemo*  
*non legat, ac intelligat. Scribe visum, & ex-*  
*plana eum super tabulam, ut percurrat,*  
*qui legerit. Ad Hebraicum, ut statim legi*  
*possit.*

Et quis non legat magnos illos sangui-  
 nis characteres? quis vel ineruditus li- *Iustin. de*  
 brum hunc grandem non legat, signarum *triumph.*  
 intus & foris? Librum hunc, inquit devo- *Christi ago-*  
 tissimus Iustinianus, ut ab universis le- *ne, c. 20.*  
 geretur, publice exposuit, nempe se vien-  
 tibus gentibus, atque Iudaeis depictus  
 est foris: virtute autem, & sapientia Chri-  
 sti formatus est intus: habet foris simplex,  
 & indoctus, quid legat: habet spiritua-  
 lis, & perfectus, quid intus intelligat.

Quis mihi tribuat auditorem, vel, juxta *Iob. 31.*  
 Gregorium, adiutorem, ut desiderium meum  
 audiat omnipotens, & librum scribat ipse, qui  
 iudicat, ut in humero meo portem illum, &  
 circumdum illum quasi coronam mihi? San-  
 ctus vir inquit egregiè in haec verba Gre- *Gregor.*  
 gorius, postquam tot virtutum suarum  
 sublimia gesta narravit, sciens, quod suis  
 meritis ad summa pervenire nequeat, ad-  
 jutorem quaerit: & quem nimium, nisi  
 unigenitum Dei Filium contemplatur,  
 qui humanam naturam in hac morta-  
 litate laborantem, dum suscepit, ad-  
 iuvit?

Hunc adiutorem librum vocat, quia  
 Christus verbo, & exemplo nos docuit:  
 & idcirco hunc in humero gestare quis  
 debet, ut quod in Christo videt, hoc fa-  
 ciat; id, quod & sanctus Iob faciebat:

Aug. lib. de 4.  
 vir. card.

Christus iusto  
 ab injustis, pro  
 injustis, in-  
 iustis ex causis  
 passus.

Christus in  
 Cruce liber.  
 Matth. 11.

Iob. 37.  
Gregor.

Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. A  
Per singulos enim gradus suos (subdit  
Gregorius) librum pronuntiat, qui per-  
cepisse se eius scientiam, non per verba  
tantummodò, sed etiam per opera de-  
monstrat. Hunc ille perfectè pronun-  
ciabat, qui dicebat: Nihil arbitror me  
scire, nisi Christum, & hunc crucifixum.

Ira. 30.

Christus in Cruce perfectus est virtu-  
tum magister: Et erunt oculi tui videntes  
praeceptoram tuum.

August.

Quamvis enim per  
totam vitam se Christus magistrum ex-  
hibuerit, id tamen praecipue, & excellen-  
tius in Cruce praestitit: unde Augusti-  
nus pulchrè agebat, In Synagogis quidem  
Dominum palàm locutum fuisse, sed Iu-  
daeis tantum, ac veluti nondum è cathedra,  
quemadmodum postea, dum Cru-  
cem conscendit, unde non tantum Iu-  
daeos, sed & Gentiles edocuit, ut pro-  
pterea titulus scriptus fuerit Hebraicè, C  
Graecè, & Latinè. Crux nimirum, ubi  
fixa sunt membra patientis (ita ille,) cathe-  
dra facta est magistri docentis. Ibi  
gymnasium doctrinae publicè aperuit,  
inde discipulos plures fecit.

Christus è  
crucis cathedra docens  
habuit disci-  
pulum Centu-  
rionem.

Marc. 15.

Ibi praecipue Centurionem illum feli-  
citer erudit, ibi is autem magistro pre-  
buit: Videns, inquit Evangelista, Centu-  
rio, quia sic clamans expirasset. Ergo infert  
Bernardus, ad vocem credidit, ex voce  
agnovit Filium Dei, & non ex facie. Erat

Bernard.

Ioh. 10.

enim fortasse ex ovibus ejus, de quibus  
ait: Oves meae vocem meam audiunt, & cog-  
nosco meas, & cognoscunt me meae. Auditus  
invenit, quod non visus. Oculum  
species fecellit, auri veritas se infudit.

Et latronem.

Arnold.

Ibi & latronem illum discipulum fecit,  
ibi eum de suo caelesti regno edocuit. At  
quam is, rogo, lectione de Christi rogo  
perlegere potuit? Unde hic defixis in eum  
oculis Regem intellexit? D. foris planè,  
ex titulo, quem legebat. Eapropter no-  
luit forè Christus titulum illum deleri,  
quod scite notavit Arnoldus Carnotensis  
sic fuit: Licet tam insignem titulum  
deleri perfidia Iudaeorum clamose expe-  
teret, obtinere nullo modo prevaluit.  
Iam ad hanc Scripturam pertinebat Herò  
crucifixus, & eum intra se illa litera col-  
ligebant.

Hic didicerunt, quotquot reverteban-  
tur, percutientes pectora sua; unde refert  
Hugo Pratenſis Hieronymum dicentem,  
quod verbum illud: Pater, ignosce illis;  
tantae pietatis, & efficaciae in auribus au-  
dientium fuit, quod ferè quinque millia  
hominum hoc verbo audito ad Christum  
conversi sunt.

Et eos, qui ve-  
reiebantur  
cadentes pecto-  
ra.  
Luc. 23.  
Hier. ib. 53.  
Iſa. Et pro  
transgressoribus  
rogavit.

Et reverè quomodo omnes nò edisce-  
rent, si caput illud spinis compunctum  
intuerentur, humilitatem contra super-  
biam; si denudationem, remissionem  
abdicationem contra avaritiam; si mem-  
brorum confixionem, mortificationem,  
ac continentiam contra luxuriam; si infi-  
micorum propitiationem, mansuetudi-  
nem, & charitatem contra iram; si po-  
tionem amarum, sobrietatem contra gu-  
lam; si occupationem spiritualem (quae  
iuxta Hieronymum, dum vixit, in Cruce  
semper oravit) & diligentiam contra ac-  
diam; si denique lateris apertionem,  
amorem contra invidiam devotè consi-  
derarent?

Hieron.

Vbi, ubi melius odium peccati edisce-  
re valeamus? Unde ubertius quanto illud  
odio prosequatur Deus, agnoscamus?  
Hic vides, quantum Deus peccatum cas-  
tigavit in Filio: Qui proprio Filio suo non  
peperit. Quem proposuit propitiationem per  
suum in sanguine ipsius ad ostensionem iustitia-  
e.

Rom. 3.

O qualem hic fecit ostensionem iusti-  
tiae! Ex Inferni poenis non tantum per-  
cipio iustitiae ostensionem, quam è Chri-  
sto Crucis suffixo.

Non species ei, neque decor. Vidimus eum,  
& non erat aspectus, aut forma, qua fueret,  
ut desideremus eum: despectum, & novissi-  
mum virorum, virum dolorum, aut He-  
braice, quemadmodum nonnulli inter-  
pretantur, illustrem propter dolores, & scien-  
tiam infirmitatem, seu hominem in plaga: &  
quasi absconditus vultus ejus, & despectus;  
vel, & a vertebamus facies nostras ab eo, adeo  
erat despectus. Verè languores nostros ipse tu-  
lit, & dolores nostros ipse perierat. Et nos ve-  
pua vinit eum quasi leprosum, & percussim  
à Deo, & humiliatum. Ille autem vulno-  
rum est propter iniquitates nostras, attritus  
est propter scelera nostra.

Alii.  
Septuag.

Margin.

Luc. 23. *Si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet? Videbis Deum Patrem in ultionem peccati filium in mortem dare, nec peccatum oderis?*

4. Reg. 3. *Tradit Regum Historia, filios Israel aetna quondam obsidione Moabitarum urbem cinxisse, & ad extremas illius Regem angustias adegisse: qui sibi, suisque periculum imminere, nullumque superesse cernens effugium, primogenitum ipsum regni haeredem in hostium ipsorum oculis in urbis aenibus mactavit, ac immolavit: Arripensq; filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro ea, obtulit holocaustum super murum. Et facta est indignatio magna in Israel (subditque sacer Textus,) statimq; recesserunt ab eo, & reversi sunt in terram suam.*

Ioseph. lib. 9. *Antiq.* *Is, inquit Iosephus, hostium animas truces ad misericordiam deflexit. Tu dicam ego, viso Patre Filium immolante, obsidionem peccati non solves? peccare non desines?*

Rom. 10. *Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione, duobus, vel tribus testibus moritur: quando magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei condecussorit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit?*

Alti. *Psal. 21.* *Heu! quot hodie pretiosum hunc Sanguinem pollutum, vel, juxta alios, communem ducunt! &c.*

*Sicut aqua effusus sum, (praer exigua, aut nulla sanguinis mei aestimatione) & dispersa sunt omnia ossa mea; veluti praer contemptu in terram projecta.*

D. Thom. in cap. 22. ad Hebr. *In cruce remedium crucis, tentationis.* *Quid denique in Crucifixo non habes? Pulcherrime D. Thomas in caput duodecimum ad Hebraeos: In quacunq; inquit, tentatione invenitur in Cruce praesidium; ibi enim est obedientia ad proximum; ibi patientia in adversis; denique in Cruce invenitur doctrina, & exemplum omnis virtutis. Unde Augustinus: Crux non solum fuit patibulum patientis, sed etiam cathedra docentis.*

Drogo. *Luc. 24.* *Et acute, & pie Venerabilis Drogo sermone de Dominicae Passionis Sacramentis, occasione verborum Luc. 24. Cognoverunt eum in fractione panis; opportune sic Christum allocutus: Et verè non*

cognosceris, Domine, nisi in fractione panis. Panis caro tua. Fregisti corpus, quod foris apparebat, & ostendisti medullam, quae intus larebat: nisi autem patiens, non cognosceris. *Ibi abscondita est fortitudo ejus.* Quae est autem fortitudo tua, nisi manufactudo, nisi humilitas, nisi sapientia & obedientia? Has virtutes suavissimas, & fortissimas in fractione panis, hoc est, in passione tua nobis ostendisti.

**F** Et quomodo non agnitus in Cruce exemplar virtutum, qui in ea praesertim innotuit Deus? Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. *Ioan. 8.*

*Pater, venit hora, clarifica Filium.* Hilarius: Clarificat Pater Filium, quomodo tandem? Suffigitur Cruci. *Ioan. 17. Hilar. lib. 3.*

**C** In Cruce portò Dominus gloriae & de Trinitate agnitus, & dictus est: *Si cognovissetis, nunquam Dominum gloriae crucifixisset.* Vbi Chryllostomus: Opportune Dominum gloriae appellat, loquens de Cruce: quia scilicet in ea agnitus auctor gloriae.

*Cornua in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo ejus.* Chaldaeus: *Scinti & à qua ariga ejus prodierunt, ibi patefecit majestatem suam.* Rupertus: In Cruce exaltatus est, omnis potestas, omne regnum (quod per cornu significari solet) datum est in manu ejus: *Data est mihi omnis potestas in caelo, & terra.*

**D** *Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.* Ex Augustino: Quasi dicat: In occasu sese Dominum ostendit, ascenditque maxime.

**E** Huc facit, quòd gloriosam illam Regis Regum, & Domini dominantium inscriptionem non alibi inscriptam legimus, quam in veste sanguine tincta, & in furore flagellis attrito: nam ubi Christus flagella pertulit, ubi sanguine aspersus est totus, tunc Rex Regum, & Dominus dominantium est appellatus.

**D** Certè in cruce ut Deus innotuit, qui in ea attributa ostendit divina. Bernardus expendens verba illa: *Et inclinato capite tradidit spiritum.* Quis tam facile, inquit, quando vult, dormit? Magna quidem infirmitas mori, sed planè sic mori, virtus immensa.

Matth. 27.  
Hier. ibid.

Et Hieronymus premens similiter illa: *A* Et clamans voce magna, expiravit. Divina potestatis, ait, iudicium fuit spiritum sic emittere. Nos cum ima voce, vel sine voce morimur, qui de terra sumus: ille vero exaltata cum voce expiravit, qui de caelo venit. Et Chrysostomus: Eapropter voce magna exclamavit Dominus, ut ostenderet, sua totū id fieri potestate.

Chrys. hom.  
89. in Matt.

At nonne divina potentia, mori, & regna donare? *Hodie mecum eris in paradiso.* B Vbi pulchrè D. Leo: Excedit humanam conditionem ista promissio, nec tam de ligno Crucis, quam de throno editur potestatis.

D. Leo serm.  
2. de Pass.

O, ô admirabilis potentia Crucis, exclamat alibi, ô ineffabilis gloria Passionis, in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est Crucifixi!

Psal. 105.

Tanta planè in Cruce respanduit divina potentia, ut cum Propheeta illud verè dicere valeamus: *Salvavit eos propter nomen suum, ut notam faceret potentiam suam.*

Et quid de divina eloquar sapientia? Crux certè, si Iudæis est scandalum, gentibus verò stultitia, credentibus tamen, ac Dei amatoribus, & contemplatoribus virtus est, atq; sapientia. Divina prorsus sapientia factum, ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret, & qui in ligno vincebat, in ligno quoq; vinceretur.

2. Cor. 1.

O divina sapientia, quæ mundi, ac Diaboli vicit malitiam! Hac, Fratres mei, hac tantum imbuar, ut non iudicem, me scire aliquid inter vos, nisi Christum, & hunc crucifixum.

## M A R I A I V X T A E

Crucem.

### P V N C T V M XXVIII.

*Stabat autem juxta Crucem Iesu Mater eius, Ioan. 19.*

Ierem. 9.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Exhaustur

(quis nescit?) lachrymarum fontes assiduitate plorandi. Fleverunt David, sociique ejus, postquam viderunt directam, atque exhaustam Siceleg, donec *1 Reg. 30. deficerent in eis lachryma, vel ad verbum: Hebr. Et non erant vires ad plorandum.*

Etiam eloquentiæ Pater oratione secunda in Antonium: *Hei mihi, ait, consumptis lachrymis, infixus tamen pectori hæret dolor. Quidni pientissima Mater, exhaustis jam in retroactis mysteriis lachrymarum fontibus, novas optret lachrymas sibi dari, quas modo unici filii impendat funeri?*

*Hæu! hæu! Defecit gaudium cordis mei: Thren. 5. versus est in luctum chorus meus: cecidit corona capitis mei.*

*Anima mea, ascingere cilicio, & conspergere cinere: luctum unigeniti fac tibi planctum amarum.* Terem. 6.

*Ne vocetis me Noemi, id est, pulchram, Ruth. 1. sed vocate me Mara, id est, amaram, quia amaritudine valde replevit me Omnipotens.*

*Posuit me desolatam, tota die maxore confectam.* Thren. 1.

*Planè magna est, (ô Maria) velut mare contritio tua, quis medebitur tui? Cui comparabo te, aut cui assimilabo te, filia Ierusalem?* Thren. 2.

*Quis est homo, qui non fleat, Christi Matrem si videret In tanto supplicio?*

Certè, quos in felicissimo parru dolores non sensit, sub hac arbore experta est. *Sub arbore malo suscitavit te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Ad Hebraicum: Ibi peperit te Mater tua, ibi parturivit te Genitrix tua.* Dolores enim, quos illa effugit pariens, inquit pulchrè Damascenus, eos tempore Passionis sustinuit, ex materna compassione viscerum, lacerum reparturiens: & quem Deum per nativitatem agnovit, illum ut maleficum interfectum videns, tanquam gladio cogitationibus decerpit.

Nequaquam enim à diro spectaculo Mater

*Maria sensit dolores sub cruce, quos non in partu.* Cant. 8. Hebr.

*Damasc. lib. 4. Or. 15.*

Laut. Iustin.  
de triumph.  
Christi agone,  
1. 10.

Mater aberat, inquit Iustinianus, quæ ob A  
id ultra quam credi potest, agebatur pro  
Filio. Audiebat populorum perstrepen-  
tium sonitum, & confusas militum cru-  
cifigentium voces. Audiebat malleo-  
rum clavos insigentium ictus, totiesque  
in corde suscipiebat doloris jacula, quo-  
ties super clavos resonabant percution-  
tium verbera.

4. Reg. 13.

Heu me, dicebat, Fili mi Iesu, Iesu fili B  
mi! *Quis mihi det, ut moriar pro te, Fili mi*  
Iesu, Iesu fili mi! Lumen oculorum, &  
baculum infelicitatis meæ, ut quid su-  
perstes remaneo post te? Cur mortua  
non sum, antequam aspicerem te unicu-  
m meum tam crudeli examine feriri? Qua-  
re armorum militum non irrumpo  
acies venioque ad te? Cur non me  
suppono pro te, vel una tecum cruce  
suis, endor?

Tob. 10.

Si quondam dolebat mater illa, ac ir- C  
remediabilibus lachrymis flebat, quod fi-  
lium se amisisse putaret, qui lumen esset  
oculorum suorum, baculus senectutis,  
solatium vitæ, spes posteritatis, omnia-  
que simul in uno illo haberet, quantum  
nunc rogo, iudoleat Virgo Mater in mor-  
te Filii, veri luminis, pupillæque unicæ  
oculorum suorum, baculi, qui omnia  
sustentat, solatii vitæ, solius humani ge-  
neris speciei, & in quo uno non per exagge-  
rationem affectus, quemadmodum illa  
locuta est, sed verissimè omnia haberet?

4. Reg. 1.

Doleo super te, frater mi Ionatha, sic la-  
chrymans parentabat David, doleo super  
te, frater mi Ionatha, decore nimis, & amabi-  
lis super amorem multorum: sicut mater uni-  
cum amat filium suum: ita ego te diligebam.  
Cæterum, quis componat amicæ bene-  
volentia charitatem cum materna in E  
unicum, divinumque filium dilectione?

Nazianz.

Hæc una Mater flammis amoris, &  
compassionis succensa, adstans Cruci. Fi-  
lio dilectissimo parentabat. Nazianze-  
nus in tragædia de Christo patiente, hæc  
dat Mariana verba:

----- Filii ut vultum mei  
Squalore vidi plurimo, & sanie obsi-  
tuum.

Mors sola votum est, vita mors tantum  
mihi:

Agite jam, agite vos, vitam non feram  
amplius.

Augustinus in suis Confessionibus ex-  
plicans ingentem animi affectum, quo  
diligebat amicum. Et nescio, inquit, an  
vellem pro illo mori, sicut de Oreste, &  
Pylade traditur, si non fingitur, qui non  
vellent pro invicem vel simul mori, quia  
morte pejus eis erat non simul vivere.  
Sed in me nescio quis affectus nimis huic  
contrarius ortus erat, & tædium vivendi  
erat in me gravissimum, & moriendi me-  
tus. Credo, quod magis illum amabam,  
eod magis mortem, quæ mihi cum abstu-  
lerat, tanquam atrocissimam inimicam  
oderam, & timebam, & eam repente  
consumpturum omnes homines puta-  
bam, quia illum potuit. Mirabar enim  
cæteros mortales vivere, quia ille, quem  
quasi non moriturum dilexeram, mor-  
tuus erat, & magis, quia ille alter eram,  
vivere illo mortuo mirabar. Benè qui-  
dam dixit de amico suo: *Dimidium ani-  
me meæ.* Nam ego sensi animam meam,  
& animam illius unam fuisse animam in  
duobus corporibus: idèd mihi horro-  
ri erat vita; quia nolebam dimidium vi-  
vere, & idèd fortè mori metuebam, ne  
totus ille moreretur, quem multum  
amaveram.

Laudet, laudet oratoria, levi que po-  
tius declamatione Augustinus, ac suas  
retractet ineptias, quemadmodum ille in  
Retractionibus ait, dum amico affectu  
nimio parentat: sed nihil retractet Virgo  
Mater, quæ non tantum non ineptè, sed  
& rectissimè Filium totam suam animam  
nuncuparet; mori cum illo cuperet, hor-  
rori sibi esset vita, quia nollet sine vita vi-  
vere, miraretur cæteros mortales vive-  
re, si ille moreretur.

Cogitare libet, inquit idem Augusti-  
nus in sermone de Passione Domini, Aug. ser. de  
quantus dolor tunc fuerit Matri, cum sic Pass. Domin.  
doleant, quæ insensibilia sunt: non lin-  
gua loqui, nec mens cogitare valebit, sub Cruce  
quanto dolore tunc tenebatur anima morientis Filii  
Mariæ.

Hæc!

*Nazianz.* Heu! dolebat pater ille amans apud A Nazianzenum, ablato sibi primum Iosepho, tunc postea Benjamin, heu! heu! membratim perco. Sed quis duodecim illos Patriarcharum filios, immo cunctos filios hominum cum unico Virginis Filio componat? Et quanto hæc gravius ad membra morientis Filii singula illachrymetur. Heu! membratim perco!

*Job. 1.* Oppressus us malus Dæmon mole dolorum invictum illum patientis animū, ubi eum paulo ante tot jacturis, calamitatibusque concessum afflictaffet, è domo hæc tandem retulit, qui & ceteras clades non tulerat, diceos: *Qua corruens appressit liberos tuos, & mortui sunt.* Vbi egregie quidem Olympiodorus: Germanæ prolis præcipue meminit, ut justinaturam exulceraret, nec enim dixit: Supra omnes, qui intus erant, cecidit, sed magis luculentas ei plagas insigens dixit: Cecidit super filios tuos. Non potest porro non esse vehementior, ac luculentior plaga, quæ ex filiorum extinctione sentitur.

*Gen. 21.* Non tulit Agar Ismaëlem præ siti morientem videre. *Non videbo,* ait, *morientem puerum.* Maria non præ sibi tantum, sed præ acerrima tormentorum vel morientem vidit!

*2. Mach. 6.* De illa filiorum Machabæorum matre tam propriis oculis martyriorum spectatrice, quam spectaculo, ita appositè Cyprianus: Tam pulchrè martyrium Deo præbuit virtute oculorum suorum, quam præbuerant filii omnes tormentis, & passione membrorum. Liceat nunc elegantissima verba a tate Deiparæ. Etenim si qua creatura tam grande martyrium Deo præbere potuit, quam Christus cruci affixus, crediderim à solâ hæc Matre tantum, immo si piè audere liceat cū Bonaventura, plus martyrii præbitum virtute oculorum suorum, quam præbuerit ipse Filius ejus tormentis, & passione membrorum.

*August. ser. 109. de doctr. scrip. c. 6.* Illa (inquit Augustinus de eadem Machabæorum matre) videndo in omnibus passa est: facta Martyr septem Martyrum, septies Martyr à filiis non separata spectando, & filiis addita moriendo, vi-

debat omnes, amabat omnes, ferebat in oculis, quod in carne omnes. Nihil virgineæ huic Matri accommodatius, nihil de Matre dolore verius, ac significatius. Maria filius mille pertulit cruciatus, in via, in Calvarie monte, in Cruce: illa videndo in omnibus passa est, millies Martyr, à Filio non separata spectando, videbat Filium, amabat Filium, ferebat in oculis, quod in carne Filius, & idèd cruciatuum acerbitate, & immanitate Martyres omnes superabat.

Si matrem illam (cui verè nomen Felicitas) plusquam Martyrem Gregorius appellat dicens: Nunquid hæc foeminam Martyrem dixerim? Sed plusquam Martyrem, quæ septem pignorum ad regnum præmissis toties ante se mortua prima venit, sed pervenit octava. Quid de matre, immo Regina Martyrum predicemus? Hæc longè pretiosiori pignore ad regnum quasi præmissa, toties ante se penè mortua prima venit, quoties mortalia ille tormenta subivit. Nam quemadmodum tam verè, quam eleganter saur Amadeus homilia quinta de Virgine Matre, vicit hæc sexum, vicit hominem, passa est ultra humanitatem: torquebatur magis, quam si torqueretur esse: quoniam supra incomparabiliter diligebat id, unde dolebat.

Dicat, dicat contemplativus ille Seraphim in meditatione comparsiva doloris, quem in Paraseve habuit Beata Virgo Maria, ad illa verba: *Stabat juxta Crucem Iesu Mater ejus.* O Domina mea, exclamat, ubi stabas? Nunquid tantum juxta Crucem? Immo certè in Cruce cū Filio: ibi crucifixa eras secum. Sed hoc distat, quia ipse in corpore, tu autem in corde: nec non & ejus vulnera per corpus ejus dispersa sunt, in tuo corde unita: ibi, Domina, lanceatum est cor tuum, ibi spinis coronatum, ibi illusum, & probatum, & contumeliis plenum aceto, & felle potatum. O Domina, cur ivisti immolari pro nobis: Nunquid non sufficiebat Filii passio nobis, nisi crucifigerent & Mater? O cor amoris, cur convertis in globum doloris? Aspicio, Domina, cor tuum: & idèd non cor, sed myrham,

*In omnibus filiis videndo passa est.*

*Maria ferebat in oculis: quod in carne Filius.*

*Greg. hom. 3. in Evang.*

*Amadeus hom. 5.*

*Bonavent. in stim. div. amoris, c. 3.*

*Non juxta crucem tantum, sed cō in cruce stabat.*

Tota erat in  
vulneribus  
Christi.

myrrham, absinthium, & fel video. A  
Quæro Matrem Dei, & ecce invenio  
spûta, flagella, & vulnera, quia tota con-  
versa es in ista. Tota es in vulneribus  
Christi, totus Christus crucifixus est in  
intimis visceribus cordis tui. O amari-  
tudine plena, quid fecisti? Cur vas san-  
ctitatis fecisti vas pœnalitatis?

Arnold. de  
septem verb.

Et quid mirum? Intueretur illa in mu-  
lieribus benedicta, inquit Arnoldus  
Christum alloquens, & confixis in te ocu-  
lis vulnera tua maternâ pietate confide-  
rat: licet nō ignoret, quid boni conferat  
mundo passio tua; tamen parentis affe-  
ctu commoritur, & pectus maternum  
immanitate dolorum arctatur.

Laur. de  
triumph.  
Christi ago-  
nis, a 18.

Quantum verò maternum hoc pectus  
arctaretur, dicat piissimè, quamvis fusè,  
Iustinianus: Aderat, inquit, ibi Mater  
prope Filium: nusquam cogitationis sue  
intentionem divertere valebat: tota erat  
cum Filio, & tota rapiebatur in Filium:  
in corpore Filium, in mente verò erat Ge-  
nitrix crucifixa: oculos lachrymis suffu-  
sos erigebat ad Filium, eosque illic de-  
mirebatur: non enim valebant materna  
viscera horrendum nati intueri suppli-  
cium. Quò se illius figebat obrutus,  
mœstus retundebatur animus visionis  
horrore. In capite coronam spineam, D  
in facie spûta, gelatum sanguinem, &  
speciem deformatam, in manibus, ac pe-  
dibus clavos infixos, vulnera dilatata,  
defluentem cruorem, rigidosque nervos,  
in toto demùm corpore livores, tursio-  
nes, excoriaciones, tumoresque cerne-  
bat. Undique vehementissimi doloris  
aspiciebat insignia, & tamen iuxta Cru-  
cem stabat.

Apud crucem  
triplex finis  
eam retinuit.

Tenebatur scilicet funiculo triplici E  
doloris, admirationis, & amoris. Do-  
lore quidem, quia præsentis passionis  
gladius ipsius transfixerat animam:  
veruntamen in corde transverberata gla-  
dio, & mente crucifixa, quò divertere  
valebat? Admiratione autem, cum quis  
pendebat, tacita cogitabat. Illum verum  
Deum esse sciebat in sui natura impassi-  
bilem, immortalem, invisibilem, atque

Speranza Scriptura selecta.

beatum. Quoties igitur conferebat in  
corde suo, & eundem passibilem, & im-  
passibilem, mortalem, & immortalem,  
visibilem, & invisibilem, miserrimum  
intelligebat, atque beatum, ultra quàm  
credi posset, admiratione suspensa tene-  
batur. Quomodo admiratione non ta-  
peretur extra se, & redderetur immobi-  
lis, cum teste sacro eloquio, scrutator  
majestatis absorbeatur à gloria? Et quis  
unquam congruentius, purius, familia-  
riusque, quàm beata Virgo in divinæ  
contemplationis agnitione admissus est?  
Nam etsi sexaginta sint Regine, & octogin-  
ta concubina, atque adolescentularum non  
sit numerus, una tamen erat columba sponsi  
speciosa, dilecta, atque amabilis. Amore  
verò, quia unicus ei erat Filius formo-  
sior cunctis, sanctior universis, decora-  
tus moribus, virtutibus plenus, ac gra-  
tiarum locupletatione conspicuus: ma-  
terno siquidem amoris vinculo secum  
conglutinata tenebatur.

Prævaluerat tamen dolor, & mentis  
ipsius ita secreta compleverat, ut in com-  
paratione illius vix admirationis, &  
amoris reperiretur locus: nec immeri-  
tò; fecerat enim admiratio, & amor ri-  
vulos duos, qui indefinenter in doloris  
alveum profluebant, propter quod rapi-  
dissimum in corde Virginis ex hujusmo-  
di alluvione torrentem congregaverant.  
Quamobrem in persona ipsius in Thren-  
is legitur: O vos omnes, qui transitis per  
viam, attendite, & videte, si est dolor similis,  
sicut dolor meus.

Suspirat intrinsecus (inquit iterum al-  
latus Arnoldus) & erumpentes revocat  
lachrymas, & eò amplius anxietas intum-  
escit, quò prohibetur egredi, & per lu-  
tus, lamentaque dissolui. Emergebant  
quidem aliquando gemitus, sed increpa-  
ti reprimébantur, revertebanturque in  
sinum mentis, de quo prodibant, & col-  
lidebant se ad invicem in torsus, eratque  
in anima illa tempestas valida, occur-  
rentibus sibi procellis, & quasi in sartagi-  
ne, frixis medullis, ebulliebant amaritu-  
dines, quas excoquebat, & coagulabat  
exacerbatio perseverans.

T r r r

Impe-

*Moriebatur,  
& mori non  
poterat.*

Imperabat quippe dolori silentium A formido, & ringentium Iudæorum torui in eam oculi, illos turbines suffocabant. Verum illa tantarum procellarum falluginem ebibebat, & (quod difficillimum erat) moriebatur, & mori non poterat, & clauso tanto doloris tormento intrinsecus, alium vultum palam exhibebat, nec poterat ex facie colligi Crux illa animæ, & patibulum spiritus, in quo erat hostia viva, beneplacens Deo, & medulla B latum holocaustum, quod cum ipsa incenderet, tantum conscientie ministerio urebatur, ipsaque sine strepitu seipsam mactans in altario interiori, & ligna, & flammæ, & latices congeriebat.

*Cur eius dolores  
non scripti  
ab Evangelistis.*

Et hinc solvitur quæstio, qua aliquis pia curiositate quærat, cur Evangelista dolorum, lachrymarumq; Virginis Matris mentionem non fecerit? An forte quod, sicut in Iphigeniæ sacrificio Agamemnonem dolentem patrem non expressit pictor, excellens licet, nisi umbra silentii? Is enim (inquit Plinius) cum stante Iphigeniâ ad aras petiturâ mæstos pinxisset omnes, præcipuè patrum, cum tristitia omnem imaginem consumpsisset, patris ipsius vultum velavit, quem dignè non poterat ostendere. An quod veluti Regina illa apud Herodotum regii sponsi mortem orbata casu in studio, nec lachryma profecuta, sciscitanti matronæ, qui id fieret? Non illacrymor, inquit, ne integrum semper servatura dolorem, imminuam. An quod mirabili constantia temperaret à lachrymis, ut Ambrosius propterea dixerit: Stantem lego, flentem non lego.

*Plin. lib. 35.  
610.*

*Herod. l. 3.*

*Ambr. or. de  
ob. Valen.  
Prov. 31.  
Ildelph. ser. 2.  
Assump.*

*D. Ant. 4. p.  
Theo. 1. 15.  
c. 41. §. 1.  
Anselm.*

*Ipsa Christum  
immolasset, si  
iussa fuisset.*

*Arnold. tr. de  
Virg. laudibus*

Et quidni mulierem fortem invenerim paratam extendere, si oporteret. & percussoris manus accederet (ut loquitur Ildephonsus) vel in cruce manus. Stabat, inquit & D. Antonius, doloribus plena, ita tamen divinæ conformis voluntati, quod, ut Anselmus ait, si oportuisset, ipsa Filium in Cruce posuisset, atque obtulisset: neque enim minoris fuit obedientiæ, quàm Abraham.

Omniò tunc erat una Christi, & Matris voluntas (inquit scitò Arnoldus Car-

notensis unumque holocaustum ambo pariter offerebant Deo: hæc in sanguine cordis; hic in sanguine carnis.

Erat scilicet, ut Filius, *Vir*, sic ipsa Mulier, ac Mater *dolorum*, dolori tamen non cessit, nec ullatenus sub Cruce cecidit, sed stetit. Vnde Ambrosius: Sed nec Maria minor, quàm matrem Christi decebat: fugientibus Apostolis, ante Crucem stabat.

*Isa. 53.*

*Ambros. in  
Catena.*

Guericus: Stabat iuxta Crucem Mater: & planè mater, quæ nec in terrore mortis filium deserebat: quomodo enim morte terri poterat, cujus charitas fortior, quàm mors erat?

*Guericus. ser. 4.  
de Assump.*

Vbi uxor illa Phinees captam Arcam audivit, præ tristitia peperit quidem, sed expiravit. En constantior Deipara, que licet tanta correpta tristitia, ut interimere illâ posset, nisi ita tentatam per omnia absque peccato, Deus ad omnium levamen reliquisset, non propterea cecidit, neque deliquit passâ est.

*2. Reg. 4.*

*Cajet. in  
Opusc.*

Stabat iuxta Crucem Iesu Mater ejus. O constantiam! ô animi fortitudinè! Mea, Ioan. 29. mea, dicere poterat, *est fortitudo*. Nutrabat mundus, tremebat terra, Mater stabat! Mare, corilium amarum, (*Congregaciones aquarum appellavit maria*) unde abscedebant usque ad cælum, sed nunquam usque ad abyssos; à divina voluntate nec ad medicum, nec ad momentum deflectens, semper conformis permanebat.

Pulchrè Bonaventura Virginem inter dolores, & cruciatus constantem cum firmamento componit, quod dividat parâ, hominibus aquas ab aquis: Virgo, inquit, fuit cælum firmamentum, uniformiter semper motum per patientiæ firmitatem. Nam licet in ea quæ inferiores, id est, vires sensitivæ & sensibiles fortissimi è fuerint concussæ in filii sui passione, superiores tamen à sua non fuerunt pace commotæ: & licet sentina navis, id est, pars sensibilis repleta fuerit aquis maris, pars tamen superior navis semper ventis prosperis navigavit.

Stabat ergo, sed tamen dolebat: stabat, quia stabat amor: dolebat, quia amabat. Amans

Galat. 6.  
Ibid. 6.

Amans illa Catharina Senensis spinatum A  
punctiones sentiebat. Amans ille Apo-  
stolus dicebat: *Christo confixus sum Cruci.*  
*Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.*  
Quis horum amorem cum materno Vir-  
ginis amore componat? Quando igitur  
hæc altius, ac tinsque confixa Cruci?  
Quando hæc magis in corde, & in animâ  
vividiora stigmata præferrebat?

August.

Anima magis est, ubi amat quàm ubi  
animat: ergo Virgo Mater, quæ plus Fi- B  
lium, quàm se ipsam diligebat, magis erat  
in Filio, quàm in se ipsa. Dolebat ergo  
ad Filii dolores, patiebatur ad pœnas  
crucentabatur ad plagas; vulnerabatur  
ad vulnera, ut verissimè ille prædiceret:  
*Et tuam ipsius animam pertransibit gla-*  
*dium.*

Luc. 2.

Hieron. t. 9.

Hieronymus in serm. de Assumptione  
Beate Mariæ: Plus omnibus dilexit,  
propterea & plus doluit, in tantum ut  
animam ejus totam pertransiret, & pos- C  
sideret vis doloris. Adest testimonium  
eximia dilectionis, quæ quia mente pas-  
sa est, plus quàm Martyr fuit, nimirum  
ejus dilectio amplius fortis, quàm mors  
fuit, quia mortem Christi suam fecit.

Cant. 7.

Guillel. ib.

*Statura tua assimilata est palma.* Rectè,  
inquit ibidem Guillelmus, statura pie  
Matris assimilata est palma: nam ille for- D  
ris, illa intus patiebatur Crucem. Stabat  
illa juxta Crucem sui Iesu, atque ea ipsa  
sibi met quodammodò erat in Crucem  
erecta, stando juxta Crucem, ipsa sibi per  
affectum maternum quodammodò erat  
Crux. O verè Virginem cruciformem  
(hoc te nomine compellat Epiphanius)  
hoc est, in eadem cum Christo Cruce  
confixam!

Cant. 2.

Thron. 2.

Psal. 39.

*O filium inter spinas!* ò Virginem do-  
lentem! *Occidit, occidit* (verè dicere pote- E  
ras) *omne quod pulchrum erat in tabernaculo*  
*filii Sion.*

*Heu! Cor meum dereliquit me, & lumen*  
*oculorum meorum, & ipsum non est mecum.*

## TENEBRÆ.

## PUNCTVM XXIX.

*A sexta autem hora tenebræ factæ*

*sunt super omnem terram, usq;*  
*ad horam nonam. Matth. 27.*  
*Et obscuratus est Sol. Luc. 23.*

*Sol, contra Gabaon ne movearis, & Luna Ios. 10.*  
*Contra vallem Aialon. Cur Gabaon, ele- Hebr.*

*vationem iniquitatis, mundum scilicet, cui*  
*tanta iniquitas, Sol illuminet? cur non*  
*sistat, hoc est, radios, splendoresque suos*  
*non retrahat? D. Gregentius in Dialogo*  
*cum Herbaso Iudæo Iesus filius Nave*  
*cum bellum illud horrificum magno ap-*  
*plausu gessit cum gentibus, & espere su-*  
*perveniente nonne adversus Gabaonitas*  
*Solem sistere cursum iussit, similiter &*  
*Lunam contra vallem Aialon, donec vi-*  
*ctoriam de hostibus retulisset? Hæc il-*  
*lustris, & admirabilis in Sole affectio, si-*  
*ve permissio fuit Domini mei Iesu Christi*  
*antegressa figura, & similitudo. Iesus il-*  
*le, Iesus & hic. Ille fuit Princeps exer-*  
*citus Israël, hic Rex, & Deus non so-*  
*lum Israël, sed & totius terrarum Or-*  
*bis. Ille gentes in fugam vertebat, hic*  
*Dæmonum exercitus. Ille Solem, &*  
*Lunam sistere potuit, donec phalanges, &*  
*catervas militum adversariorum proflig-*  
*asset. In passione Domini mei Sol in-*  
*horruit, & obscuratus est, & Luna suū*  
*fulgorem non dedit, die statim præ timore*  
*in tenebras transeunte. Hæc ille erudi-*  
*tè, cui dilectè sic fanem Chrysostomum*  
*adnecto, ut in hoc præcipuè puncto sele-*  
*ctorum Patrum rapsodiam componam.*

Ventum jam tandem est Crucis ad  
campum, ubi piæ manus terebrant læva  
vulnera, & compaginem palmarum  
rumpit violentior foratura clavorum. *Chrysof. vel*  
*Chrysol. de s. ser. Pass.*

Crux clavis configitur, & effossa vesti-  
gia, pœnalibusque alligata impedi-  
entis, pedum officia perdidit. Adhæc  
quiescentis corpus stipiti, & immobile lignū  
inconcussa membra portavit. Fert pœ-  
na ipsa pendentē, & tormentis suis nexis  
artus incumbunt. Sed festinate, oro, & ci-  
tatis cursibus properate: sentio n. moliri  
nescio quid creaturā, & inrestinis moti-  
bus nonnihil elementa intelligo parturi-  
re. Minatur ecce propria mundus excidia,  
& rerū natura inusitato pavore terretur.

Tert. 2

Dies

*Cur sol in  
Christi morte  
obscuratus.*

Dies medius tenebrarum tyrannide discluditur, & perdidit cursum fugitiva luce fraudatum. Sol abscondit radios suos, & Orbem globus luminis obscuravit, atque incubatricem noctem dissimulato jure contradictionis admisit. Dies enim non dies est, & nox repentina non est nox: importuna tenebræ aliena tempora pervaserunt; moriente verò die, novum dies sensit occasum. Expectabant cuncta elementa exitum proprii Conditoris, axem suum mundus extremum vergere cupiebat in limitem. Vo-

*D. Leo serm.  
10. de Pass.*

Sed non minori facundia, ac pietate D. Leo, sic fatur apostrophe ad Iudæos. Cùm Dominus crucifixi corporis elevatione sublimis, reconciliationem mundi exqueretur in quadam arce supplicii, latronemque conversum ad Paradisi vocaret habitaculum, vos Principes Iudæorum, legisque Doctores, nec conscientie impietate compuncti, nec effectui sceleris mitigati, fixuris clavorum addebitis tela linguarum, dicentes: *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si Rex Israel est, descendat de Cruce, & credimus ei.* Sed (subdit graviter) his vocibus vestris stultis, atque blasphemis reddunt omnia elementa responsum, & unam in vos sententiam ferant cælum, terra, Sol, syderaque, indignos vos suo ministerio protestantia terribili motu, insolitoque defectu tenebras mundo vestræ cæcitatibus ostendunt.

*Sol obscuratus  
esse Iudæos suo  
ministerio in-  
dignos prote-  
statis fuit.*

*Chrysol. ser. 4.  
de s. ser. pass.*

Planè, velut jam iterum allatus Chryso-  
stomus ait, tenebrarum caligine tota  
passionis indignitas tegitur, & omnis  
injuria novæ noctis obscuritate celsatur. E.  
Indixit sibi mundus inopinata sui authoris  
morte funereum luctum, cunctarumque  
confusio naturarum: & sacrilegium suum non agnoscit cæcitas Iudæo-  
rum.

O cæcas Iudæorum mentes! ò duriora  
saxi pectora Iudæorum! (exclamat

A. Ambrosius) Iudæus arguit, credit minister, proditor suum scelus morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta referantur, Iudæorum duritia immobilis manet vel Orbe concusso. Sol etiam (inquit alibi) sacrilegis occidit, vel refugit, ut funestum spectaculum sceleris obumbraret.

*Ambros.*

*In Luc. 13.*

*Sol aufugit, ut  
scelus Iudæorum  
funestum ob-  
umbraret.*

Et Beda eandem mutuatus animi conceptionem, hanc novam addit: Clarissimum, inquit, mundi lumen suoretraxit radios, ne aut pendente videretur Dominum, aut impii blasphemantes sua luce fruerentur.

*Beda.*

*Item ne pen-  
dentem Domi-  
num videret.*

Et antea Augustinus: Terra ipsa concussa est, tanquam ad scelus proprium contremiscat.

*Aug. de tem-  
serm. 120.*

Sanazarius verò ita deflevit:

*Sanaz de mor-  
te Christi.*

*Et tremefacta graves testatur murmuræ  
requestrus;  
Testatur Sol ipse suum sub nube dolo-  
rem.*

Occidit Sol, plorat & Propheta, cùm ad-  
huc esset dies. Postquam enim cruci tradi-  
derunt Dominum omnium, ita Cyrillus, mundi machina lugebat proprium Dominum, & obtenebrata est lux in meridie secundum Amos: *Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie, & obtenebrabitur dies lucis.*

*Jerem. 15. 9.*

*Cyri.*

*Amos 8. 9.*

Et quidni obtenebretur mundus, mundi Conditore moriente? Chryso-  
stomus. Chryf. in  
Paterfamilias moriente, tota ejus domus  
turbatur, omnis familia plangit, & con-  
scisis tunicis suis, nigris se cooperiunt  
vestimentis. Annon cælum veste luctuo-  
sâ indurum, ac pullatum, dicente Domi-  
no per Prophetam: *Induam calos tenebris?*  
Vnde & Tertullianus: *Contenebratas  
Oribis lugubre fecit officium.*

*Tum ut calis  
veste lugubri  
indutum mor-  
tem sui Domini  
mæreret.*

*Isa. 50.*

In Solem ipsum quadrat illud Meta-  
morphoseos.

*Tertul. contra  
Marc.*

*Squalidus, & expers sui decoris  
Dat animum in luctus, & luctibus ad-  
iicit iram.*

*Officiumque negat mundo.*

Hieronymus: *Omnis creatura com-  
patitur Christo morienti: Sol obscura-  
tus.*

*Hieron.*

*Matth. 27.*

tur, terra movetur, petrae scinduntur, A  
velum templi dividitur, sepulchra ape-  
riuntur: solus miser homo non compari-  
tur, pro quo solo Christus patitur. *Ob-*  
*stuspeite, cali, super hoc.* Chaldaeus: *Lu-*  
*gete, cali, super hoc.*

Jerem. 2.

D. Leo serm.  
6. de Pass.

D. Leo: Pendente in patibulo Crea-  
tore, universa Creatura congemuit, &  
Crucis Clavos omnia simul elementa  
fenserunt. Nihil ab illo supplicio libe-  
rum fuit. Hoc in consunzione sui & ter-  
ram traxit, & caelum. Hoc petras ru-  
pit, monumenta aperuit, Inferna resera-  
vit, & densarum horrore tenebrarum ra-  
dios Solis abscondit. Debebat hoc testi-  
monio suo mundus Authori, ut in occasu  
Conditoris sui vellent cuncta finire. Ni-  
hil plane elegantius, nihil hoc verbo de-  
votius.

S. Theodor.

Studita ser. 73

Huic proximè tum elegantia, tum  
pietate B. Theodorus Studita, sermone C  
in Hebdomadam majorem de Domini,  
herique nostri Iesu Christi supplicio, pa-  
rientis personam expendens, ac Solem  
admiratum, & omnia elementa commo-  
ta peregre sic ait: Qui animorum con-  
silia reteggit Deus, omneque perspicit hu-  
manum cogitatum, hic ille est, qui capi-  
tis sistratur iudicio. Qui praepotente jus-  
su universa librar. hic ille est, qui in sce-  
leratorum manus deditur. Qui obliga- D  
ram in nubibus undam ex aequo tempe-  
stivè inserit solo, hic ille est, qui colliga-  
tus raptatur. Qui caelum palmo, ac ter-  
ram mensus pugillo est, lanceque mon-  
tes libravit, hic ille est, qui servi pulsatur  
dextra. Qui florum varietate uber im-  
buit terræ, hic ille est, qui spinis ingloriè  
coronatur. Qui in pomario vitalem  
arborescens conficit, hic ille est, qui in ligno  
infelice pender.

O immania, & inaudita miracula!  
quæ tum inruitus Sol defecit, ac Luna  
contenebravit, tum seatiens concussa ter-  
ra est, & perrupta saxa, cunctaque heri  
injuriis conversa machina. Jam inanimis,  
ac sine sensu elementis, eum animatis,  
sensuque imbutis præ Dominico terrore,  
atque usurpatione spectaculi attonitis, &  
immuratis, nos (malum!) ornati ratio-

ne, pro quibus obiit Christus, inextimu-  
lari, & à lachrymis alieni per hos manea-  
mus dies?

Augustinus: Apertè idèd rerum na-  
tura perspicitur commoveri, velut in  
vindictam Authoris sui velit armari: ter-  
ra ipsa concussa à fundamentis suis quasi  
quæ Crucem Domini vix sustineat, tan-  
quàm ad scelus proprium contremiscit.  
Dies refugo lumine, quomodo potest,  
sumit lamentum, & fusco tristium tene-  
brarum habitu more lugentis induitur,  
& ut tota cæli facies Dominicæ Nati-  
vitatæ gloriam nova luce testatur, ita  
crucis injuriam novis tenebris detesta-  
tur.

Suis jam nunc Spiritibus aureis Chry-  
fologus: Creatoris injuriam tota fuge-  
rat creatura: necem Domini sui mun-  
dus evitare contendit, sciens ad totam  
domum vindictam pertendere, in qua  
fuerit servorum scelere dominator occi-  
sus. Hinc est, quòd suis se deserentibus  
fundamentis, terra tremuit: Sol, ne vi-  
deret, aufugit: dies, ne interesset, ab-  
scellit: petrae, quia non valebant disce-  
dere per naturam, novum scinduntur per  
vulnus: facinus tantum sono, quia voce  
non poterant acculantes.

Huc elegantissimè Sedulius: En subi-  
tò totus est obscuratus mundus, tenebris  
repentinæ cæcitatæ oppressus, ac mæsta  
nebularum mole perfusus funereas dies  
celebravit exequias: sed Sol radiis re-  
moris absconditis, terræ velatus pallà  
delituit, orbemque luctibus alienæ no-  
ctis infecit. Talem siquidem vultum  
parris orbata solatiis meruerunt elemen-  
ta sortiri, ut cujus ortu letata sunt, trista-  
rentur occasu: sicut enim Domino na-  
scentæ lux claruit: ita moriente discessit.  
Tunc stella per diem fulsit, modò nec in  
nocte comparuit.

Sed quanquam cælo, terraque fugiti-  
vum lumen abscessit, non tamen diutius  
in hac remotione permansit: per ipsa  
temporis inter valla suspensi, magno vi-  
sum convenire mysterio. Nam sicut tri-  
bus horis mundi facies tenebris oppressa  
sub-

Aug. serm.  
12. 6. de temp.Chryfolog.  
serm. 78.Sedul. l. 5.  
Pasch. oper.Adhuc tan-  
quam terræ  
velatus pallà  
delituit.

subiacuit: ita Domium triduo clausum A tumuli sepultura contexit.

Nec telly sine clade tunc astitit, omni- bus contremens fundamentis, quæ talia sentiebat admitci, mundi que rata venisse jam finem, dubio pependit natura sub termino, ne sumus scilicet apex ad Inferna descendens, omnem protinus molem secum jugiter inclinaret in mortem, atq; proprium comitatus Authorem præceps in chaos mundus afflueret. O signa tot B præsentis metus inaudita prodigia!

*Sol cõvertetur in tenebras, & Luna in sanguinem. Ibi peregre Hieronymus: Sol est versus in tenebras, quando pendentem Dominum suum videre non ausus est, & Luna sanguinem, quod aut juxta historiam factum esse credamus, aut certe quomodo Sol versus in tenebras est, non quod ipse sit mutatus in tenebras, sed tenebras mundo induxerit: sic & Luna non est versa in sanguinem, sed Iudeos blasphemiarum, & negationis in Christum horrore coopertos æterni testimonii sui Sanguine condemnavit, dicentes: Sanguis ejus super nos, & super liberos nostros.*

Cæterum ad alia jam tenebrarum harum mysteria pandenda ex aliis selectorum item Patrum sententiis properem. Quid, rogo, hæ tenebræ protendunt, D quidve signant? Memini quondam in signum regis Ezechie salutis Solem retrocessisse, cur nunc in signum humanæ salutis Sol vero Soli non cedat?

Pulchrè Athanasius: Ideo in salutifera Passione non apparuit Sol, indicans finem prioris creaturæ adesse, & principium alterius supervenire, quæ diluendum suum exortum in Salvatore consecuta est: quocirca dicitur: *Ece vir oriens nomen ejus.*

Peracutè Ambrosius in Hebraicam invehens cæcitatem, sic fati: Quomodo ergo excusant se nescisse, quorum alii viderunt, alii cognoverunt, Solem non expleto diei curriculo recessisse, & rursus ante peractum spatium noctis egressum, noctem in die fecisse, in die noctem? Vtique intelligere debuerunt, quia Sol iustus

se recepit, & iustus exivit. Prædixerat enim Dominus, quia tribus diebus futurus erat in corde terræ, & tribus noctibus. Didicerat hoc Sol, servabat præceptum. Dubitabat ergo, dicens: Quid facio? Orior, & dies est: occido, & nox est. Si cursum meum servavero, demorabor mundi salutem. Festinamus etiam ad redemptionem nostram. Festinare etiam debeo ipse ad novam vitam. Erit enim beneficio Crucis, qua renovantur univèrsa, & Sol novus, & calum novum. Festino ergo, ut illum possim videre Solem iustitiam illuminantem animas universorum.

Sed quid faciam? Ipse vult post triduum fieri resurrectionem. Inveni, quid faciam, ut & moras non faciam, & numerum dierum meorum custodiam. Non faciam integrum diem, & integram noctem: abbreviabo horas, ut tribus quidem diebus, ac noctibus sit inter mortuos Dominus Iesus, citius tamen, quam trium dierum, & noctium intervalla patiuntur, resurgat à mortuis. Abbreviabo igitur horas, ubi ascenderit Crucem. A sexta hora statim fiat nox, ne videam Domini passionem, sed fugiam parricidalis persecutionis spectaculum. Occidam, & erit nox horarum trium: egrediar, & innovabo diem, ut sit horarum trium. Percussus est primus dies, sequetur nox secundo spatio suo, sequetur similiter dies, incipiet nox. Tertia resurget Dominus in nocte, & erit dies in lumine resurgentis, ut compleatur illud: *Et nox sicut dies illuminabitur.* Psal. 138.

At quàm rogo illuminata est? D. Gaudenti9 in tractatu de manducatione agni Paschalis ad illa verba: *Ece ego facio calum novum, & terram novam, & luna lucebit sicut Sol, & Sol septies tantum.* Cæterum, D. Gaud. tr. 3. ait, quod Sol iustitia Christus septies tantum terris hodie luceat, quàm lucebat; radii ejus testes sunt, qui illuminant omnem hominem venientem in hunc mundum. Nunc enim coruscet ex ipso igneus ipse Spiritus septiformis, qui velut ignis sedet super Apostolos, & ardet hodie in unoquoque credentium. Nam prius quàm pateretur, ac resurgeret Christus,

*Terra tremuit rata mundi finem venisse.*

*Ioël 2. Hier. ibid.*

*Matth. 26.*

*Isa. 58. Cyril. Hier. can. 2.*

*Athan. ad ea verba: Omnia tradita sunt à Patre meo. Zach. 6.*

*Ambros. de Interpr. lib. 1. cap. 6.*

*AA. 1.*

*Psal. 75.* notus erat tantum in Iudæa Deus: nunc in omnes Gentes fulgor caritatis Domini- cæ pertransit. *A summo enim cælo egressio ejus, & occurfus ejus usque ad summum ejus: nec est, qui se abscondat à calore ejus.*

*Psal. 18.* Sane post tenebras mundus speravit lucem. Hinc est, quod in Exodo agnus occidendus erat ad vesperum, ut exinde

*Exod. 12.* Ægyptiæ tenebræ fugarentur. Sed quomodo, quove mysterio ad vesperum agnus noster occisus? Idem Gaudentius: *B Ad vesperum autem, sive hujus mundi, quia novissimis temporibus sæculi passus est, sive etiam ad ipsius Solis occasum, quoniam crucifixo Domino occidit Sol.*

*idem. ibid.* Meridie namque, *ab hora sexta tenebra facta sunt super universam terram, usque ad horam nonam. Quid poruit esse tam vesperum?*

*Orig. tr. 35. in Matth. Exod. 9.* Verum de his tenebris tam acutè, quàm mysticè, ut solet, sic Origenes: Sicut *C Moysè manus extendente in cælum, factæ sunt tenebræ super Ægyptios servos Dei tenentes in servitute, & imago fuit futurarum tenebrarum, quæ comprehensuræ fuerunt Ægyptios: similiter & Christo in sexta hora manus extendente in Cruce ad cælum super populum, qui clama- verat: Tolle de terra hunc. & Crucifige, crucifige eum; factæ sunt tenebræ, & ab omni lumine sunt privati, & imago fuit *D tenebrarum illarum futuraræ, quæ comprehensuræ fuerant gentem Iudæam; quia ausi sunt lumini vero manus suas inferre: unde ex tunc omnis illa gens tenebris est repleta, sicut dicit Propheta: Obscurentur oculi eorum, ne videant.**

*Psal. 69.* Item sub Moysè: *Facta sunt tenebra, & caligo super omnem terram Ægypti tribus die- bus, & nemo vidit fratrem suum, neque sur- rexit de loco suo aliquis tribus diebus.*

*Exod. 9.* Omnibus autem filiis Israël erat lux in omni- bus locis, in quibus commorabantur. Sub Christo autem tenebræ factæ sunt super omnem terram Iudæam tribus horis: lu- men autem fuit super omnem reliquam terram, quod ubique illuminat omnem Ecclesiam Dei in Christo. Et si usque ad nonam horam tenebræ fuerunt super omnem terram Iudæam, manifestum est, quod iterum lumen ejus refulsit, quia

*cum plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Israël salvus futurus erit.*

Quod autem tribus horis factæ sunt tenebræ super terram Iudæam, illud ostendit, quoniam propter peccata sua privati sunt a lumine Dei Patris, & splendore Christi, & ab illuminatione Spiritus Sancti. Hactenus Origenes.

Nec longè abest eloquentissimus Pon- *D. Leo ser. 2. de Pass.* tificus D. Leo, qui in perfidie tenebras, creaturas omnes conspirasse, sic ait: In- exercitationem Iudæici sceleris una per- tulerunt omnia elementa sententiam; cum obscuratis luminatibus cæli, & con- verso in noctem die, terra quoque moti- bus quateretur insolitis, universaque creatura impiorum se usui denegaret.

Et Bernardus ex defectu Solis, cate- *Bern. ser. de pass. ser. 4. Hebd. pœnosa.* rarumque creaturarum horrore, crucifi- gentium facinus sic perpendit: Gravissi- mum est, quod commissum est in divi- nam majestatem, cum viri impij sacrile- gas manus iniecerunt in Dominum, ipsum Dei Filium crudelissimi homicide, immo, si fas est, Deicidæ. Ad hoc expal- luit, & expavit tota machina mundialis, & penè in antiquum chaos sunt omnia resoluta.

Post Bernardum Bernardinus Senen- *Bern. in ser. post Dominicâ Oliv. ser. 55. c. 3.* sis: Ecce, inquit, quod aër obscuritate vestitur in testimonium sceleris, quia in- nocens moritur. Eclipsatur contra na- turam patitur verus Sol, & Authori vitæ morienti nobilis lux condoluit, & quo- dam jure vindictæ, datæ sunt tenebræ ignorantibus mundo, quoniam mundus Dei Filium non cognovit. In mysterium quo- que voluit Deus circumcidere oculos ho- minum, cum tenebris densis, ne visus in objecta forinseca vagaretur, sed ut ingre- deretur ad cor, ad considerationem eor- um, quæ contra Dei Filium agebantur. Diemque vertit in noctem, ut intensior fieret contemplatio tam his, qui propè, quàm his, qui longè Filii Dei Passioni astabant.

Quod quidem in Atheniensibus post- modum patuit, quando ex illis tenebris, adnotato, quo factæ sunt, tempore, magna lux fidei in eorum cordibus inter- luxit. Obstupuerunt siquidem, Solem con-



Ad. 17.

tranaturæ ordinem eclipsari, ut non pars A Solis ex interpositione Lunæ, quæ totum tota etiam obex facta eclipsare non posset, sed totus divina potentia sit conversus in tenebras, qui tunc ultra capere non valentes, pro *Ignoto Deo* atam fieri decreverunt, sicq; futuræ memoriæ characteribus mandaverunt.

Ad illam autem civitatem Prædicator Gentium veniens, cum Arcopagitis facto congressu, Dionysium convertit B ad fidem, causam præcipuam differens, quare per omnem terrarum orbem illo die tenebræ sunt diffuse. Ut enim accensa lucerna in domo subito per radios domum illuminat, ea verò celeritate, qua extinguitur, in omni parte domus tenebræ diffunduntur: sic eam verum mundi lumen extinguitur, totus sensibilis mundus in omni sui parte obscuretur.

Dionys. ep. ad Polycarp.

Egregiè quidem Bernardinus, & tangit vulgatum illud magni, ac sapientissimi Dionysij, qui ubi præter naturam, Solem ita defecisse cognovit: Aut Deus (exclamavit) naturæ patitur, aut mundi machina dissoluetur.

O Solem! (exclamare & ipse cogor,) ò Solem solum propemodum tanti animadvertorem parricidii, qui in tam acerbis, miseroque spectaculo, ne tantam rei indignitatem videres, eripiens funesto facinori diem, diei lucem, luci splendorem, splendori te ipsum, obvolutum tenebris caput abdidisti! Nec miror: quoniam ut peregregiè ait idem Dionysius: Creatura Dei in ipsius veræ lucis occubitu lucere non potuit.

Si ignari quondam illius Solis defectus, qui tunc naturaliter contigit, cum Atreus, Rex Myconarum, in Græcia filios Thyestis fratris (quod dolis Acropen sibi conturparit) in convivio ei barbarè epulandos apposuit, eorumdemque natorum illius sanguinem rubro vino permixtum propinavit, ut infelix pater suæ metiviscera avidæ, tantæque feritatis, ac inhumanitatis ignarus, devoraret, apud Senecam propterea conquerebantur de com-

motione signorum omnium Zodiaci, cæterorumque astrorum, ac constellationum cæli, quodque in eos planè miseris quasi ultima mundi ætas jam devenisset, mundusque ipse ob hoc tam crudelè facinus jam, jam perire vellet:

*Nos è tanto vixi populo  
Digni, premeret quos everso  
Cardine mundus:  
In nos atas ultima venit.  
O nos dura sorte creatos,  
Seu perdidimus Solem miseri,  
Sive expulimus.  
Abceant quæstus, discede timor:  
Vita est avidus, quisquis non vult  
Mundo secum pericite mori.*

Quid, quid in tanto Iudæorum facinore conqueramur? Planè in nos fines sæculorum jam devenerunt: perdidimus Solem miseri, sive expulimus. Vitæ profus est avidus, qui jam non vult mundi cum Opifice moriente mori.

## SEPTEM VERBA. PUNCTVM XXX.

*Pater, dimittite illis: non enim sciunt, quid faciunt. Luc. 23.*

*S*uper hoc venter meus quasi cithara sonabit. Allusio est ad antiquorum consuetudinem, qui in ludis pulsabant citharas, & laments dediti, lugubria carmina personabant. Oleaster: Viscera alicujus sonare, est, eum ex intimo corde misereri. Ideirò sonuerunt viscera mea Ierem. 31. propter eum: miserando, miserebor ejus. Ly-Lyran. rarus: Venter meus quasi cithara sonabit; emittendo nimirum vocem lugubrem gemitus, sicut in actu mortuorum aliquando carnem lugubre in cithara cantabatur.

Eruditè

*Clem. Alex.  
Orat. adhor.  
ad Gentes.*

Erudite huc Clemens Alexandrinus in adhortatione ad Gentes, Dominum in Cruce extensum cum Orphei cithara omnia ad mutuum concentum, & conspirationem adducente componens, Græcorum deliramenta sic deludit. Amphion, ait, Thebanus, & Arion Methymæus fuerunt quidem ambo arte canendi præditi: Græcorum autem in choro, & fabula canticum de ambobus hucusque canitur, quod hic quidem piscem inescaverit, ille verò Thebas ædificaverit: Thracius autem alius Sophista ( alia est hæc Græca fabula ) solo cantu feras reddebat mansuetas: quin etiam & cæteras arbores, & fagos suis locis moras musica transplantrabat.

Mihi ( subdit graviter ) videntur & Thracius ille Orpheus, & Thebanus, & Methymæus viti quidem non viri, fuisse deceptores, qui prætextu musica, vitæ perniciem afferentes, artificiosus quibusdã præstigiis ad corruptelas dæmoniæ incitantes, probra Orgiis celebrantes, luctus in Deorum Cantica traducens, primi deduxere homines ad simulacra, atque adeo lapidibus, & lignis, hoc est, imaginibus, ad umbrationibus, agrestem gentis excitare consuetudinem.

Sed non talis est meus cantor, sed vix paulò post dissoluturus acerbam servitutem Dæmonum tyrannidem obrinentium: ad suave autem, & benignum religionis, & pietatis in Deum jugum nos traducens, in cælum rursus evocat eos, qui humi sunt abjecti. Solus quidem certè ex iis, qui unquam fuerunt, difficillimas feras, homines mansuefecit. Volucres quidem eos, qui ex ipsis sunt leves: serpentes verò eos, qui deceptores: & leones, eos, qui sunt animosi, & ad iram concitati: feras autem eos, qui sunt voluptati dediti: lupos autem eos, qui sunt rapaces: lapides autem, & ligna sunt insipientes.

Possunt tibi aliam quoque narrare fabulam, ( fatetur adhuc Clemens ) & cantorem Ennomum Loerensem, & cicadam Pythicam. Dies festus maximo Græcorum conventu Pythonæ celebrabatur pro-

*Speranza Scriptura selecta,*

A pter draconem mortuum, Eunomo canente serpentis epitaphium. Erat autem ceitamen constructum, & æstus tempore cithara canebat Eunomus, quando cicada, quæ sole incallescens, sub ramis canebat in montibus. Loero chorda rumpitur, in citharæ jugum advolat cicada, & super instrumentum, tanquam super ramum personat, & citharæ cantico apta harmonia conveniens citharæ chordam supplevit deficientem.

B Ad fabulationem deinde sic adaptat. Canit autem meus quidem certè Ennomus ( scilicet Christus ) non Terpantrimodum, neque modum Capitonis: sed neque Phrygium, vel Lydium, vel Doricum, sed novæ harmoniæ æternum modum, qui à Deo accipit denominationem, Canticum novum, Deus, canticum novum cantabo tibi, in psalterio, & choro, cum cantico, & cithara. Quomodo non respiciat

*Psal. 143.*

*Psal. 101.*

*Symmach.*

C Quam grata hæc Dei auribus harmonia, quam Diabolo dissona! Tollebat David 1. Reg. 16. citharam, & percutiebat manu sua, & recessabat Saul, & levius habebat, recessabat enim ab eo spiritus malus. Glossa ex D. Isidoro. David adhuc puer in cithara suaviter, immò fortiter canens, malignum Spiritum, qui operabatur in Saul, compefcuit: non quòd citharæ illius tanta virtus erat, sed figura Crucis Christi, quæ de ligno, & de extensione nervorum mysticè erat cithara gerebatur, ipsaque passio cantabatur jam Davidis, tum Dæmones effugabat.

*Gloss. & Isid.*

*Glossa ex D. Isidoro.*

D Overè tubal, pater canentium cithara, Gen. 4. qui à malleatoribus tuis ex his, quæ passus es, musicam hanc didicisti. Nunc illud intelligo: Vox mallei innovat aures ejus. Ubi apud Jansenium plerique legunt: Vox mallei intonat aures ejus. O musica in luctu ( non importuna, sed opportuna ) narratio!

*Ecc. 38.*

*Alij.*

*Ecc. 22.*

E Tetrastichon pro D. Francisco ad unicum angelici plestri ductum, dom Christum Cruci affixum amplectebatur.

*Desine dulciloquas, Ales, edingere chordas:*

*Nam nequeit tantum corda tenere melos.*

*Hæc Cruce si requies: Crux hæc mihi canet in aure:*

*Præstat enim voces hujus amasse Lyra.*

Uuuu Anima

*Christus feras,  
volucres, leones  
sic curavit.*

*Cant. 5.  
Bern. lib. de  
Pass. Dom. c. 8.*

*Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Bernard. Cithara tibi factus Spon-  
sus tuus, Cruce habente formam ligni,  
corpore autem suo vicem supplente chor-  
darum per ligni planitiem extensarum:  
nisi enim ligno affigeretur expansus, neu-  
tquam verborum sonum ederet, tan-  
quam citharizans, quibus amplius dele-  
cteris. Observa diligentius. Septem chor-  
das habet cithara. Cantat tibi, ludit tibi,  
ad audiendum invitat.*

*Psal. 54.*

*In finem, in citharibus intellectus David.  
Exaudi, Deus, orationem meam, & ne despe-  
xeris deprecationem meam, intende mihi, &  
exaudi me. Augustin. Orat Christus multa  
patiens, de malo liberari desiderans.*

*Hug. ibid.*

*Psal. 7.  
2. Reg. 16.  
Hebr.*

*Psalms David, quem cantavit Domino  
pro verbis filij Iemini. Et quæ clarior Chri-  
sti figura? Psalmus David, Hebraicè, Si-  
gaion, nomen est musici instrumenti, quod  
solicitudo, vel angor interpretatur. Quid in  
Psalmo? Si redacti retribuentibus mihi ma-  
la. Quin si pro illis non exoravi.*

*Psal. 44.*

*Aug. in Ps. 58.  
Felix.  
Rab. David.  
Hebr.  
Hieron.*

*Eructavit cor meum, verbum bonum.  
Frons Psalmis inquit Augustinus, sacra-  
menti sublimitate decorata. In finem. Fe-  
lix, effundenti sanguinem. Rabbi David: Pe-  
rito arte canendi, vel pulsandi: Felix Core, ex  
Augustino, Calvaria. Canticum pro dilecto.  
Hebr. Canticum dilectionum. Alii: Canti-  
cum amorum. Hieronymus: Canticum a-  
mantissimum.*

*Boet. lib. 1.  
Mus. c. 1.*

*Pater, ignosce illis: quia nesciunt, qui fa-  
ciunt. O vocem suavissimam, quæ melo-  
dia Paradisum replens, divinam placat in-  
dignationem! De musico quodam placat in-  
dignationem! De musico quodam scribit  
Boetius libro primo, excellivæ, ac miræ  
suavitatis cantu juvenem furentem, nu-  
dòque pugione hostem aggredientem  
constitisse, percipitque sono, illicò indi-  
gnationem, ac pugionem deposuisse.*

*Prov. 25.*

*Et Xenophonte citharam asperis, ac  
concitatis, Phrygiisque modis pulsante,  
ad furorem, ad arma excitabatur Alexan-  
der: eodem verò leni, suavique modo  
personante, arma deponebat.  
Annon divini, ac justî furoris leniti-  
vum, tam æquo animo Christum injurias  
perferre, & pro injuriantibus exorare?  
Còtè patientia lenietur Princeps; aut,  
Chaldaicè, impatientia spiritus latabitur  
Princeps.*

**A** Si ad humanitatis sensum ductus Im-  
perator ille, quod audisset juvenem, qui *Chald.*  
vel dira flagellatione exceptus vocem *Suet. in Calig.*  
formabat, ut ait Suetonius, etiam in steru. *cap. 38.*  
gemituque perdulcem: quonam modo  
Pater ad tam dulem Filij vocem inter  
spinas & clavos ad commiserationem non  
moveatur?

*Pater, ignosce illis, non enim sciunt, quid fa-  
ciunt Pater. Ac si diceret: Si quondam*

**B** Moyse tantum poruit, ut pro populo vel  
idololatrante intercederet: qui fiet, ut ap-  
ud Patrem non valeat Filius pro his exo-  
rans, qui nesciunt, quid faciunt?

Sed quid Moyse pietatem cum Filij  
Dei pietate cõpono? *Oculum pro oculo, dentè  
pro dente* evelli lex præcipit, (sic pulchre At-  
noldus Carotenensis, qui subdit: Nemini  
parcit Moyse: omnes injurias suas per-  
sequitur, ulciscitur: & absque ulla misera-  
tione, decretorum ejus contemptor oc-  
ciditur. Tempore gratiæ temperantur e-  
dicta, & evangelica mäsuetudo à populo  
acquisitionis, nam, & convivium & con-  
temptum excludit, nec ræa fratri dici, aut  
fatue, vel etiam irasci, Magistri nostri di-  
sciplina permittit. *Exod. 21.  
Levit. 24.  
Deut. 19.  
Arnold. Car-  
not. tract. de  
sept. verb. Dom.  
Match. 5.*

Ipse quoque, qui Judex est omnium,  
ejus est vindicta, nequaquam per singu-  
los dies irascitur, & gladium in vaginam

**D** revocari præcipiens, percipientes in gla-  
dio, gladio perituros denunciat. Ipse scisso  
dorso verberibus, vellicatis genis, facie  
spuris illita, puncto capite vepribus, late-  
re faucio, cerebratis palmis, pedibus con-  
fossis, tanquam, agnus jugulatori suo al-  
ludens, carnem suam non reluctans ex-  
plicuit; & nudum corpus, quasi incudem,  
malleatorum ictibus patienter supposuit.

**E** Poterat utique, accitis multis millibus  
Angelorum, agere pro se, & de tantis lu-  
dibriis erui: sed qui præceperat, percuf-  
sori sinistra maxilla porrigi dextras, &  
auferenti pallium, præberi & tunicam;  
se ipsum intra regulas concludens, voluit,  
ut à capite patientiæ forma prodiret in  
membra, & in hoc æmulario filiorum  
probaretur, si non se degeneres exhiberet.

Igitur quid prius sitierit, manifestat  
(alius est apud Arnoldum ordo verborum)  
& iterum conversus ad Patrem, orat ut  
hæc

hæc ignorantia populo dimittatur: *Pater* inquit, *dimitte illis, qui nesciunt, quid faciant.* Quid est, Domine, quod dicis? Non accusas, non queris vindictam? Potius excusas, & conjurationis illius spissamentum attenuas, & hæreditarium onus ab impiis transferens, crimen malitiæ non opponis, qui ideo dimittendum censes, quia admittum ignoranter ipse testaris. Hastenus Carnotensis.

Planè delicta non videt vis amoris.

*Charitas operit multitudinem peccatorum, Excusat, extenuat eo modo, quo potest.*

*Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Quali dicat: Te Patrem appello, non Deum, non Dominum: quia novi, in hac causa opus esse benignitate Patris, non severitate Judicis. Non te Regem voco. eos ut opprimas, non Dominum, ut affligas non Judicem, ut condemnes, sed Patrem (quod est nomen pietatis) ut miserearis.

*Pater, Pater, ignosce illis.* Ego enim Filius, qui patior, ignosco: ignosce & tu, o Pater. Patrem te esse memens: si etenim illi, quod sunt Filii, obliti sunt: tu, quod Pater sis, oblivisci non potes.

Bernardus: *Pater, inquit & quare nomen Patris apponit? Solent pueri, aliquid affectuosius orare volentes, nomen paternum nominare, ut naturalem dilectionem ipsius ad memoriam reducant, per quam facilius petitionis suæ consequantur effectum. Sic & Redemptor noster miserator, & misericors, patiens, & multum misericors, & suavis in universis, quamvis se à Patre seiret semper audiri, tamen nobis commendaas quanto affectu sic pro inimicis orandum, nomen posuit charitatis. Tanquam diceret: Per dilectionem paternam, qua unum sumus, supplico tibi, ut exaudias me pro his occisoribus meis, ignoscendo. Agnosce, Pater, Filii tui amicitiam, ut inimicis ignoscas.*

O verbum Summi Patris Verbo conveniens! Fecit bonus Doctor, quod iusserrat. Orat non solam pro persecuentibus, & calamitatibus, sed etiam pro occidentibus se. Orat, inquam, pro suis occisoribus: tu non orabis pro detractoribus?

*Pater, ignosce illis, nam pluris facio ani-*

*marum harum salvationem, quam meam temporalem vitam. Plus horum animas, quam corporis mei magni pendo salutem: licet enim cruciatus, quem patior, gravissimus sit; eorum tamen acerbior mihi esset perditio: solum enim, ne pereant, hæc perfero.*

Parce illis, Pater: satius enim, & justius est, ut pluris facias charitatem, quam ego pro illis morior, quam iniquitatem, qua ipsi me Cruci affigunt.

O Pater immensæ pietatis, & clementiæ, *ignosce illis:* quia cum primum dixerit: *Consummatum est;* finem lex vetus accipiet, & initium lex gratiæ: & dissentaneum est in ipso legis initio non esse gratiam, ac in lege amoris superesse rancorem.

*Pater, Pater dimitte illis:* nam si populo pepercisti, quia Moyses, & Aaron tibi incensum obrulerunt, cur modò non ignoscas, siquidem ego non thus, sed memetipsum tibi offero? En Pater clementissime, hoc mei corporis thuribulum undique perforatum, ex quo non fumus, sed copiosissime exilit sanguis, ut ad tuas divinissimas nates in odorem suavitatis ascēdat.

Per hunc sanguinem, per hæc crudelissima vulnera, per has piensissimas lachrymas, per atrocissima tormenta, per hunc denique ardentissimum amorem, quo omnia hæc patior, exoro te, amantissime Pater, *Ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.*

O amorem! o charitatem! Christus (Fratres) jam in alto pendens linguam solam à flagris, & clavibus habuit immunem, & hanc in ipsa Cruce primò omnium solvit in patrocinium eorum, qui se manu, aut lingua crucifixerunt. Disertus, & potens suismet hostibus advocatus. Illis jam petebat veniam, inquit Augustinus, à quibus adhuc accipiebat injuriam: non enim attendebat, quod ab ipsis moriebatur, sed quia pro ipsis moriebatur.

*Iesus autem dicebat: Pater, ignosce illis. Et quid ibi, autem? Dicitio est adversativa, inquit Basilius, qua Evangelista opponat verba verbis, operibus opera. Ac si diceret: Dum illi Dominum Cruci affigebant, dum vestes ejus, ipso inspiciente, inter se*

Uuuu 2 inivi-

*Iustinian. le agone, c. 7. Oratio Christi pro crucifixoribus expensa.*

*Nam. 16.*

*Aug. tract. 11. in Ioan.*

*Basil. ibid.*

*1. Petr. 4.*

*Christus cur Patris nomen apposuit, cum pro crucifixoribus oravit.*

*Bern. lib. de pass. c. 8.*

invicem dividebant, dum alii irridebant, ac subsannabant, ille reddens bonam promissam dicebat: *Pater, dimitte illis.*

Nos cum uno gravi aliquo dolore vexamur, sive dentium, sive oculorum, sive capitis, sive alterius membri, ita in illo uno tolerando occupamur, ut nihil aliud cogitare possimus, idem neque amicorum visitationes, neque negotiorum tractatores admittimus. Christus Cruci affixus, spais etiam in Cruce, ex Tertulliani, ac Origenis sententia, coronatus, unde caput ad Crucem sine dolore admoveere non posset, clavis confixus, ex quibus acerbissime doleat nudo corpore, & multa flagellatione, & longis itineribus fatigato, ad frigus, ad ignominiam publice exposito, & pondere suo manuum, ac pedum vulnera cum immani, & perpetuo cruciatu divexante, ac pio Domino multos simul dolores, & quasi cruce plurimas sufferent, velut tamen nihil horum pateretur, de sola inimicorum suorum salute sollicitus, ad Patrem clamat: *Pater, ignosce illis: quia nesciunt, quid faciunt.*

*Tertul. l. contra Iudæos, c. 13. Orig. tr. 35. in Matth.*

*Arnold. de sept. urb. veris. 1.*

Nondum exspiraverat Christus (inquit iterum, & peregre Carnoensis) sed fossis manibus, pedibusque, & scisso veptibus capite vivebat in Cruce, & patricium mentium intueas vota, non tam clavorum acumine, quam illorum crimine pungebatur. Pro his igitur ad Patrem convertitur, & charitatis argumento prolato in medium, in auditum dicendi genus novus Orator assumit: & inimicorum in causa alligans, ipsis invitis, atque negligentibus, parti contrarie suffragatur, & utrum plus possit peccatum, quam iustitia, Deo Patri quaestionem proponit: & edisserit esse inconveniens, ut amplioris sit virtutis delictum, quam donum, & prevaleat malitia bonitati, & perditio salutis.

Cum enim ipse ad hoc nitatur, ut salventur, & Judæi ad hoc, ut damnentur, plus debet apud Deum posse filii charitas, quam populi cæcitas: quia & hoc non minimum habet pondus, quod causa huic non patrocinatur alienus, sed filius. Et infra: Neque pater ullo modo negare filio indulgentiæ privilegium potuit, quod ad

A. pedes ejus prostrata charitas postulavit.

Bernardus: Vide nunc opera Domini, quæ posuit prodigia super terram. Flagellis cæsus, spinis coronatus, clavis confossus, affixus patibulo, opprobriis saturatus, omnium tam dolorum immemor; Ignosce, ait, illis, quia nesciunt, quid faciunt.

*Bern. ser. de pass. in ser. 4. heb. d. pæn.*

Et devotissimus Anselmus: Christus, inquit, in cruce levatur, irridetur, blasphematur, & ecce dicit: *Pater, ignosce illis.* O verbum magnæ patientiæ, magnæ dulcedinis, magnæ amoris, & indicibilis charitatis. Ecce enim non suam attendit injuriam, non pœnam reputat, non sentit contumeliam, sed ipse potius, à quibus patitur, ille compatitur, à quibus vulneratur, ipse medetur, vitam procurat, à quibus occiditur, orat pro eis, & non petit ultionem. Sic igitur, anima mea, quid in cruce agat, percontare, & respondebit tibi illud Psalmographi: *Pro eo, ut me diligere, detrahebant mihi, ego autem orabam.*

*Ansel. ser. de Pas.*

Verè, verè, *Aque multa non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Aque multæ passiones multæ, quas spirituales nequitie, quasi Tartaræ procellæ per Judæos, atque Gentes, quasi nubes dolorum gravidas in Christum effuderunt: diluvium tamen istud aquarum, id est, pœnarum, non potuit extinguere incendium charitatis, quod divinis am illud peccus concremabat; unde Christi charitas in illo aquarum multarum diluvio vehementer ardebat, ac proinde dicebat: *Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.*

*Psal. 108.*

*Cant. 8.*

Nos injuriis laesisti, aut quoquo modo offensi, non statim indulgemus, sed temporis beneficium expectamus, quo ira defervescat, quo injuriæ memoria decidat, quo accepta forte vulnera, ac cicatrices obducantur, feriente interim ac oriante virtute. Quod tempus facit, inquit Chrysostomus in concione ad populum Antiochenum) hoc propter Deilegem ante tempus facere non sustines, & sine mercede potius, quam cum mercede vis tibi vitium extinguit. Quærimus prætereà aliena submissione, devotissimè quæ hostium nostrorum precibus indulgentiæ nostram.

*Chrys. hom. 52. ad pop.*

nostram aliorum potius esse virtutem, quam nostram. Christus non id spectat, neque expectat sanari vulnera, aut tempus medelam adfetre acceptis injuriis, sed apertis adhuc venis, ac totus madens sanguine, inter ipsa inimicorum tela, quæ in divinum cor ejus jaculabantur, toto ipso corde Patrem exorat: *Pater, ignosce illis.*

Insignem hanc Magistri charitatem egregius ille Discipulus imitatus est, cui propterea, dum saxorum crepantium turbine quateretur, divina charitas fulsit. Stephano, inquam, suis pro inimicis exoranti cælum paruit, velut si ad nobile hoc spectaculum Cælitæ omnes attenti accurissent. Is enim, dum pro se stans, pro inimicis verò utroq; genu flexo precaretur, patefactum sibi vidit cælum, ac *Iesum stantem à dextris vivitatis Dei.*

Sed liceat hic quætere: Domine, quid hoc agis? Priusne præmium, ac triumphus, quam prælium finiatur? Quinimò nondum os Stephani aperitur, & jam cæli janua referantur? nondum vivere desinit, & te jam videt? Et ubi illud: *Non videbit me homo, & vivet?* Quid est, oro, quodd Levitæ huic obviam exeat beatitudo, & penè extra januas præcurrat? Tam accelerati præmii causam mirari jam desine. Aded nimirum grata Deo est injuriarum remissio, ac sceria pro inimicis deprecatio, ut mitissimus Deus omnem hic majestatem ponat, amplissimam legis gratiam faciat, nec ad regium solum primum coronare Athletam velit, sed præveniat, jubeatque pulcherrimam beatitudinem ad ipsas palatii valvas, immò extra domus limina prodire, ut felicissimus hic pugil, qui hostes infensissimos, ac ipsos interfectores amavit, proque eis lachrymans, ac moriens supplicavit, præter legem honorificentissimè ad triumphos evocaretur: hocque æterni Regis est privilegium iis, qui injuriarum esse volunt immemores, concessum. Et quid mirum, si propterea illi, qui erant in concilio, intuebantur vultum ejus, tanquam vultum Angeli (jam) stantis inter illos.

De Angelorum scilicet familia est, qui hostibus parcat, qui injurias remittit.

A Thecutis illa ad Davidem jam jam in Absalonem propitium: *Sicut Angelus Domini, inquit, sic est Dominus meus Rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur.*

At quid ajo? Non Angelum solum, sed Deum refert qui hostibus parcat. Jacob ad Esau jam sibi ad parcendum inclinatum: *Si vidi, inquit, faciem tuam, quasi viderim vultum Dei.* Quasi dicat: Videatur alteri, qui amaro sit animo in fratrem, aut proximum, vultus ejus, vultus Diaboli, mihi adeo pulcher fratris olim irascentis, nunc verò placati vultus apparuit, ut visus sit vultus ejus, quasi vultus Dei.

Annon Deus ipse ad Moysen, vel decies Pharaoni propitiaturum, si forte resisterecet, dixit: *Constitu te, inquit, Deum Pharaonis?*

Dei siquidem proprium est parcere, ac proinde, qui parcat, Deum refert. Quid magis Deo proprium, quam parcere? In Ecclesia sæpius decantatum: *Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere.*

Hinc Job illa admiratio: *Cur non tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam?* Ubi Cyrillus Alexandrinus: *Quid igitur, o generosissime Athletarum? Criminisne loco Deo impingis, quod ei, qui deliquit, non miseretur? Culpasne legislatores, quod peccatorum meminit?* Etiam, inquit: qui enim misereri consuevit, nec vulgarem ex eo gloriam habet, ob quam causam cum talis sit, non & merationem habet?

Facit huc appositè satis D. Laurentius Novariensis invehens in procacem illum Pharisei musitationem: *Hic, si esset Prophetæ, sciret utique, quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.* Sic factus: *Indignum judicas, o Pharisee, me suscipere mulierem fornicariam lachrymarum fontibus inundantem? Sed facis hoc quasi incredulus Phariseus, dum non vis me esse, aut credere Deum. Expende: Dum non vis me esse, &c. quasi dicat: Hæc mea proprietas, hæc, me Deum esse declarat.*

Planè verissimum illud Cypriani assertum: *Patientia res est Dei.* Ac D. Valeriani: *Infinite virtutis est, odia vicisse beneficiis.*

Uuuu 31 Hac

2. Reg. 14.

Deum aded.

Gen. 33.

Exod. 7.

Iob. 7.

Cyrl. Alex. Apol. ad Theod. Misereri quam sit Dei proprium, acutè expensum.

Luc. 9.

D. Laur. Navar. hom. de poenit.

Deum non credit, qui non vult illum misericordem.

Cypr. de bono patientia.

D. Var. hom. 12. de bon. confer pacis.

Ab. 7.

Exod. 33.

Injuriarum remissio quam grata Deo proinde expensum

Injurias condonans Angelum refert.

D. Zeno ser. 3.

Huc pulchrè D. Zeno de Abrahamo, sic fatur: Religiosus carnifex stringit gladium: patris erat, quòd levavit: Dei fuit, quòd pepercit. Quasi dicat: Nullius plane creaturæ est tantum parcendi munus, non cognati, non sponsi, non patris, immò patris erat, quòd levavit gladium ad necem, sed unius Dei fuit, quòd pepercit, cui proprium est (& quarto modo ut Scholæ vobabulo utar) misereri semper, & parcere.

Gen. 50.

Hinc Joseph ad fratres: Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati? Alia litera ait Chrysostr. habet: Ne timeatis, Dei enim sum ego. Ac si diceret: Deum imitor, & per beneficia respicere studeo eius, qui mala irreparabilia contra me fecerunt.

Chryf. ibid.

2. Reg. 9. 3.

Misericordia Dei, & hominum quo differunt.

Hinc David: Numquid superest aliquis de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam Dei? non hominis, qui beneficientibus benefacit, sed Dei quæ etiam malefacientibus benefacit.

Math. 5.

Hincque ii, qui parcaut, filii Dei appellatur: Benefacite his, qui oderunt vos, ut sitis filij Patris vestri, qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos: & pluit super iustos, & iniustos.

Rupert. l. 4. de vict. verb. Dei. David quia facilis condonator injuriarum, factus avus Christi.

Egregiè quidem Rupertus expendens, Regi David, non fecus ac magno illi Patriarchæ Abrahamæ promissum Christum illius ex semine nasciturum: Ratio, inquit, docet, non multò minoris fuisse merito peperisse inimico propter Deum, quàm non peperisse unigenito Filio. Hoc (subdit) fecit David inimico suo insensissimo quærenti animam suam, inimico Regi, cujus regnam sine dubio suscepturum esse sciebat. Ob hæc maximè causam (expende hæc verba ad rem præsentem) juratum illi esse arbitramur, quòd semen, vel caro ejus assumenda esset in Filium Dei, quia maximè causa ista facit filios Dei, sicut testatur Dominus: Diligite inimicos vestros, ut sitis filij Patris vestri.

Dilectio inimicorum signum filiorum Dei.

Hoc maximè Filii Dei patrisant in hoc vultum patris referunt: ac nemo totque aurea collo affusa tam certò se vel divitem, vel doctum, aut nobilem probat, quàm certò quis Dei se filium esse demonstrat, dum inimicos amat.

A Quæ ergo gloria est (ut inquit eleganter Cypr. lib. de bono patient. filij Patris vestri) similem Deo fieri? Quæ, & quanta felicitas habere in virtutibus, quod divinis laudibus possit æquari?

Valeant, qui indecorum existimant, hostibus parcere, injurias remittere, & eas non ulcisci. Hæc, hæc gloria, hæc corona est, hic triumphus. Psalmo 56. titulus hic prænotatur: In finem, Ne disperdas, Psal. 56.

B David in tituli inscriptionem, cum fugeret à facie Saul in speluncam. Hieronymus. Victor, ut non perdas insignem aureolam Davidis. Titulum jam versans, ac elucidans Nyssenus. Quoties, inquit, longanimitatis iste pugil ob coronam hujus victoriæ, à se ipso tanquam agonothera prædicatur, ipso fortassis Spiritu Sancto mirabiliter sapius hanc vocem iterante, quasi præstantior sit virtute humana, ut supernaturæ fines evectæ: solius enim incorporeæ, & immaterialis naturæ hoc erat dicere, quam nulla humanarum affectionum tangit, qui iram à naturæ suæ substantia innatam habet, qui multa mala perpetiebatur ab eo, cui nullam mali inferendi occasionem dederat, immò ab eo, in quem multa, & insignia beneficia contulerat, quando omnem licebat iram in eadem sui persecutoris ex-

C saturare, neque ipse manus ei attulit, & ei, qui ad eadem festinabat, illud. Ne desperdas, dixit: Deo digna vox, quæ hominis interitum verat.

O hominem nimitum planè secundum cor Dei: & virum dignum à Deo coronari! Chrysostr. pulchrè: Nunc mihi spectata philosophicam animi moderationem: spectata lucram, victoriam, coronam. Spelunca illa (subdit) campus erat, in eo lucta quædam mirabilis, dictaque incredibilis facta est. Luctatus est David: pugilem egit iracundia. Saul positus erat certaminis materia. Agonotheres erat Deus.

Quid elegantius? Et quoniam in hoc tam præcipuum dilectionis inimicorum exemplar incidimus, libeat ex eodem Chrysostr. ore audire, quàm in præclarum, quàmque excellens, ac honorificum fuerit.

Cypr. lib. de bono patient.

Psal. 56.

Hieron. Vatab.

Greg. Nyss. ibid.

Chryf. hom. 1. de David, & Saul, tom. 1.

*Davidis cum iracundia con- certatio gra- phice à Chry- sosto de- scripta.*

*Militum Da- videm ad vin- dicam inci- tantium oratio*

*Quod David alie præsen- tibus peperit ho- stis gloriosum.*

In speluncæ, inquit, illius campo lucta quædam mirabilis, ductuque incredibilis facta est. Saul positus erat certaminis materia. Quin potius (subdit) non ipsi adversum seipsum, propriamque passionem erat prælium, sed & adversus milites, qui aderant. Etenim si voluisset animo moderari, ac parcere ei, qui læserat, consentaneum erat, ut & illos metueret, ne fortè ipsam contrucidarent in spelunca, quàm qui illorum salutem prodidisset, exitiumque attulisset, ac publicum ipsorum hostem servasset. Probabile enim est, illorum unumquemque dolore percitum, hæc suo cum animo dicturos fuisse: Erro- ncs, exulesque facti sumus, domo, patria, cæterisque omnibus excussi, omniumque difficultatum tuarum consortes sumus: & tu cum, qui horum tibi est author, in manus tuas traditum cogitas dimic- tere, ne nobis unquam liceat ab his calami- tibus respirare, ac proditis amicis, ho- stem servare studes? Et quo pacto ista sunt æqua? Nam si tuam ipsius salutem negli- gis, nostræ certè vitæ patas. Non tibi dolent anteacta, neque memores eorum, quæ ab illo perpessus es mala? Certè ob ea, quæ futura sunt, tolle hostem, ne ma- jora, & acerbiora perpetiamur mala. Hæc ut verbis non sint proloquuti, tamen ani- mo secum voluebant, cum ista, tum istis etiam alia majora. Verùm nihil horum ju- stus ille apud se perpendebat, unum id spectans, quomodo possit redimiri tole- rantia corona, ac novam quandam, ad- mirabilemque Philosophiam philosophari.

Neque enim perinde miram erat, si cum esset solus, & absque comitibus, pe- percisset illi, à quo fuerat læsus, arque nunc est, quod hoc idem aliis præsentibus fecit, eò quod militum illorum præsen- tia geminum adferat obstaculum ire mo- derandæ. Nobis ipsis frequenter evenit, ut cum statuerimus vindictam remittere, & commissa condonare, post ubi videri- mus aliquos nos irritantes, & ad ultionem concitantes, mutemus sententiam, & illo- rum dictis obtemperemus. Verùm hoc non accidit huic Beato, sed etiam post il- lorum consilium, & exhortationem per- severavit in animi sui decreto. At ne hoc

A quidem tantum est admiratione dignum, quod nec aliorum admonitu dimotus est à proposito, quodque non est illos veritus, sed quod perfecit, ut & illi eandem animi moderationem sumerent. Magnum qui- dem, si quis suis cupiditatibus imperet, tantum tem- sed multò majus est, & aliis persuadere peravit, sed posse, ut & ipsi mentem eandem sumant eum ipso: aliis, inquam, qui nec modesti- masefaciendo- sunt homines, neque temperantes, sed absteruit.

B milites, qui multis difficultatibus jam in desperationem erant adducti, à quibus paululum respirare cupiebant, haud ignari non modò totam malorum dissolutio- nem in hostis nece sitam esse, verùm et- iam plurimorum bonorum acquisitionem, quando nihil obstabat, quominus illo trucidato protinus regnum transiret ad Davidem.

Attamen cum essent tam multæ res, quæ milites irritabant, tantum valuit illo generosus, ut satellites his omnibus fue- rint superiores, hostisque parere. Ope- rarè pretium verò est etiam ipsorum mili- tum audire consultationem, eò quod ex- hortationis versuta malitia illustrat justi mentem solidam, & inconcussam. Non enim ita loquuti sunt: Ecce, qui multa in te molitus est mala, qui necem tuam concupivit, qui nos immedicabilibus valla- vit difficultatibus, sed ubi perspexerunt, quod hæc omnia negligeret David, nec magnam haberet rationem in se commis- sorum, allegant illi divinam authorita- tem: Deus, inquiunt, illum tradidit, quò videlicet iudicium à Deo profectum reveritus promptius iter ad homicidium. Non enim, inquiunt, tuam ipsis vicem ulcisceris, Deo subservis, ac minister es, illius sententiam comprobas. Sed quò magis hæc illi dicebant, eò magis hic pe- perit hosti. Intelligebat enim, quod Deus id eò tradiderat eum, ut ipsi ma- jores occasiones probandæ virtutis suppe- ditaret, Proinde tu quoque, si quando ho- stis tuus incidit in manus tuas, cave, putes esse datam ulciscendi opportunita- tem; sed servandi hostis oblatam occasio- nem. Eòque tum maximè parcendum est inimicis, cum illi fortè venerunt in pote- statem nostram.

At

At hic fortasse dixerit aliquis : Et quid magni, aut quid miri parere ei, quem habes in tuâ potestate: Complures enim, & alij Reges ad principatum evecti, sese indignum judicarunt in tanto regni fastigio ab iis pœnas exigere, à quibus olim fuerant offensi : nam ipsa potentia sublimitas causam adfert reconciliationis. Verùm in hoc negotio tale nihil possis dicere. Neque enim David ad principatum evectus, neque regnum adeptus, ac Saullem in manibus habens, ira demum illi pepercit, ne quis causari possit, regni magnitudine duram fuisse iram : sed cum sciret fore, ut ille servatus rursus ad eadem rediret, & ipse in graviora pericula conjiceretur, ne sic quidem occidit. Profectò hunc cum illis ne conferendum quidem duxerimus. Siquidem illi, quoniam habent certum, tutumque pignus futura deinceps securitatis, merito parcent : hic verò, cum sciret, se hostem in suam ipsius perniciem amittere, ac salutem dare inimico, haud tamen illum occidit, idque cum haberet ad eam eadem impellentia. Etenim solitudo Regis, ob absentiam eorum, qui possent Sauli esse auxilio, dein exhortatio militum præterea anteaactorum memoria, ac futurorum metus, adhuc quoddam interfecisset inimicum, non posset damnari cædis, quodque post eadem peractum liceret ipsi violare legem: hæc, inquam: cumque his alia plura urgebant, compellebantque gladium in illum stringere. Ast horum incitamentorum nulli cessit, sed adamantis invicti more perstitit, philosophia moderatiorisque legem servans.

*Pepercit hosti, à quo majora deinceps pericula metuebat.*

*Non fuit stupor, quod Sauli pepercit, sed virtus.*

1. Reg. 14.

Cæterum ne dicas, illum nihil eorum sensisse affectuum, quales nos illi per cõjecturam tribuimus, sed id, quod accidit, non fuisse philosophiam, sed stuporem, considera, quàm vehementer exasperatus sibi temperavit. Siquidem quoddam iracundiæ fluctus in animo illius intumuerit, multaque cogitationum jactatio concitata fuerit, sed eam tempestatem refrænarit timore Dei, animosque represserit, ex iis, quæ facta sunt, perspicere licet, Surrexit, inquit, & abstulit oram chlamydis Saulis clanculum. Vides, quanta ira

tempestatas coorta fuerit? At non processit ulterius, neque fecit naufragium, eò quoddam gubernatrix illic sentiens periculum, videlicet pia ratio, tempestatem vertit in tranquillitatem. Percussit enim, inquit, Davidem, cor ipsius, ac velut equum subsilientem, ac ferocientem, revocavit iram.

Quid hoc animo possit esse mitius? An hunc posthac dicemus hominem, qui in natura humana vitam præstitit angelicam? Nequaquam, ait, hoc mihi sit à Domino. Ne concedat unquam, ut hoc faciam, Deus, neque permittat me ad tantum devenire scelus. Quis, obsecro te, facile sustentat à Deo ejusmodi petitionem petere? Quid dixi, hujusmodi? Quis sustineret, non precari adversus eum, qui molestus fuisset? Quis hoc, quæso, facile perferret? Nam plerique mortales eò feritatis abrepti sunt, ut cum sint aded imbecilles, ut non queant eum, à quo læcessiti sunt, ullo incommodo afficere, Deum ad ultionem invocent, obsecrantes, ut ipsis donet, iis, à quibus læsi sunt, manus injicere. Hic verò illis omnibus velut ex diametro contraria precando, rogat, ne perimat, ne manus injiciat, loquens hunc in modum: Ne mihi hoc accidat, ô Domine, ut injiciam manum meam in illum. Perinde quasi de filio, ita de hoste loquitur, quasi de prole germana.

Neque pepercit tantum, verum & excusationem pro eò componit. Vide verò, quàm prudenter, quàm sapienter. Siquidem cum vitam Saulis persequens nihil invenisset boni, ut dicere possit: Non parere Sauli sum ab illo læsus, nec ullo affectus incommodo, (protinus enim his reclamaturierant milites, qui aderant, Regisque malitiam experimento cognoverant) alia ex parte circumibatur studens probabilem invenire excusationem. Id cum non posset, nec ab illius vita, nec à factis, ad dignitatem illius confugit dicens: Quoniam Christus Domini est. Quid ais, inquit? quoddam scelestus, quoddam sceleribus opertus, ac vitis innumerabilibus referus, & in nos extrema cogitans? Non. Sed Rex est, sed Princeps, sed præsentiam in nos suscepit. Neque tamen dixit: Rex est, sed

*Etiã Deum rogavit, ut à sumendâ vindictâ servaretur.*

*Excusationem quàm prudenter, quàm sapienter. Siquidem cum vitam Saulis persequens nihil invenisset boni, ut dicere possit: Non parere Sauli sum ab illo læsus, nec ullo affectus incommodo, (protinus enim his reclamaturierant milites, qui aderant, Regisque malitiam experimento cognoverant)*

1. Reg. 24.

sed *Christus Domini est*; non ab humano honore, sed à caelesti iudicio sumptio honorifico testimonio. Contemnis, inquit, consecrum tuum: reverere Dominum. Aperiatis electum: metue eum, qui elegit. Etenim si vulgares istos Principes ab Imperatore designatos, etiamsi sint improbi, si fures, si prædones, si iniusti, si denique quodcumque aliud fuerint, timemus cum horrore, non propter malitiam despicientes eos, sed propter dignitatem illius, à quo electi sunt, reverentes; multo amplius id facere convenit in his, quos elegit Deus. Nondum, inquit, Deus abdicavit illum principatu, nondum fecit eum ex Rege privatum. Itaque ne invertamus ordinem, neque rebellemus Deo, Apostolicum illud dictum factis præstantes: *Quoniam quisquis resistit Potestati, Dei ordinationi resistit*. Quicumque autem resistunt, sibi ipsis acciperent damnationem. Non solum apellavit illum, Christum hoc est unctum, & Regem, verum etiam Dominum vocat.

Non est profecto mediocris philosophiæ, hostem honoris, & obsequii vocabulis appellare. Atque id rursus quam sit magnum, ex his, quæ cætere is accidunt, queat aliquis percipere. Plerique siquidem inimicos suos ne nudis quidem, ac simplicibus nominibus appellare sustinent, sed aliis vocabulis accusationem habentibus eos nominant. Pato illum impium, illum insanum, illum mente captum, illum delirum, illum pestilente, aliaque multa contexunt, hisque notis designant hostem. Id esse verum, exemplo non eminus petito, sed è proximo sumto docebo: nimirum ab hoc ipso Saul, qui justum hunc ob vehemens odium non sustinuit proprio vocare nomine, sed cum aliquando festum quoddam celebraretur, requirens eum dicebat: *Ubi est filius Jesse?* Sic autem appellavit eum, partim odio proprii nominis, partim genitoris humilitatem norans, sperans forte, ut hoc pacto iusti fama contaminaretur, haud intelligens, hominem nobilem, illustremque reddi solere non progenitorum claritate, sed animi virtute. A non itidem

*Speranza Scripturae selecta.*

A fecit Beatus David. Neque enim patris cognomento vocavit illum quamquam is quoque fuit admodum humilis, & contemptus: neque nudo, simplici que nomine sed designavit, sed dignitatis, & principatus titulo: usque adeo purum ab omni malevolentia gerebat animum. Proinde tu quoque, charissime, hunc imitans, illud in primis discito, ne unquam inimicum famosis nominibus, sed honorificis potius appelles. Etenim si os asseverit, eum, qui læsit, honoris, obsequi que nominibus appellare, & animus hæc audiens à lingua doctus, non refugiet cum illo redite in gratiam. Nam ipsa verba remedium erunt optimi ulceris in corde tumescantis. Hæc nunc loquutus sum, non tantum ut laudemus Davidem, sed ut æmulemur quoque.

Hanc igitur historiam in suo quisque corde depingat, contemplatione, veluti manu, assidue proponens oculis speluncam illam, illam chlamydem, ipsum Saul intus dormientem, somnoque, perinde ut catena, vinctum, eumque, qui gravissimè læserat, dexteræ subiectum, David imminuentem dormienti, præsentem milites, & ad caedem adhortantes; Beatum illum philosophantem, hoc est, & illorum animos, & suam ipsius iram cohibentem, eumque, qui tam multa peccaverat, excusantem, ac defendentem. Hæc, inquam, non solum in animo depingamus, verum etiam in confessibus inter nos assidue loquamur: has apud uxorem, has apud liberos frequenter renovemus narrationes. Etenim, si de Rege loqui voles, ecce Rex: si de militibus, si de re familiari, si de publicis, civilibusque negotiis, videbis in Scripturis horum omnium magnam copiam. Hujusmodi commemorationes maximam adferunt utilitatem. Impossibile est enim, impossibile, inquam, est animum hoc genus historiarum versantem à cupiditatibus superari.

Et sequenti homilia, quæ est, *Magnum esse bonum, non tantum exercere virtutem, sed etiam laudare, quodque David magnificentius trophæum erexit parvendo Sauli, quam prostrato Goliath: quodque hoc faciens magis profuerit* sibi.

*Colloquia piorum domestica qualia esse debeant.*

*Idem hom. 2.*

XXX sibi

Rom. 13.

*Deinde hostem honorifico vocabulo appellavit.*

*Saul Davidem suo nomine vocare dedignatus. 1. Reg. 20.*

sibi, quàm Sauli, deque excusatione ipsius apud Saulem; hæc pari elegantia subinfert: Postquam igitur hanc immolasset præclaram victimam (cum sacerdote hostiam offerente composuit) postquam victoriam tulit, neque quicquam prætermisit, quod ad trophæum faciebat, surtexit tandem horum certaminum materia Saul, & egressus est è spelunca ignarus omnium, quæ gesta fuerant. Egressus autem post illum & David, liberis deinceps oculis cælum intuens, ac tum temporis magis exultans, quàm cum Goliath dejecisset, ac Barbari caput amputasset. Siquidem hæc cilla magnificentiora spolia, hæc præda illustrior, hoc gloriosius trophæum. Siquidem illic & funda, & lapidibus, & acie habebat opus: hæc verò cuncta prudentia, rationeque peracta sunt, ac sine armis contigit victoris, atque incrementum trophæum erectum est. Itaque rediit non Barbari illius caput gestans, sed animi commotionem mortificatam, sed iram enervatam. Neque hæc spolia reposuit Jerosolymæ, sed in cælo, inque superna illa civitate. Nunc haudquaquam in choris obviam veniebant fœminæ, excipientes illum cum laudibus: sed angelicus populus è sublimi applaudebat, admirans ejus philosophiam, & humanitatem. Ascendit enim hoste vulneribus innumeris sauciato, ut qui iametsi servasset Saulem, tamen illum reverà hostem Diabolum multis plagis confixit. Quemadmodum enim nobis per iracundiam inter nos pugnantibus, & mutuo confictu collisis, ille tum gaudet, tum floret: ira nobis pacem habentibus, & concordibus, iræque moderantibus, rursus contrahitur, ac dejicitur, nimirum hostis pacis, & inimicus concordia, invidia pater.

Egressus est igitur David dexteram illam torius Orbis pretio parem simul cum capite coronatam gestans. Quemadmodum enim sæpenumerò fit, ut Imperatores eorum, qui egregie sese in pugilum certamine, aut in reliquis certandi generibus gesserunt, ante caput coronent dexteram: ita & Deus manum illam coronavit, quæ gladium purum potuerit educere eusdemque Deo nullo sanguine conta-

1. Reg. 14.

1. Reg. 17.  
Davidi gloriosius percussit Saule, quàm obtruncasse gigantem.

Demon gaudet nostris altercationibus.

A minatum ostendere, denique adversus tantam iracundiæ procellâ resistere. Non egressus est gestans Saulis diadema, sed egressus est gestans coronam justitiæ. Nō egressus est gestans Regis purpuream vestem, sed egressus est amictus humanitate naturam humanam superante, quod pallium est quavis stola magnificentius. Egressus est è spelunca tanta cum gloria, cum quanta tres pueri egressi sunt è calumino ardente. Nam quemadmodum illos non exussit ignis: ita hic non conflagravit iræ incendio. Et illis quidem foris nihil ignis, in quo versabantur, nocuit: hic verò, cum intus haberet carbonem accensum, cum foris videret Diabolum caminum incendientem, idque variis modis, ab inimici conspectu, ab exhortatione militum, à facilitate perficiendi cædem, à solitudine eorum, qui Sauli possent auxiliari, à præteritorum memoria, à futurorum periculorum metu, siquidem hæc & famentis, & stipulis, ac cæteris omnibus, quibus caminus ille Babylonius incendebatur, lucidiorem excitabant flammam, tamen non exarsit David, neque ullo pacto fuit affectus, quemadmodum consentaneum erat hominem affici tot modis irritatum; sed exivit purus, & intuitus inimici faciem, hinc maximè sumpsit animum fortem, ac philosophicum.

Cum enim videret illum manere immobilem, neque quicquam posse facere, suo cum animo locutus est David: Ubi nunc ille furor? ubi illa malitia? ubi tor rethnæ, tor insidia? Abierunt omnia illa, perieruntque exigui somni incurfu. Jacer alligatus Rex, cum nihil horum nos neque cogitaverimus, neque perfecimus. Conspiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philosophabatur: somnus enim nihil aliud est, quàm mors temporaria, & unius diei interitus.

Nihil planè verius. Quasi dicat Chryf. Memento mori, & desine inimicari. Sed excurrat adhuc in hanc eandem Historiam aureos eloquentiæ fluvius. Quomodo milites, aut, deinceps illum observasse consentaneum est? Quanta erga illum benevolentia fuisse affectos? Nam si mille habuissent vias, annon promptè impendissent

David è spelunca prodijt quales ij pueri è camino ignis. Dan. 3.

Somnus mors temporaria. Eccl. 2. 8.

dissent pro suo Duce, jam ex reverentia, quam hosti præstitit, re ipsa perspectum habentes, quam benevolam animum gereret erga suos? Ceterum qui micis, ac mansuetus est in eos, à quibus molestia affectus est, multo magis erit erga benevolos eum affectum gesturus: quæ profectò res fuit illi maximum securitatis pignus. At non in ipsum modò benevolentiores erant, verum etiam adversus hostes promptiores, quòd scirent, se Deum habere propugnatorem, qui semper adesset Duci, omnes illius actiones prospiciens. Idcirco postea David, non jam ut homini, sed ut Angelo parebant. Itaque David, & priusquam Deus ipsi mercedem rependeret, etiam in hac vita majus accepit præmium, ac illustriorem tulit victoriam, servato Saule, quam si eum mactasset.

Et in ejusdem homilix sine dolore exaggerans, quo eundem mortuum profectus fuit, sic inquit: Atqui non hoc tantum, quod miremur, sed illud quoque, quòd posteaquam audierat Regem in acie cecidisse, & discidit vestimenta sua, & cinere conspersus est, & eo luctu luxit, quo quis lugeret amissò primogenito, germanoque filio: subinde nomen illius inclamans, unà cum filii nomine, composito etiam in defuncti laudem encomio, ac voces acerbi doloris testes emittens, impastus duravit usq; ad vesperam, execrans & ipsa loca, quæ Saulis sanguinem exceperant. *Montes, inquit, Gelboe, ne cadat super vos neque ros, neque pluvia, Montes mortis, quoniam illic sublata sunt tabernacula potentium. Quod sæpenumero patres faciunt, ut domum etiam averterentur, & limen dolenter aspiciant, per quod extulere filium: hoc & hic fecit, eos montes devovens, qui eandem illam exceperant. Odi, inquit, ipsum etiam locum, propter mortuos illic prostratos. Ne igitur irrigemini posthac cælestibus pluvius, quia semel irrigati estis amicorum meorum sanguine. Eaque nomina subinde repetebat ita loquens: Saul, & Ionatha, amabiles, ac speciosi, qui ut in vita sua non fuerant disjuncti; ita nec morte sua separati sunt. Quoniam enim præsentia illorum corpo-*

ra non licuit amplecti, nomina illorum conjuncta complexus est, suum dolorem hinc modis, quatenus licuit, leniens, & calamitatis magnitudinem mitigās. Prætereà quoniam vulgò malum putabatur insanabile, ambos eodem cecidisse die, hoc ipsum arripuit in consolationis argumentum. Nam quod ait: *In vita sua non fuerant disjuncti, nec in morte sunt separati,* verba sunt nihil aliud agentis, quam ut hoc cedat in solatium doloris. Jam enim, inquit, non potest dici, quòd filius orphanum esse se lugeat, neque quòd pater orbitatem suam deploret. Verum quod nullis, inquit, obtigit, illis contigit, videlicet uno, eodemq; die è vivis eripi, neutro alteri superstiti. Existimabat enim vitam injucundam fore, si alter ab altero fuisset divulsus.

Commoverem in me nunc, lachrymamine nunc, & animo perturbamini? Equidem usque ad lachrymarum effusionem mutabiles facti sunt oculi vestri. Nunc mihi quisq; recordetur inimici, qui læsit, dolore etiamnum in animo æstuante, atque hunc, & vivum observantia profectus & vita defunctum deploret, haud quidem ad ostentationem, sed ex animo, verbq; corde, etiam si quid perferendum sit incommodi. Ne quid offendant eum, qui læsit, omnia tum faciat, tum patiat, magna à Deo expectans præmia. En hic noster David etiam regnum adeptus est, nec tamen inquinavit cæde manus, sed dexteram habens puram sic corona redimitus est, sic ad thronum ascendit, honesti nominis argumentum gestans, purpura, ac diademate magnificentius, videlicet quòd hosti peperisset, quòd eundem extinctum luxisset.

Quid, iterum rogo, ad præsens argumentum eloquentius, quidve melius? Sed si non tædet adhuc audire, quod me nunquam tædet dicere, eundem Chryllostomum in sequenti homilia sic profectum accipite: Redeamus, inquit, ad Davidem, siquidem hic pictoribus mos est, quoties imaginem aliquam ad vivum expressam absolvere cupiunt, non unum tantum diem, ac duos, sed & complures dies assident iis, quos effingunt, ut assidua

*Ibid. hom. seq.  
Periculosum  
est adire specula, & de  
tolerantia David  
vid erga Sauli*

*David acerbo  
luctu hosti pa-  
rentavit Sauli.*

*2. Reg. I.*

*Ibidem.*

Contemplatione citra errorem, exacteque formatam exprimant similitudinem. Itaque & nos non corporalis formae imaginem, sed animi pulchritudinem, ac spirituales decorem cupimus vobis hodie proponere ipsum videlicet Davidem, ut omnes in eum intuentes, in suum quisque animum imitatum referamus pulcherrimam huius iusti imaginem, mansuetudinis, tranquillitatis, in summa virtutum omnium. Etenim si corporis imagines nonnullum intuentibus solatium adferunt, multo magis idem facient mentis imagines. Atque illas quidem non licet ubivis intueri, sed eodem in loco consistas, oportet: hanc vero nihil verat, quominus quocumque velis, tecum circumferas. Nam posteaquam eam in animi penetralibus reposuisti, ubicumque locorum fueris, poteris contemplari, plurimumque ex ea utilitatis capere. Et quemadmodum qui laborant ab oculis, si spongas, ac vestium cyaneo colore pannos tenentes frequenter in ea intueantur, ex eo colore nonnullum capiunt morbi levamen: similiter & tu, si Davidis imaginem praeculis habeas, & in hanc assidue defigas oculos, etiam si millies obrunderis, mentis oculum perturbans, ad hoc virtutis exemplar respiciens, perfectam consequeris sanitatem, puramque animi philosophiam, ac tranquillitatem.

*Oculorum aegrorum levamen medicum.*

Ne quis igitur mihi dicat: Inimicum habeo scelestum, improbum, corruptum, incorrigibilem. Quidquid dixeris, non est tamen Saule deterior, qui semel, & iterum, immo saepius servatus a Davide, eum ipse mille modis illi stuxisset insidias, tamen pro tot beneficiis acceptis perseveravit in sua malitia. Quid tu igitur habes, quod incuses inimicum? Quod terra partem ademit, quod in agris fecit injuriam, quod domus limites transgressus est, quod mancipia tua rapuit, quod vim attulit, quod tua praeter jus occupavit, quod ad pauperatatem redegit? At nondum eripuit vitam, quod molitus est Saul. Quod si & vitam eripere conatus est, forsitan semel id ausus est, non semel, atque iterum, non saepius, quemadmodum fecit Saul. Quod si etiam semel, si bis, si

ter, si saepius hoc tentavit, at non tot affectus abs te beneficiis: at non cum semel, iterum incidisset in manus tuas, servatus est. Et si hoc quoque factum est, sic etiam rursus superat ipse David. Neque enim paria sunt, sub veteri lege degentem, & nunc post illustratam Evangelii gratiam talia condonare gratis. Non audierat David parabolam de decem millibus talentorum, neque de centum denariis. Non audierat precationem dicentem: Remittite hominibus debita ipsorum, quemadmodum & Pater vester caelestis. Non viderat Christum crucifixum: non viderat effundi pretiosum illum Sanguinem, nec audierat innumerabiles Domini sermones de refranandis animi cupiditatibus. Non contingit illi gustare talem hostiam, neque particeps fuerat Sanguinis dominici: sed sub legibus imperfectioribus educatus, neque tale quicquam exigentibus; tamen ad evangelicam Philosophiam fastigiis pervenit animi moderatione. At tu frequenter praeteritarum injuriarum memoria offenderis: hic vero cum & de futuris metueret, certo sciens fore, ut si hostem se videret, & civitate exularet, & vitam egenam, calamitosamque ageret, non desistit tamen illius habere curam, sed omnia fecit, hunc talem hostem fovens. Quis commemorare valeat tolerantiam hac majorem?

*Condonandam injuriarum auctor necessitas in evangelio, quam in lege. Cur?*

*David evangelica mansuetudinis fastigium in lege attigit.*

Porro ut non tantum ex praeteritis, verum ex his quoque, quae nunc sunt, discas fieri posse, ut cum quovis homine animum in te hostilem gerente redeas in gratiam: quid leone saevius? Et tamen hunc cicure, mansuetumque reddunt homines, arte naturam superantes: sitque quavis ovis mitius animal bestiis omnibus, immitius, regaliusque, adeo ut per forum ambulet neminem expavescens. Quam igitur habituri sumus excusationem, quam impetrabimus veniam, si cum feras bestias cicuremus, negaverimus homines unquam posse placari, benevolosque erga nos reddi? Atqui bestiae quidem praeter naturam est, esse mansuetam, homini vero praeter naturam est feritas. Ergo cum in illis, naturam vincamus, qua fronte nos excusabimus, si in homine causamur animi propositum non posse corrigi?

*Leones arte curantur. Cur hominem virtus non mansuesciant?*

Quod

Quodd si adhuc contendis, illud dixim, quamvis insanabili morbo ægroter homo, quod plūs fuerit laboris, hoc tibi merces erit amplior, si affideas, curans immedicabili morbo laborantem. Unum igitur illud spectemus, non ne quid mali patiamur ab inimicis, sed qua ratione fieri possit, ne quid illis mali faciamus. Ita nihil patiemur mali, etiam si innumera perferamus mala: quemadmodum nec David, dum eicitur, dum in exilium agitur, dum usque ad vitæ discrimen insidius appetitur, quicquam acerbi passus est: quin potius tum hoste suo factus est illustrior, honorabiliorque, tum cætoris omnibus amabilior, idque non hominibus tantum, sed ipsi etiam Deo. Quid enim detrimenti cepit Sanctus ille, cum tam multa perperetur a Saule? Annon in hodiernum usque diem canitur illustris in terra, illustris in celo: Annon illum inenarrabilia manent bona? nonne cælorum regnum? Rursus quid commodi cepit infelix ille, ac miser, tot insidias molitus David? Nonne regno excussus est? Nonne miseranda morte periit unā cum filio? Nonne ab omnibus vituperatur & quod gravius est, æterna luit supplicia?

Postremo quid tandem est, quod inettas, quamobrem non vis cum illo redire in gratiam? Pecunias eripuit: Sed si fortiter perferas rapinam, tantundem accipies mercedis, ac si eas in manus pauperum reposuisses. Siquidem & qui dedit egenis, & qui aliena usurpanti neque parat insidias, neque malè precatur, ambo propter Deum id faciunt: proinde cum impendii causa sit eadem, perspicuum est, & unam, eandemque fore coronam. Sed vitæ insidiatus est, & coronatus est occidere. Ea res tibi pro martyrio imputabitur, si insidias molientem, & ad tantam pro vectum malevolentiam inter benemeritos numeraris: non desinens orare pro illo, Deum obsecrando, ut illi fiat propitius.

Ne igitur illud reuitemus, quod Deus ueroit, ne David occideret Saulem: sed illud considera, quod ex insidiis Saulis tripla, quadruplaque martyrii corona redimitus est. Etenim qui seruat hostem, eum, qui semel, atque iterum, immo fre-

quenter lanceam in caput illius vibrarat, & cum esset occidendi potestatem nactus, tamen pepercit, idque cum sciret post eam præstitam clementiam fore, ut denuò ab illo impeteretur, perspicuè est, quod milles coronam meruit animi proposito, milles autem interfectus propter Deum, plurimas tulerit martyrii coronas, qui quemadmodum & Paulus ait: *Quotidie mortuus est propter Deum.* Cum enim posset hostem sibi insidiantem è medio tollere, propter Deum noluit: maluit quotidie periclitari, quam iusta cæde à tot mortibus liberari.

Quodd si usque ad ipsius vitæ periculum insidiantem uolueris, atque odisse fas non est multò minus licet eum, qui vulgariter læsæ, vindicare. Plerisque ab inimicis affici conuictis, aut in suspicionem adduci, uidentur omnibus mortibus intolerabilibus. Age igitur, & istud expendamus. Aliquis tibi male dixit, adulterum, ac scortatorem appellauit: hoc si uerè dicit, corrige: si falso, irride. Si tibi ipse conscius es eorum, quæ obijciuntur, respice: si non es, despicere. Imò potius non solum deride, ac negligere, uerum etiam gaude, atque exulta iuxta Domini sermonem, qui nos iubet ira facere: *Cum, inquit, exprobraverint uobis, & dixerint omne malum uerbum ad uersum uos, montiantes, gaudete, & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in celo.* Ac ibid. rursus: *Gaudete, & exultate, cum egerint nomen uestrum, tanquam malum, propter Filium hominis.* Cæterum ubi conuictor quidem uerba dixerit, tu uerò modestè pertuleris ea uerba, non regerens contumeliam, neque conuictia conuictis retaliens, sed amare ingemueris damnas tua delicta, haud minorem feres mercedem, micorum etiā quam ille prior, idque uobis è Scripturis uera utiliora approbare conabor, uti pernoscat, quod nobis, quam quantum utilitatis non adferunt amici, blandimenta dum laudant, & ad gratiam loquuntur, amicorum tantum utilitatis adferunt inimici vituperando, etiam si uera dixerint, tantum ut nos reprehensionibus illorum ad id, ad quodd oportet, uti uelimus. Nam amici frequenter ad gratiam adulantur, contra hostes delicta proferunt in medium. Quoniā cum nos nostra peccata non uidemus

7. Reg. ult.

Bonorum iactura patienter tolerata, et elemosyna pauperi dat a parisi sunt meriti.

Hostem vitæ insidiantem diligas, martyr reputaberis.

David ex insidiis Saulis ter, quater uero martyr.

ob amorem nostri insecum, illi, quia propter odium ea melius, quam nos perspiciunt, approbando nos ad correctionis necessitatem impellunt: ut illorum malevolentia nobis cedat ad maximam utilitatem, non ob id tantum, quod per illos admoniti intelligimus errata nostra; sed quod ea deponimus quoque. Itaque si inimicus opprobaverit tibi crimen, cuius tibi conscius es, tu verò audiens non convitiaris illi vicissim, sed cum amaro gemitu Deum imploras, protinus omnem culpam deposuisti. Rogo quid hoc esse poterit felicius? quid ad criminum abolitionem facilius?

Sed ne videamur vos verbis humanis excitare, è divinis Scripturis super hac re proferemus testimonium, ne quid præterea dubites. Erat Phariseus quidam, & Publicanus, quorum hic quidem ad summam progressus erat malitiam, alter ad summam pervenerat iustitiam, ut qui facultates suas dissiparet in pauperes, assidueque jejunaret, purus à rapinis. Contra alter in rapinis, ac violentiis vitæ tempus omne consumpserat. Ambo ascenderunt in templum, orandi gratia. Mox ille stans dicebat: *Gratias ago tibi, Domine, quoniam*

*Luc. 18.*

*Publicanus  
probrum toleran-  
tia justificatus.*

*non sum sicut ceteri homines, rapaces, avari, neque volui hic Publicanus.* At Publicanus proculstans, non regessit contumeliam, neque vicissim dixit convitium. Non protulit ista vulgaria verba: Tunc audes me vitæ mentionem facere? tunc aude mea facta reprehendere? Annon sum te melior? Referam tua peccata, faxoque, ne unquam in hæc sacra conscendas atria. Nihil, inquam, istiusmodi frigidorum verborum locurus est Publicanus, quibus utimur quotidie in nos convitiis, ac maledictis aspergentes, sed amarè suspirans, peccatisque percutiens hoc tantummodò dixit: *Propitius esto mihi peccatori;* & descendit justificatus. Vides celeritatem? Accepit probrum, & abluit probrum. Agnovit peccata, & deposuit peccata: & criminum accusatio, facta est illi criminum remissio: & hostis insecus factus est beneficus. Quot labores erant Publicano subeundi, jejunando, humi dormiendo, vigilando, bona sua egenis impartien-

A do, longo tempore in sacco, & cinere sedendo, ut illa tam multa peccata posset deponere? At nunc, cum nihil tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquitatem, ac probra, convitiisque Pharisei, qui videbatur illum contumelia afficere, pepererunt iustitiæ coronam, idque sine sudoribus, sine laboribus, & absque longi temporis mora. Vidésne, quod etiam si quis vera de nobis prædicet, quorum nos B ipsi nobis confecti sumus, nos verò ista prædicantem non vicissim impetierimus maledictis, sed amarè ingemiscientes, Deum pro delictis nostris imploraverimus, omnia peccata deponere possumus? Hoc pacto & hic justificatus est, quoniam Phariseum non repetiit convitiis, sed pro suis peccatis ingemuit, descendit justificatus præ illo. Vides, quantum adferat utilitatis inimicorum exprobratio, si modò eam philosophico pertulerimus animo. Quod si pariter & mentientes, & vera loquentes nobis prosuunt, quamobrem dolemus, quam ob causam utimur? Nite ipsum læseris, ô homo, neque amicus, neque inimicus, ne ipse quidem Diabolus poterit te lædere.

Hactenus Græca sua facundia Chrysoft. expendens latè Davidis excusationem, ne in ultionem infensissimi hostis abiret. Nunc, subdit, videamus, quid hic ad iustissimam illius excusationem responderit. Neque enim videlicet è verbis tantum, quæ David loquutus est, verum etiam è Saulis oratione, Davidis virtutem perspicimus: ed quod si Saul aliquid placidè mansuetè que responderit, huius causam Davidi imputamus, qui immutavit hominem, qui que erudierit, & ad sobrietatem composuerit illius animum. Quid igitur ait Saul? Posteaquam audierat David loquentem: *Ecco lacrima 1. Reg. 24.*  
*chlamydis tua in manu mea; aliaque cuncta, quæ in excusationem attulit: Vox, inquit, ista tua, fili David. Quanta subito facta est mutatio? qui nunquam sustinuerat illum vel simplici vocare nomine, ipsam etiam appellationem habens exosam, nunc adoptat eum in cognationem, appellans eum micidâ parentem, ovem ex homicida fecit patrem, è lupo ovem, qui lupo forua-*

*Ibid.*

*David exoptat eum in cognationem, appellans eum micidâ parentem, ovem ex homicida fecit patrem, è lupo ovem, qui lupo*

*forua-*

fornacem iracundię multo implevit rore, A  
quique tempestatem vertit in tranquillitatem, quique tumorem omnem ira aestuantis animi restinxit: Verba quippe David ingressa in animum istius efferati, totam hanc persecerunt immutationem, quod è Saulis verbis deprehendas licet.

Neque enim dixit: Sermones tui isti, filii David, sed, *Vox tua ista, fili David*; ad eum mox ad ipsam vocem incaluit, Et quemadmodum pater ex longo intervallo, audita filii revertentis voce, non ad conspectum modo illius, verum etiam ad ipsam vocem excitatur: sic & Saul, simul ut accipit verba Davidis in animum ingressa, abiecit inimicitiam, iamque sanctum agnovit, posuitque affectu recepit affectum, liquidem posita ira, recepit tranquillitatem, & condolecentiam. Et quemadmodum quamdiu vox adest, sæpe ne præsentem quidem amicum agnoscimus, at mox ut exortus est dies, etiam eminens conspectum agnoscimus: itidem & in iracundia solet uti venire. Doaec inter nos malevolum gerimus animum; & vox audita nobis alter sonat, & ipsam faciem corrupta mente aspiciamus. Cæterum ubi posuerimus iram, & vox, quæ prius erat inuisa, atque hostilis, placida nobis, ac iucundissima videtur, & aspectus ipse prius inimicus, & injucundus, tunc fit amabilis, & iucundus. Idem accidit in tempestate. Non pariter nubium concursus nobis conspicuam esse cæli pulchritudinem, sed quamvis millies habemus oculos perspicaces, & acres, nequaquam pertingere possumus ad illam supernam iucunditatem. Cæterum ubi jam radiorum calor, petruptis, ac discussis nubibus, Solem ostendit, rursus & cæli decorem ostendit. Idem accidit in nobis ira ferventibus, dum E  
simultas, velut densa nubes, ante oculos, & aures stat, facit, ut voces, aspectusque videantur aliter, quam sunt. Verum simul atque aliquis animi robore posuerit odium, nubemque diruperit agrimonie, tunc demum incorrupta mente & videbit, & audiet omnia quod & huic evenit Sauli, qui simul atque nubem malevolentie dirupit, agnoscens vocem Davidis ait: *Vox tua ista, fili David*

Quid igitur David? *Servus tuus, Domini Rex.* Posthac certamen oritur, & contentio, uter alterum majore profequatur honore. Saul quidem ad cognationem adscivit, filium appellans: David autem dominum eum appellat. Quod autem dicit tale est: Unum, inquit, unum illud quero, salutem tuam, ac virtutis profectum. Filium me appellasti, mihi verò satis est, si me pro famulo habeas, tantum ut iram ponas, tantum ut ne quid de me suspicere mali, neu me dicas hostem, aut insidiatorem. Implevit illam legem apostolicam, quæ jubet, ut nos ipsos vincentes, honore invicem præveniamus, non juxta plurimorum morem, qui pejus affecti sunt, quam ipsæ pecudes, qui proximum ne affari quidem priores sustinent, existimantes sese contumelia affici, & à dignitate dejici, si quem vel affatu simplici impertiant. Quid ista dimentia possit esse magis deridiculus? quid hac arrogantia, fastuque fœdus? Tunc enim, tunc inquam, à dignitate dejectus es, o homo, tunc injuria affectus es, tunc contumelia affectus es, quoties expectas, ut proximus te prior alloquatur. Quid enim arrogantia deterius? quid fastu, & inani gloria magis deridiculus? Nam si prior alloquaris, & Deus ipse collaudabit, quod est omnium maximum; & homines insuper comprobabunt, tunc illius appellationis mercedem totam accipies. Quod si expectaris, ut prior honoratus, tum denique proximum honores, nihil jam magni feceris. Nam is, unde honoris cepit initium, idem relati abs te honoris totam mercedem accepturus est. Proinde ne expectemus, ut alii priores nobis honorem deferant, sed accurramus ad exhibendum proximo honorem, semperque à nobis oriatur salvationis initium, neque putemus, hoc officium esse contemnendum, ut vulgare, si libenter, & amanter salutemus. Nam hoc prætermisum multas amicitias dirupit, multas peperit similitates: quemadmodum e diverso idem studiosè exhibicum, & veteres inimicitias dissolvit, & amicitias priores confirmavit.

Noli igitur, charissime, his in rebus  
studium

*David certat  
urbanitate  
cum Saule.*

*Nolle illum,  
qui injuriosus  
fuerit, prius  
alloqui, ridicula  
dementia  
est.*

*Honore salu-  
tionis, & allo-  
quatur, hoc officium esse contemnendum,  
qui invicem  
prævenire,  
quàm utile.*

*Iracundię, &  
nubium similis*

studium negligere: sed si fieri potest, ob-  
vios, qualescunque fuerint, tum in salu-  
tando, tum in cæteris omnibus priores  
deliniamus. Quod si quis te prævenit, re-  
pende honorem cum fœnore. Nam & hoc  
admonuit Paulus, ita loquens: Invicem  
alius alio se non exist met præstantiorem.  
Ita fecit David, qui & prior honorem de-  
tulit, & honoratus majorem honorem re-  
posuit, dicens: *Servus tuus, Domine mi Rex.*  
Vide verò, quantum fecerit lucri David  
hæc loquutus. Non jam sustinuit Saul  
hanc vocem audire sine lachrymis, sed  
ploravit amare, animi sanitatem, ac phi-  
losofiam, quam David in se verat, lachry-  
mis declarans. Quid esse possit hoc Pro-  
pheta beatus, qui brevi temporis mo-  
mento sic hostem e furore ad sobrietatem  
composuit? & animum nactus sanguinis,  
ac cædis sumentem, repente ad lamenta, &  
ejulatus compulsi? Non perinde miror  
Moysem, quod è saxo prærupto fontes  
elicuit aquarum, ut admiror Davidem,  
quod ex oculis lapideis fontes eduxerit  
lachrymarum. Siquidem ille quidem vi-  
cit naturam, at hic vicit animi decretum:  
ille virga percussit lapidem; hic sermone  
pepulit cor, non ut contristaret, sed ut pu-  
rum, mansuetumque redderet. Quod er-  
iam perfecit, majore beneficio Regem af-  
ficiens, quam antea fecerat.

David Moyses  
aquam è petra  
eliciente admi-  
rabilior.

Est quidem & illud laude, summæque  
admiratione dignum, quod ens non  
tinxerit sanguine, nec caput illud hostile  
refecerit: sed longè majore corona di-  
gnum erat, quod ipsum inimici propo-  
situm immutavit, eumque reddidit melio-  
rem; idque priusquam ipse suam immu-  
taret humanitatem. Hoc beneficium illo  
præstantius est. Neque enim paria sunt,  
condonare culpam, & ad animi sobrieta-  
tem adducere. Non sunt paria, liberare à  
morte, & liberare ab ira cædem injustam  
spirante: eximere à cæde, & eximere à  
furore ad tantum properante nefas. Dum  
enim satellites suos David cohibet, ne  
Saul occiderent, præfenti quidem vitæ  
profuit: cæterum cum mitibus verbis  
malitiam ex animo depellit, futuram illi  
vitam, æternamque largitus est bona, quod  
quidem erat in ipso. Quoties igitur Da-

A videm laudas ob ipsius mansuetudinem,  
magis illum lauda, lauda, quod Saul  
immutavit. Siquidem multò minus est  
propriis temperate cupiditatibus, quam  
alienum vincere furorem, quam cor ira  
intumescens compescere, æque tantâ tem-  
pestate tantam facere tranquillitatem,  
quam oculos homicidium præ se ferentes  
calidis implere lachrymis. Atque hoc est  
stuporis, ac miraculi plenum. Etenim si  
B Saul fuisset homo moderatus, & æquus,  
non admodum magni erat negotii, ad so-  
litam revocare virtutem: ac essetatum, &  
quod extremam provecum malitiam, jam-  
que ad cædem properantem, brevi tem-  
poris momento sic afficere, ut omnem  
illam amaritudinem evomat ex animo,  
quem non obscurer omnium, qui unquam  
super Philosophiæ doctrina clarum pro-  
meruere nomen? En tu igitur, si quando  
C hostis inciderit in manus tuas, ne illud  
specta, quomodo illum ulciscaris, innu-  
merisque convitiis conspersum emittas,  
sed quomodo sanes, quomodo ad sobrie-  
tatem reducas: neque prius desistas om-  
nia, tum facere, tum pati, donec tua man-  
suetudine superaris illius truculentiam. *Humanitate,*  
*Et mansuetu-*  
Nihil enim humanitate potentius, quod *aine nihil po-*  
ipsum quidem declaravit, dicens: *Sermo sentius.*  
*mollis confringit ossa.* Atqui quid osse du *Prov. 25.*

D rius? Et tamen, si quis æquè durus sit, &  
rigidus, ac præfractus, nihilominus faci-  
le vicerit, qui illum mansuetè tractet. Ac  
rursus: *Responsio submissa averit ira.* Unde *Ibid. 15.*  
liquet, ut hostis irriteretur, aut reconci-  
lietur, magis in tua potestate esse, quam il-  
lius. Non enim in iis, qui ira commoti  
sunt, sed in nobis situm est, ut vel extin-  
guatur illorum ira, vel ad majus irriteretur  
incendium.

E Et hoc item, qui priora dixit, simplici  
declaravit exemplo. Quemadmodum e-  
nim, inquit, si infles in scintillam ignis,  
excitas incendium: contra, si inspuas, ex-  
tinguis: & utrumque tibi in manu est;  
quoniam utrumque, inquit, ex ore tuo pro-  
fiscitur. Idem sit & in inimicitia proximi:  
si inflatos, ac vecordes ingeras ser-  
mones, excitas ignem illius, accendis car-  
bones; si mites, ac moderatos admoveas  
sermones priusquam exardescat, iram  
omnem

omnem extinxis. Ne dixeris igitur: **A** Hæc, aut hæc audivi, cum hæc omnia sint in tua potestate. Hoc enim pacto iram veluti scintillam vel extinguere, vel accendere, furorémque vel excitare, vel contra sedare in te situm est: cum videris inimicum, si in mentem veniat, quàm multa tum audieris, tum perpeffus sis molestas: fac omnium horum obliviscaris. Etiam si recorderis, tamen fac ne ea calumniatori imputes. Collige verò, si quid unquam humaniter vel dixit, vel fecit. Si in horum recordatione commoratus fueris, ocyus dissolves inimicitiam. Quòd si est animus illum incusare, cumque inimico expostulare, fac prius abicias animi motum, iramque extinguas, ac tum cum illo expostula, tum argue, & facile poteris vincere. Si quidem ira commoti nihil sani poterimus unquam vel dicere, vel audire: sed à perturbatione liberi, nec ipsi verbum asperius unquam emittemus; nec aliis acerbè loquentibus, eodem modo audiemus. Neque enim ipsa perinde natura eorum, quæ dicuntur, atque animus odio occupatus nos exasperare solet: frequenter enim fit, ut cum eadem convitia audimus ab amicis jocantibus, facetiisve ludentibus, aut à pueris parvulis, non solum nullam sentiamus molestiam, neque incedamus, sed rideamus etiam, atque exhilaremur, eò quòd illa non audimus animo affectu corrupto, neque meute ira præoccupata. Itidem in inimicis, si extinxis iram, si odium ejeceris, nihil eorum, quæ dicuntur, te poterit offendere.

Quid autem loquar de verbis? Ne facta quidem offenderint, quemadmodum nec beatum hunc quicquam horum offendit, sed cum videret inimicum adversus ipsius incolumitatem belligerantem, hujusque gratia nihil intentatum relinquente, non solum non est exasperatus, verum potius illi indoluit magis: & quòd vehementius insidiabatur ille; hoc impensius eum dessevit. Noverat enim, noverat, inquam, certò, non eum qui patitur injuriam, sed qui facit, lachrymis, ac lamentis esse dignum, ut qui lædat se ipsum.

*Speranza Scriptura selecta.*

**A** Cæterum jam ad hujus historię finem deveniamus, ubi solum viderimus, quid Saul ex hoc Davidis facto conjecerit: Ecce, inquit, agnosco, quòd regnans regnabis, *1. Reg. 24.* quòdque regnum Israel constitueretur in manu tua. Et nunc jura mihi per Dominum, quòd non aboliturus sis semen meum post me, nec extinguens nomen de domo patris mei. Sed dic, obsecro, unde istud scis? Penes te sunt exercitus: penes te sunt pecuniæ, arma, civitates, equi, milites, breviter universa vis apparatus regii: hic contra desertus, ac nudus, nec civitatem, nec domum, nec familiam habens. Unde igitur, te quæso, ista loqueris? Nimirum ex ipsis Davidis moribus: neque enim nudus, & inermis, ac desertus me armatum, tantaque circumvallatum potentia superasset, nisi Deum haberet adiutorem. Porro qui Deum habet faventem, omnibus est potentior. Vides, ad quantam philosophiam Saul post insidias deductus sit? vides, quòd fieri possit, ut inimicus omnem expuat malitiã, immutatúsque ad meliora sese recipiat? Ne velimus itaque nostram ipsorum salutem per iracundiam devovere. Quandoquidem etiam ad ipsa malitiæ barathra fuerimus deducti, fieri potest, ut nos ipsos inde revocemus, & omni deposita malitiã ad meliorem frugem redeamus.

**D** Deinceps quid ait? *Jura mihi per Deum, quòd non abolebis semen meum post me, nec oblitterabis nomen meum de domo patris mei.* Rex privatum rogat: qui diademate cinctus est, supplicem agit pro filiis suis. obsecrat exulem. Et hoc ipsum arguit virtutem Davidis, quòd hostis ausus sit hæc ab hoste petere. Nam quòd iusiurandum exigit, non eò facit, quòd diffidat Davidis moribus, sed quòd reputet, quot malis illum affecisset: *Jura mihi te non aboliturum semen meum post me.* Hostem filiis suis relinquit tutorem, suasque proles in illius depositis, dum his verbis filiorum, ac Davidis manus apprehendens, Deum sequestrem inducit. Quid igitur David? Num vel leviter dissimulatione & ironia ad hæc usus est? Nequaquam, sed protinus annuit, quòdque petebatur, concessit, ac

Yyy mortuo

*Ira commoti nihil sani vel dicere possunt, vel audire.*

*Saul divina-  
vit Davidem  
futurum re-  
gem. Vnde?*

*Hostem filiis  
suis reliquit  
tutorem, sed  
Davidem.*

*Hostis sui liberis benefecit David.*

mortuo Saule non modò non occidit il-  
lius posteros, sed tum plura præstitit,  
quàm erat pollicitus: siquidem filium ejus,  
cum esset claudus, ac debilis erubibus, in  
suam ipsius domum induxit, suæq; men-  
sæ fecit participem, summo illum honore  
dignatus; nec erubuit, nec occultavit, nec  
arbitratus est regiam mensam claudica-  
tione pueri dehonefari, sed decorari po-  
tius, ac lautio rem fieri. Quorquor enim  
cum illo discumbebant, abibant magnam  
philosophicæ doctrinam consequuti. Cum  
enim viderent Saulis filium, illius, qui  
tanta mala patrarat adversus Davidem,  
tâto in honore haberi apud ipsum, etiamsi  
feris omnibus fuissent imitiores, pudore  
tamen, ac rubore cum omnibus inimicis  
redibant in gratiam. Quanquam si etiam  
ipse aliunde illi cibum dari jussisset, cer-  
tùmque victus modum ordinasset, valde  
magnum erat: sed illum ad suam ipsius  
mensam recipere, eximia cujusdam est  
philosophiæ.

*Id magnum, ac generosè factum.*

Scitis profectò, non esse facile, hostium  
filios diligere. Quid dixi, diligere? non  
odisse, non persequi magnum est. Itaque  
multi defunctis inimicis in illorum libe-  
ros iram, quam in eos habebant, effude-  
runt. At non ita generosus, ac magnani-  
mus iste: sed & viventem inimicum ob-  
servavit: & illo defuncto, benevolentiam,  
quam erga illum gesserat, filiis exhibuit.

*Mensa sancta, quam hostium filij cingunt.*

Quid illius mensa sanctius, quam cinge-  
bant filii hostis, hostis, inquam, occidere  
conati? Quid illo convivio spiritualius,  
in quo tam multæ abundabant benedi-  
ctiones? Angelo potius, quam homini e-  
rat plausibile: siquidem inimici filios am-  
plecti, & amare, & illius filium, qui to-  
ties ipsum tentasset è medio tollere, atque  
id moliens excefferat è vita, facit, ut ille  
chorus celebretur. Hoc tu quoq; facito,  
charissime, & viventium, & mortuorum  
filios fovens: viventium quidem, ut hoc  
modo parentes illorum tibi concilies; de-  
functorum verò filios curans, ut à Deo  
multum tibi pares favorem, plurimisque  
coronis decoreris, utque innumera ab  
omnibus vota, precèsque consequaris,  
non ab iis tantum, qui tuis beneficiis ad-

A juti sunt, verum etiam ab iis, qui vide-  
runt. Hoc pro te stabit in illo die, magniq;  
tibi futuri sunt Patroni in articulo judicii  
hostes tuo beneficio adjuti, magnaque ex  
parte à peccatis liberaberis, & reposees  
mercedem. Etiam si innumera commise-  
ris peccata si proferas illam precationem,  
quæ dicit: *Remitte inimicis vestris, & Pater* *Matth. 6.*  
*vester remitte vobis peccata vestra: multa*  
cum fiducia commissorum omnium re-  
missionem consequeris.

Utilissimam ad rem præsentem histo-  
riam fufius ex Chryfostomo meditati, ad  
verba, quæ secundo dixit in Cruce Chri-  
stus, properemus.

*Memento mei, Domine, dum ve-  
neris in regnum tuum. Amen*  
*dico tibi, hodie mecum*  
*eris in Paradiso.*

*Luc. 23.*

### PVNCTVM XXXI.

A D pradam, fili mi (Iuda, quod est con- *Gen. 49.*  
fessio, vel laudatio, in Crucem) ascen-  
disti.

Planè Christus in Cruce Rex Iudaorum.  
Hebraicè, *Melech Ieudim, consistentium.* Ut  
proinde Hieronymus de hoc latrone lo-  
quens dicat: Confessio brevis vitam ac-  
quisivir longam. Et Cyprianus: Alii la-  
trocinio vitam perdunt, hic latrocinio  
vitam futuram sempiternam.

Nimirum *Regnum calorum vim patitur,*  
& *violenti rapiunt illud.*

Unde Sedulius:

*Abstulit iste suis calorum regna rapinis.*  
Felix, qui tam feliciter vel moriens no-  
vit latrocinari: lingua etenim, ut ait Elias  
Cretensis in Nazianzenum, regnum quasi  
perforat, prædæ instar rapuit.

Infelix alter, qui propter verba labiorum  
Christi non custodivit vias duras. Ad He-  
braicum, *vias latronis, aut vias dissipatoris,*  
seu *perruptoris, ac violenti hujus.*

*Semiram*

Iob. 18.

Semitam videlicet ignoravit avis, nec insuitus est oculus vulturis. O verè caelestem vulturem, qui peracutè viso Christi jam jam morientis cadavere, præmatura ad illud confessione velociter convolvavit.

Greg. lib. 18. Mor. c. 23. Latronis fides, spes, charitas in patibulo.

Sed quibus alis? Fidei, spei, charitatis. Pulchrè Gregori<sup>9</sup> expendit, quòd latro in Cruce subitè repletus gratiâ habuit heroicè fidem, spem, & charitatem. Sed libet, inquit, inter hæc mentis oculos ad illum latronem reducere, qui de fauce leonis ascendit crucem, de cruce Paradisum. Intrucamur, subdit qualis ad patibulum venerit, & à patibulo qualis abscesserit. Venit reus fraterno sanguine, venit cruentus, sed interna gratia est mutatus in cruce, & ille, qui mortem fratri intulit, morientis Domini vitam prædicavit, dicens: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.*

Luc. 23.

Totum obtulit Deo, quod in se liberum habuit

In cruce clavi manus ejus, pedesque ligaverant, nihil in eo à pœnis liberum nisi cor, & lingua remanserant. Inspirante Deo, totum illi obtulit, quod in se liberum invenit, ut juxta hoc, quod scriptum est, *cor deo, crederet ad justitiam, ore confiteretur ad salutem.*

Rom. 10.

Et hinc Gregorius venustissimæ animi conceptionis occasione sumens, ita profæquitur: In corde autem fidelium tres summoperè manere virtutes testatur Apostolus dicens: *Nunc autem manent, fides, spes, charitas.* Quas eundè subitè repletus gratia & accepit latro, & servavit in cruce. Fidem namque habuit, qui regnaturum Dominum credidit, quem secum pariter morientem vidit. Spem habuit, qui regni ejus aditum postulavit: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.* Charitatem quoque in morte sua vivaciter tenuit, qui fratrem, & collatronem pro simili scelere morientem & de iniquitate sua arguit, & ei vitam, quam non cognoverat, prædicavit: *Neg, tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem justè, nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali gessit.*

Confessor Christi, quem negabant Apostoli.

Ille, qui talis ad crucem veni ex culpa, ecce qualis à cruce recedit ex gratia. Confitebatur Dominum, quem videbat secum humana infirmitate morientem, quando

A negabant Apostoli eum, quem miracula viderant divina virtute facientem.

¶ Sed jam dictas Latronis virtutes latius expendamus. Quàm heroica in primis huic fides extitit! Maxima sancti Latronis hujus fides est (verba Laurentii Justiniani) & nimium commendabilis. Nulum is de eo audiverat prædicantem, neminemque illum agnoverat laudantem, neque regales viderat infulas, non vestium apparatus, non ministrorum famulatus, non divitias, non honores, non palatia, non miracula, non æternæ vitæ ab ipso didicerat verba proferti, quin immò populum, milites, Pontifices, seniorèsq; Hebræorum contra illum cernebat insurgere. Videbant enim, & movebant capita dicentes: *Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo reedificas illud!* Verè propheticum poterat proferre sermonem: *Factus sum in derisum omni populo, canticum eorum tota die.*

Latro autem iste (quod erat magis mirandum) eundem Dominum in patibulo tam ignominiosè positum, mortique intuebatur propinquum, & tamen post hanc vitam ipsum certissime noverat regnaturum, proinde constanter agebat: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.*

Non humana ejus sunt verba, neque scientia mortalium acquisita, sed fidelissima, vera, profunda, caelestia, divinæque, illa didicerat revelante Patre, ministrante Verbo, & certificante Spiritu. O felix Latro, quantum tua confessio valuit! quantum Deo grata extitit fides tua!

Hanc admiratus Cyrillus: *Quæ virtus, inquit, te illuminavit, ô Latro? quis te docuit adorare contemptum, & simul cruci affixum? O lumen perpetuum illuminans obscuratos!*

Augustinus: Huic fidei quid addi possit, ignoro. Titubaverunt, qui viderunt Christum mortuos suscitantem: credidit ille, quem videbat secum in cruce pendentem; quando illi titubaverunt, tunc iste credidit.

Quæ istam fidem exhortatio persuasit? *D. Leo ser. 2. quæ doctrina imbuit? quis Prædicator accessit? Non viderat prius acta miracula. Cessaverat tunc languentium curatio, cæcorum illuminatio, vivificatio mortuorum,*

Fides illius quam eximia de triumpho Christi agone, c. 18.

Cyr. ser. cat. 33.

Aug. ser. de ser. 3. Pass.

D. Leo ser. 2. de Pass.

& tamen Dominum confitetur, & Regē, quem videbat supplicii sui esse cōsortem!

*Chryf. hom. de Cruce.*

Ilte, ait Chryfostomus, Salvatore vidit, non in regali folio, sed in pœna sociatum latronib⁹: vidit in cruce pendentem, & orat quasi in cœlis sedentem: vidit condemnatum, & invocat Regem. Judæi crucifigunt, qui nov erant legem: & tu, Latro, unde talia philosopharis? Et Latronis hujus fidem quodammodò ipsi Patriarcharum, ac Prophetarum fidei præferens: Credidit Isaias, sed sedenti super solium excelsum, & elevatum. Credidit Moyses, sed de medio ignis loquenti. Hic eum videt, non in regali folio, sed in pœna, non inter Seraphim, sed inter latrones, elevatum utique, sed in cruce. Unde, unde talia philosophatur?

*Isa. 6.  
Exod. 3.  
Fidem Isaias,  
& Moyses tran-  
scendit.*

*Euseb. Emiff. hom. de bono Latrone.*

Sed felicissimi hui⁹ Latronis fidem suis ex circumstantiis, ita peregre gregè Emiffenus expendit: Ecce, inquit, inter signa, atque virtutes, attestantibus miraculis, & acclamationibus, aliquoties in Discipulis mens jam robusta titubavit: & nunc Christi supplicii quodammodò contradicentibus, fides nov ella convaluit. Sub ipso passionis tempore ab ancilla interrogatus unus ex Discipulis Beatus Petrus, peculiaris Christo cognitus, ita respondit: *Non novi hominem istum;* & iste, qui antea non noverat, exclamat: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.* Quam singularis, & quam stupenda devotio! Sub illo tempore credidit reus, quo negavit electus!

Advertamus plenius quæ huc faciunt. Quo tempore Dominum confitetur, ferebat infidelitas negantium, exultabat impietas blasphemantium: contritio livoris, & vulnera Christum solum hominem demonstrabant: factarum manuum in lignum Crucis extensio, & reverenda confixio per omnia infirmitatem hominis aferebant, tantum abscondebant Dominum. Aliis post divina miracula desperantibus, hic non acquiescit scandalo crucis, & mortis: hic est testis majestatis, qui socius probatur doloris.

*Fides illius plane heroica.*

Planè heroica fides, & quam meritò Sancti Patres suspiciat, nam si fides est de rebus obscuris, & non apparentibus, juxta

A Apostolum vocantem illam, *argumentum non apparentium;* sibi planè tantò magis elucebit fides, quantò obscurius, & minùs apparens est, quod creditur. Quid porrò obscurius, quam quod sub crucifixo homine lateret Divinitas? Et quid minùs apparens, quàm quod sub tanta abjectione delitefceret divina majestas: Cum ergo id latro tam firmiter crediderit, quam meritò suspicienda ejus fides venit?

*Heb. 11.*

B Vim fecisti, ait Augustinus Latronem alloquens, credidisti, rapuisti. *Hodie mecum eris in Paradiso.* Non te differo. Tantæ fidei hodie reddo, quod debeo. Latro dicit: *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Non solum credebat resurrecturum, sed etiam regnaturum.

*Aug. ser. 144.*

Hæc est fidei plena devotio, inquit elegantè D. Maximus, ut cum de vulneribus Domini profluens sanguis cœnitur, tunc de potestate ejus, venia postuletur: cum videtur ejus humilitas, tunc magis teneatur ejus Divinitas: cum morti addictus putatur, tunc Regis illi honorificentia deferatur. Ilte enim fidelis latro non credidit moriturum, quem annunciat regnaturum: non putat subjiciendum Inferis, quem dominaturum confitetur in cælo: non arbitrat eum apud Tartarum detineri, à quo etiam se postulat liberari.

*D. Max. de S. Latron. hom. 2.*

Et homilia sequenti: Magna, & perfecta fides in illo Latrone fuit. Magna planè, & admirabilis fides, quæ Christum crucifixum glorificari magis credidit, quàm puniri. In hoc enim totius forma salutis est, Salvatore tunc majestatis Dominum recognoscere, cum videtur humilitatis patientia cruciari. Unde ait Apostolus: *Si cognovissent, nunquam Dominum majestatis crucifixissent.* Hæc, inquam, perfecta fides est, Christum in cruce Deum, non reum credere. Unde ille Latro justificatus est: quia Salvatore in patibulo constituto, Judæis insultantibus, & vel criminosa dicentibus: *Liberate ipsum, si potes;* ille certus de Divinitate ejus, & securus de voluntate, semagis postulat liberari. Magna, inquam, fides in illo Latrone fuit, & sanctis Apostolis comparanda, nisi quod & forte præcellit.

*Magnaque, & perfecta.*

*1. Cor. 11.*

*Matth. 27.*

*Et fidem Apostolorum forte præcessit.*

præcesserit: præcessit enim devotione, qui præcessit & præmio: prior enim Latio ad Paradisum, quam Apostoli pervenerunt. Denique Petrus Dominum sequitur, & iste comitatur: Dominus autem secundum fidem, & meritum tribuit & remunerationis obsequium. Hastenus de fide Latronis.

Jam & heroicam ejusdem spem meditemur, & eam quidem (ut Scholæ vocabulis utamur) tum ab objecto, tum à subiecto. Quis, rogo, vitam speret à morientef quis regnum ab eo, qui nudus in cruce moritur?

At, dum alii ex diffidentia conclamabant: *Se ipsum salvum facere non potest*: Latio firmissimam in Christum fiduciam gratiam ab eo, ac salutem postulabat. O spem!

Quis credidit ei, qui non habet nidum? Latio iste, qui in eum credidit, qui & verè dixit: *Vulpes forreas habent, & volucres caelinos; Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet.*

O verè heroicam Latronis spem! Planè tibi, & de te, & Latio, illud est: *Et erit anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam.*

Optimè Arnoldus Carnotensis *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra*, qui ex impiorum ore perficis laudem! Ecce unus de derelictis assumitur, Latio ille collateralis tuus, damnatus ob scelera. Illum victoriæ tuæ præcursores constituis, & vivificatum ex gratia in Paradisum præmittis: in quo confusus est inimicus, & ultor hæreticus, & proditor perversus discipulus, & detractor Judæus.

Opponebatur à Pharisæis Christo protimine, quòd cum peccatoribus, quos Lex abdicabat, ad Legis injuriam, non tantum verbo, sed etiam communicaret convivio. Cum enim leprosus, & immundus ex ritu, & decreto extra castra depelleret, abratisque parietibus earum domorum, in quibus fuerant conversati, ipsis quoque, in quibus confedisent, subselliis propria mandaretur purgatio, hoc arguebant in Christo, quòd hujusmodi personarum nec mensam vitaret, nec domum, sed susciperet, & sanaret. Inoleverat superstitionis: & occasione Legis intellectæ

A carnaliter, persequabantur quidem Ministri Legis peccatum: cum tamen nec ipsi essent à peccato immunes, subseribebantque damnationibus propriis, nullum locum misericordiæ reservantes. Nefas putabant, quòd Christus curabat in Sabbato, quòd misericordiam præponendam docebat iudicio.

Ita & quidam Hæretici, (in quibus sunt Novatiani) qui volunt videri defensores Ecclesiæ, eos, qui in quocumque crimine post Baptisum lapsi sunt, pœnitentia censent indignos, & omninò non posse restitui dogmatizat illa impietas, quem in aliquod crimen humana impedit infirmitas. Verùm Christus & falsos defensores Fidei Hæreticos, & inimicos gratiæ Judæos præsentis iudicio destruit, & convincit, mutans Legem in gratiam, terrorem in mansuetudinem, asperitatem in lenitatem, umbram in veritatem, iudicium in misericordiam. Novus Rex, nova Lex, novus Dux, nova lux, fractis prioribus Tabulis & silice ad filicem comminuto, novis subscriptionibus figit titulum, & dicitur pietas, & discernit omnia charitas.

Scribitur tribus Linguis insignibus, Hebraica, Latina, & Græca regnum Christi & dominatio ejus emanatura in Gentes & Crucis insculpitur: nec corrumpere Pilatus, quod scripserat, voluit. Et licet tam insignem titulum deleri perfidia Judæorum clamose expeteret, obtinere nullo modo prævaluit. Jam ad hanc scripturam Latio crucifixus pertinebat, & cum intra se illa littera colligebant: jam spes subintrabat conorso, quia crucifixo sibi mundo inhæbat cælestibus, dilatatusque charitate, quasi consputis, repudiatusque, que infra sunt, cum Christo tractabat de regno, affectabat superiora: & cum jam anima egressum accelerans in primis labris esset, & hora ultima adventaret, æquo animo ibat, nec urgebat formido pœnarum conscientiam, quæ se sanguine Christi præterfluente sentiebat ablutam.

Hinc merito Latroni fiducia. *Exiguo ligno credunt homines animas suas.* At quàm læpè naufragantur! Hic tunc cruci se credidit, ut in salutis portum appelleret.

Yyyy 3 Quis

Latro Dominum comitatur, Petrus sequitur.

Marc. 15. Latronis firmas spes.

Ecc. 36. Matth. 8.

Jerem. 39.

Arnold. de septem verb. Psal. 8. Latio victoriæ Christi præcursor.

Ioan. 9.

Sap. 14.

I. a. 30.

Mich. 4.

Greg. hom. 10.  
in Ezech.

D. Leo ser. 4.

de Epiph.

August.

S. Anast. in

Psal. 6.

Desperanda

viventis sales

nulli nisi mali

demonis.

Chrysof. in

Psal. 41.

Cyr. cat. 13.

August. ser. 1.

in Parasc.

Psal. 56.

D. Leo ser. 2.

de Pass.

Latro evan-

gelista.

Psal. 47.

Genebr. ibid.

D. Aug. ibid.

Ex collateralibus

demonis.

Arnoldus quo

supra, Gen. 3.

Petrus Latro-

nem difficilis

fors absolvisset,

si habuisset

supplicem.

Quis ex vobis ambulat in tenebris, & non est lumen eius? Hic Latro. Speret in nomine Domini, & imitatur super Deum suum.

Venies (dixit quondam Propheta) usque ad Babylonem, & ibi liberaberis. Quis usque ad Babylonem venit, inquit in hunc locum Gregorius, & ibi liberatus est? Qui postquam confusus mente perversa perpetravit, hæc ipsa erubescens mala, quæ fecit, se contra se erigit, & benè operando ad statum rectitudinis redit.

Verè, & graviter D. Leo: Dum in hoc corpore vivitur, nullius est desperanda reparatio. Aug. Illius tantum def'eranda est correctio, contra quem habemus occultam luctam, immò, ut ait Anastasius Sinaica: Si Manassem Deus ob pœnitentiam in gratiam recipit, & adeo dicere, ipsum etiam Diabolum fortassis, si toto cum animo scelerum suorum pœniteret, in gratiam recipere. Chrysof. Nemo desperet de malis suis.

Cyrillus: Qui undecima hora venit, ingressus est, nemo murmure contra patrem familias: Amice, non factio tibi injuriam. August. Honor est Paradisi, talè habere Dominum, qui & Latronem dignum efficeret possit delicias & possessione Paradisi.

Hac mutatio dextera Excelsi. Mira mutatio, inquit elegantissimus Pontifex. Insidiator viarum usque ad crucem reus, sic Christi repente Confessor. Id quod etiam Athanasius miratus sic ait: Crucifigitur ut Latro, & efficitur Evangelista.

Fundatur nimirum exultatione univèrsa terra mons Sion: latera Aquilonis, civitas Regis magna. Ubi Genebrardus: Latera aquilonaria sunt civitas Regis Christi. At August. Latera Aquilonis sunt, quis inhæserant Diabolo: quicumque enim alicui cohererent, latera ipsius dicuntur.

Ierum pulchre Arnoldus Carnatenis: Amovetur ab introitu Paradisi custodia ab initio pervigil, & versatilis gladius ille minax. Ibi latro locatur, unde Lucifer corruit: & cui tu forsitan, o Petre, ultra

septuagies septies reus, sed absolurus à bono Jesu, modò eum Angelis convertatur. Resurge, Petre, & discite ignoscere, neque annumeres peccata, vel multiplices tēpora. Non statatur numero, non clauditur

A fine, nullas omninò habet metas divina clementia. Sit, qui invocet, erit, qui exaudiret: sit, qui pœniteat, non deerit, qui indulgeat. Non huic pœnitenti multorum annorum jejunia imponuntur: non nudipedalibus, vel sacco afficitur: simul & conficitur, & justificatur. Vide horam, nota personam. Ultima hora, peccatrix persona: multa, antiquaque peccata illico abolentur gratia: nec processu, moraque temporis indulgentia limat, corroditque culpæ rubiginem, sed ubi repente, facto cælitus sono, Spiritus Sanctus illabatur, quidquid immaduerat peccati tabe, siccat, nec superest ulli in fœditatis vestigium vulneri, quod misericordiae abluit lavacrum.

B Forèbat etiam quatruiduanus in monumento Lazarus: suscitatus non tabescit languore: erigitur, solvitur, & statim convalescit. Nulla lepro crepido, nullus sius in facie Simonis superest: hospes in columnis curatori suo hilarem exhibet famularum: nullum signum horroris comitantibus Magistrum, idem conviva, & minister præterdit.

C Maria Magdalena ad pedes Christi plorat, & orat, tergit, & ungit: nec improperat Christus vitam i famem, & inverecuadam: nec opponit, quod diluit nec exprobrat, quod ignoscit: quicquid agit in huiusmodi, celeri nuntio Spiritu Sancto consummat: nec emendicat aliunde suffragia, qui, quod illuminat, format, qui statim piscatores facit Doctores, & idiotas, Prædicatores.

D In hac gratia non affligitur expectatio dilatatione, nec intervallum est inter operatum, & datum. David dicit: Peccavi. Et Propheta: Translatum est peccatum tuum. Ad Cain dicitur: Peccasti, quiesce. Ad mulierem in adulterio deprehensam: Non te

E condemnabo, noli ultra peccare. Quid commemorem Ninivitas, quorum pœnitentia subicò Judicem amovet, & sententiam? Quid Achab, & Manassem, Reges impios, quorum contritio in angustiis non est aspernata divina clementia?

Inter cætera pietatis exempla Latro noster nobis occurrit, pœnitentiæ regula, confessionis forma, indulgentiæ præconium, spei exemplum, qui dum ingemit, subitò quod

Latro ultimâ horâ sine morâ exauditus.

Spiritus S. sic curat, ut nullâ superest vestigium vulneri.

Ioan. 12.

Luc. 7.

Ioan. 11. & 12.

Gratia Dei subitò sanat.

2. Reg. 12.

Gen. 4.

Ioan. 8.

4. Reg. 24.

Latro pœnitentiæ regula, confessionis forma, spes exemplum quod

quod quærit, invenit, quod perit, accipit, & illico audit: *Hodie tecum eris in Paradiso.* Non ad loca Purgatoria, flammæque peccatorum ultrices, confitens destinatur, non ad loca tenebrosa, & tormenta deducitur: nullam pars adversa gratiæ Dei præsumit inferre calumniam: una crucis pœna omnia aboler crimina: immo non pœna, sed gratia. Præmittitur igitur in Paradisum hic nostræ nuncius absolutio- nis, & primitias libertatis nostræ (testis libertate donatus.) Paradisi civibus id expectantibus, & desiderantibus primus in- vexit.

Ad hujus ergo Latronis spem & nos sperare discamus, discamûsque & nos:

*Qui Latronem exaudivisti.*

*Mihi quoque spem dedisti.*

Hactenus de spe, & fiducia: aliquid jam nunc de ardenti ejus charitate dica- mus. Charitatis duo præcipui sunt actus, alter erga Deum, alter verò erga proxi- mum.

*Latronis amor in Christum.*

Erga Deum quanto is, rogo, flagravir amore? Egredie D. Maximus: Intellexit Latro, quod pro alienis peccatis has ille plagas susceperet, pro alienis sceleribus hæc vulnera sustineret, & scivit, quod illa in corpore Christi vulnera non essent Christi vulnera, sed latronis, atque adeò plus amare cepit, postquam in corpore ejus sua vulnera recognovit. Ait enim Propheeta: *Quoniam ipse infirmitates nostras portat, & pro nobis dolet, nos autem existima- bimus eum esse in dolore, livore ejus nos sanati sumus.* Plus ergo in cruce positus, livorem ejus cernens, Latro diligit Deum. Mira res! Plus in cruce Latro Christum diligit, quam Judas dilexit in coena. Ille per ci- bum supplantat Magistrum, hic credidit Dominum per dolorem.

*Ioan. 15.*

O amorem! ô charitatem! Certè ut Christus dixit: *Majorem hac dilectionem ne- mo habet, quam ut animam suam ponat quis*

*D. Cyprian. ser. pro amicis suis.* Et hic, teste Cypriano, factus est particeps regni: per confessionem factus collega martyrii. Et quidem non desiderio tantum, sed re ipsa, quod cruri- fragium non solum de more in cruce mo- rientium sibi inflictum, sed etiam in odi- suæ confessionis irogatum, æquo animo

toleravit. Unde Augustinus: Latro ille non ante crucem Domini sectator, sed in cruce Confessor, à Cypriano sancto inter Martyres computatur.

*Aug. lib. 1. de anim. orig.*

Amore etiam erga proximum sic fla- gravit, ut collarionis blasphemantis salu- tem vehementer cupiens, fraternam illum correptione, quæ actus est charitatis, in- crepavit dicens: *Nec tu times Deum, qui in eadem damnatione est?*

*Illius amor in proximum.*

Ecce Latronum jam jam à magistra cha- ritate edoctum, peregrinum Conciona- torem effectum. Templum, in quo ille concionem habuit, mons ipse Calvariæ fuit, suggestum, crux, auditores, socius, ac circumstantes: concionis thema: *Neque tu times Deum?*

*Latro con- cionator.*

Hic, ait eleganter Arnoldus, in Audi- torio publico fidei protulerat argumenta, & novo philosophandi genere, supplicii tanti immemor, cum blasphemo illo de timore Dei, & justitia disputabat: *Neque, inquit, tu times Deum, qui in eadem damna- tione est? Et nos quidem justè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit.* Credit, & confitetur: testis est innocentia Chri- sti: increpat maledicum, nec sibi parcit. Ibi philosophatur, & prædicat, & fatetur, ubi non tantum diffugiunt, & timent Apo- stoli, sed & ipsi maligni Spiritus jam jam impositi sibi fræni salivaria masticantes, per antiquum organum suum (linguam fœmineam) nitebantur colligationes il- las impietates dissolvere, scientes, quia fortis armatus hic ancipiti gladio erat eos de dia possesso hujus mundi atrio ejectu- rus. Iraque Concionator illustris, oblato confessionis, & fidei authoramento, im- positioque latroni blasphemanti silentio, victoriæ suæ palmam, & authoramentum à Judice exigens, ad Christum converti- tur, & dicit: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.*

*Arnoldus de sept. verb.*

Considerare necesse est (pergit sic Car- norensis) quem locum, quem modum, quod tempus hæc causa habuerit, & quæ celerem auditum confessio meruerit: quid possit pœnitentia, quando bonus Domi- nus tribulato corde clamantem ad se ser- vum suum, etiam in ultimo peccati pūcto non negligat. Hora mortis erat, jamque

*Latro ostendit pœnitentia quid possit.*

confi-

confitētis anima faucibus hærebat, jamq; linguam ejus alligabat angustia, illôq; articulo temporis, ferè ab ipſis Apoſtolis ſalus deſperabatur. Modus paſſionis, crux, inter omnia ſupplicia turpiſſimum, & atrociffimum. Quibus poſtpoſitis, quaſi plagatum, & ſanguinis immemor, dictator Evangelii Latro efficitur, & (quod perſuaderi illa hora difficile erat) Chriſtum Deum in Cruce fateretur, ibi orat, ibi adorat: multa ſimul pietatis officia complectitur. Credit, & timet; compūgitur, & pœnitet, confitetur, & prædicat; amat, confidit, & orat; fide illuminatur, timore ſubditur, compunctione mollicur, pœnitentia concutitur, confeſſione purgatur, prædicatione zelatur, dilectione dilatur, confidentia ſperat, oratione impetrat. Hactenus ille, & fortè nunquam meliùs.

¶ Cæterum ut licet hoc loco divinæ gratiæ efficaciam admirari, cui hic tam perfectè cooperatus eſt, ſic & alterius latronis placet duritia non expendere, qua cor ejus ſaxum taliter obduruit.

Relucet planè in latronis hujus converſione efficaciã divinæ gratiæ, ac Dei omnipotentia. Nunquid ingreſſus eſt theſaurus nivis, aut theſaurus grandinis aſpexiſti? Quæ preparavi in tempus hoſtis, vel anguſtia, in die pugna, & belli? Sic Deus Jobum amicum interpellat, ut ei ita ſuæ magnitudinem ſapientiæ, ac omnipotentia declararet. Sed, rogo qualiter? Theſaurus nivis, & grandinis? Quibus theſauris? D. Gregor. Quid aliud nive, vel grandine, niſi frigida, ac dura intelligenda ſunt corda pravorum? Sicut enim fervore charitas, ſic ſolet in ſacro eloquio rigore malitia designari, ſcriptum namq; eſt: Sicut frigidam facit cifterna aquam ſuam, ſic frigidam facit animam malitia ſua. Et rurſum: Abundabit malitia, & refrigeſcet charitas multorum. Quia ergo omnipotens Deus Sanctos ſuos de talibus eligit, & quàm multos electos adhuc inter pravorum vitam reſpoſitos habeat, novit, aptè in nive, vel grandine theſauros habere ſe perhibet. Theſaurus quippe à theſauris, i. e. à poſitione nominatur. Et ple-roſq; in vita frigida diu latenter reſpicit, quos ad medium, eum jubet, producit, & juſtitiæ nitore candidos per ſupernam

A gratiam oſtendit. Scriptum quippe eſt: Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Pſal. 50.

Quos ad diem belli, pugnaeque præparatos, diu intra ſuæ præſcientiæ ſinum tegit: ſed cum repente eos eduxerit, reſiſtentiã adverſariorum peſtora illorum verbis, ac redargutionibus, quaſi quibusdam grandinibus percutit.

Hucusq; Gregor. Et quid aptius pro latrone? Annon latro iſte nix, & grãdo? ſed theſaurus planè nivis, & grandinis præparatus in tempus hoſtis, vel anguſtia paſſionis, in diem magni illius belli, quo Princeps hujus mundi ejectus eſt foras: tunc fanè illum produxit, ut collatronem redargueret: ut cum ille blaſphemaret, iſte laudaret, ac benediceret.

O divinæ gratiæ efficaciam! ô divinam Dei potentiam! Verè cornua in manibus ejus, ibi aſcondita eſt fortitudo ejus.

Habac. 3.

Et quænam alia, niſi omnipotentis manus Latronem hunc ab ipſis Inferni faucibus eriperet? Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet, ſi autem fortior eo ſuper veniens vicerit eum, univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat. Chryſ. in Catena, fortem vocat Diabolus: Fortitudo in lumbis ejus, & virtus illius in umbilico ventris ejus. Fortior Chriſtus, expolians principatus, & palam triumphans in ſemetipſo, qui univerſa arma Diaboli abſtulit, cum peccatores, ac publicanos, latronesſque convertit.

Chryſoſt. in Cat. ibid.

Job. 41.

Conſideravi, inquit Propheta, operatua, & exparvi, in meſſo duorum animalium (ex D. Hieron. & Auguſt. duorum latronum) cognoſceris: in altero videlicet miſericors, in altero juſtus.

Habac. 3.

Hieron.

Auguſt.

Huc facit illud Vatis: Glorificabit me beſtia agri, avacones, & ſtruthiones Gloſſa, i. e. ſanguine, inorūq; feritate beſtiales. Populum juſtū formavi mihi, laudē meā narrabit.

Iſa. 41.

Gloſſ. ibid.

Veniſte per apoſtrophēn Auguſtinus ad Chriſtum: Quid dicis? inquit: Crucifixus es, Domine, & Paradifum promittis? Ita, inquit Dominus, ut in ipſa Cruce virtutem meam agnoſcas, quoniam res hæc triſtitiæ videbatur, ut non in Cruce lignum attendas, ſed virtutem ejus, qui crucifixus eſt, dicas: In Cruce hoc miraculum operatus eſt. Unde maxime potentiam ſuam declarat Omnipotens, non mortuam

Latronis converſio miraculum Chriſti in cruce.

Latro dictator evangelij factus

Credit, & timet, & pœnitet, confitetur, prædicat, amat, confidit, orat.

Iob 38. Hebr. Gratia divina vis in bono Latrone enituit.

Greg. ibid.

Ierem. 6.

Matth. 24.

mortuum suscitans, non mari, ac ventis A imperans, non Demones eiiciens, sed crucifixus, derisus, atque contemptus, longo scelere usu obduratam Latronis mentem imutare praevaluit, ut ex utroque virtutem eius inspicias. In eodem enim tempore passionis crucifixus universam turbavit creaturam, & saxa discipulis, duriorum verò lapidibus animam attraxit pariter, & honoravit.

Cyprianus: Considero, inquit, Domine, te in illo patibulo, ubi videbaris sine adiutorio, quomodo imperatoria maiestate Latronem praemittis ad regnum: ex cuius assumptione jam manifestè constat, quantum apud derelictos profeceris, quorum primus iste gloria, & honore coronatus, ipsa die Paradisi civis, & domesticus Curiae caelestis efficitur.

Vade & D. Leo: Excedit, inquit, humanam conditionem ista promissio: non tam de ligno Crucis, quam de throno editur potestatis.

O verè admirabilem Dei virtutem, ac omnipotentiam! Quid tu, Domine, amplius Stephano contulisti? (mirabundus fatuit sic Cyprianus.) Quid amplius ille obtinuit dilectus tuus, qui supra pectus tuum in caena recubuit? Quid amplius Pauli meruere sudores? Quid labores Sanctorum?

quid tot annorum tormenta? quid Martyrum plagae? Vna hora huic collatum est praemium, ad quod illi per discrimina pervenerunt. Si tu, Domine, armentarios statim Prophetas, opulentes Reges, telonarios Apostolos, piscatores Doctores facis, Dei perfecta sunt opera.

Planè, quia sic Dei omnipotentia declaratur, unde Cypriani objectioni quasi Cyrillus respondeat: Qui tulerunt, inquit, pondus diei, & astus, nondum ingressi sunt: & qui undecima hora venit, ingressus est. Nemo murmuret contra patrem familiarem, cum ille dicat: Amice, non facio tibi injuriam. Nonne potestatem habeo in meis facere, quod volo?

Pulchrè Augustinus divinam hanc contemplatus omnipotentiam: Nemo, inquit, Regum aliquando passus est, latronem hominem, aut quaequam alium ejusdem naturae conservum secum assumptum. *Speranza Scripturae selecta.*

mens ita in civitatem introducere: sed Christus hoc fecit, qui mortis, & Diaboli victor, & sacratissimam ingrediens patriam, secum latronem introducit: non conculcans Paradisum isto pietatis opere, sed honorans, neque confundens latronis introitu; sed illustrans. Honor namque Paradisi est, talem Dominum habere, qui etiam Latronem dignum facere posset Paradisi deliciarum. Etiam cum Publicanos, & meretrices introduceret in regnum caelorum, non confundit, sed extulit illud, neque deiecit, sed potius honoravit Paradisum.

Inter alias verò insignes, ac mirabiles peccatorum conversiones, quibus omnipotentia divina declaratur, haec plane mirabilis exitit: immò haec una mirabilior fuit ipsa Magdalene, ac Pauli conversione. Magdalena siquidem si convertitur, portentosa Christi miracula vidit, doctrinam ejus in concionibus audivit, exempla sororis Marthae ad conversionem illam invitabant, ac penetrabant. Si convertitur Paulus, mirum quidem, sed tamen vidit Christum gloriae fulgoribus radiantem & claris Sole fulgentem. Latro nec Christi doctrinae auditor exitit, nec ut Magdalena exemplo socii excitatus fuit, quin potius ille ad improperandum Christo eum alliciebat, nec ut Paulus Christum splendoribus coruscantem vidit, sed potius veluti leprosum, desectum, humiliatum, inglorium, quem admodum Itaius ait.

Mirabile certè divinae operis omnipotentiae hocque praecipue inter mirabiliora ejus opera computandum. Divino quidem consilio factum arbitror, ut tot illa inaudita passionis tempore prodigia omnium oculis apparent, ut nimirum inde magis Christi potentia, atque maiestas eluceret. Obscuratus est Sol: terra mota est: petra scissae sunt: monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. At inter haec omnia nullum, si dici licet, mirabilius Latronis hujus conversione potentum: si enim mirabile est, Solem obscurari: mirabilius multò est tenebrosam, ac caecam Latronis mentem illuminari. Et si

*Latronis introitu illustratus paradysus.*

*Converso illius admirabilior, quam Magdalena, & Pauli.*

*Miraculorum sub mortis tempore à Christo patrum insignitissimè. Luc. 7. Matth. 27.*

*Cypr. serm. de Pass.*

*D. Leo serm. 2. de Pass.*

*Cypr. in ep.*

*Joan. 21.*

*Latroni una hora collatum, quod Stephanus, Ioannes, Paulus per longa discrimina tandem adepti. Cyrill. cath. tech. 13.*

*Matth. 20.*

*Aug. serm. 130. de temp.*

mirabile est inter se se petras collidi, mirabilius est, à Petra Christo hanc petram scindi, ac è saxo Latronis hujus corde ardentes amoris scintillas educi. Et si mirabile est, terram contremiscere; mirabilius sanè est, intrepidum ad perpetranda tot facinora Latronis animum vocem Christi audientem sancta, piaque trepidatione commoveri. Quod si adhuc mirabile est, sepulchra referari; longè mirabilius est, os Latronis hujus, *sepulcrum* nimirum patens, quod tam malè ante à fecerat, nunc ad verba salutis proferenda, & tam bene olentia relaxari. Quod si tandem mirabile fuit, corpora jam defuncta resurgere; mirabilius profectò est, ac multò excellentius, mortuam, quatenus divina carebat gratia, Latronis animam ad vitam spiritualem revocari.

Iob. 38.

Dicatur ergo: *Nunquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspersisti?* ut scilicet divinæ gratiæ infinitam in hoc Latrone bonitatem, omnipotentiam, misericordiam perpenderes?

¶ Sed quemadmodum in hoc Latrone divinam misericordiam omnipotentiam contemplati sumus: sic & in alterius collatronic duritie, atque perfidia divinam nunc justitiam meditemur; ut proinde verissimum illud Pauli proloquium intelligamus: *Cujus vult, miseretur, & quem vult indurat.*

Rom. 9.

Orig. lib. 11. in Ep. ad Rom. Cor durum quid. Philo lib. Quis divina rum rerum hares.

Et quid, ac quale, rogo, cor durum est? Cor durum, inquit Origenes, in Scripturis dici videtur, cum mens humana, velut cera frigore iniquitatis obstricta, signaculum imaginis divinæ non recipit. Cui consonat Philo, dicens: Anima, cæra moris, (ut prisceus quidam ait) si dura sit, formas respuit, nec sibi sinit imprimi: sin autem sit obsequens, aut mediocriter facilis, profundè sigilla recipit.

Bern. lib. de consid. c. 2.

Ezech. 36.

Itaque durum cor omnes Dei impressiones, inspirationes, admonitiones rejicit, quibus cor molle acquiescit. Quare optimè dicit Bernardus: Nemo duri cordis salutem unquam adeptus est, nisi quem forè miserans Deus abstulit ab eo (juxta Prophetam) *cor lapideum, & dedit illi cor carneum.*

Pergit verè Bern. cordis duritiem gra-

phicè sic describere: *Quid, inquit, igitur cor durum? Ipsum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate molliatur, nec moveret precibus, minis non cedit, flagellis duratur: ingratum est ad beneficia, ad consilia insidum, ad judicia favum, in verendum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad divina, præteritorum obliviscens, præsentium negligens, futura non providens.*

Ipsum est, cui præteritorum, præter solas injurias, nihil omnino non præterit, præsentium nihil non perit, futurorum nulla, nisi forè ad ulciscendum, prospectio, seu preparatio est, & ut in brevi cuncta horribilis mali mala complectar, ipsum est, quod nec Deum temet, nec hominem reveretur.

Luc. 18.

Annon tibi suis coloribus depicta cordis nequam Latronis hujus durities? Nulla hic compunctione scissus, nulla pietate mollior, non motus vel Christi, vel alterius precibus, minis damnationis non cessit, flagellis, & ipsa Cruce magis obduravit. *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione est? Cor durum habebat, quod nec Deum timet, nec hominè reveretur.*

Ea planè est cordis humani durities, ut cum satis explicari nequeat, rigidissimis omnino rebus, & quæ vix arte domari possunt, utcumque comparatur. Hinc rectè Gregorius: *Are, ac lapidibus insensibilium hominum corda signantur, qui sæpè & supernos ictus accipiunt, & tamen nulla disciplinæ percussione mollescunt.*

Cum rigidissimis rebus comparatur. Cur?

Gregor. 7. Mor. c. 9.

Hinc & sacra pagina cor durum vocant lapideum, homines verò hoc corde præditos, *filios dura facie, & indomabili corde.* Vnde Hieras ad populum: *Scio, quia durus os tu, & nervus ferreus cervix tua, & frontis tua area.* Et de eodem Jeremias: *Induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti.*

Exod. 32.

Isa. 48.

Jerem. 5.

At quorsum hæc comparationes, nisi ut designet majorem cordis humani esse duritiem, quàm lapidis, ferri, & æris? Constat sanè, metalla etiam durissima igne liquefieri, & à fabro edonari. Latro iste annon indomabili corde, quod nec igne divinæ amoris liquefcere vidimus,

nec



*Sedul. lib. 5. Rasch. oper.*

O certè Dei iudicia timenda ! ò div-  
sas hominum fortes ! Sedulius : Ille fores  
Inferni intravit. (loquitur de malo latro-  
ne, & de bono subdit) Iste supernas irru-  
pit. Ille caliginè profundæ submersus,  
claustra penetravit gehennæ : iste lumen  
claræ lucis ingressus, caelorum regna di-  
ripuit.

*Latronis exem-  
plo nemo prae-  
sidiat.*

Sed nemo sibi Latronis exemplo de-  
venia blandiatur, dum nimis securiter in  
peccato perseverat. Ne fortè dicat ali-  
quis in corde ( inquit serid. & graviter  
Emissenus) Non me usque adeò contri-  
stat culpabilis vita : video sub exiguo  
spatio, video sub momento, Latroni cri-  
mina fuisse donata. Immitit Diabolus  
securitatem, ut inferat perditionem : nec  
dinumerari possunt, quantos hæc inanis  
spei umbra deceperit. Deterreant, quæ-  
so, vos ab hac persuasione innumerabiles  
populi sub tanta se. uritate nudi, & vacui  
bonis, & malis pleni ex hac luce prærepti.  
Quotidie expavescenda exitus nostri, &  
commigrationis incerta hora : præve-  
nicndus est dies, qui prævenire consue-  
vit. Periculosissima est in ultimam diem  
promissa securitas.

*Chrysol. hom. 22  
in 2. Cor. 10.  
in Mor.  
Eccl. 4.*

Chrysol. Ne tardes converti ad Domi-  
num. Et si differas de ate in diem, nescit enim,  
quid paritura sit superventura dies. Pericu-  
lum enim, & metus est in differendo : sa-  
lus verò certa, ac securus, si nulla sit dilata-  
tio. Ne dicas : Erit tempus, quando  
converti licebit. Verba enim hæc valde  
Deum exasperant. Inebriatus es ? ventri  
indulxisti ? rapuisti ? siste jam gradum :  
verte te in diversum Confitere Deo gra-  
tiam, quod non in mediis peccatis te ab-  
stulit : ne quære aliud tibi prorogari  
tempus, ut mala opereris. Multi, dum  
malè, ac otiose viveret, subito perierunt,  
& in manifestâ damnationem abierunt.  
Time, ne idem tibi accidat. Sed multis,  
inquit, dedit Deus spatium, ut in ultima  
senectâ confiterentur. Quid igitur, nun-  
quid & tibi dabitur ? Fortassè dabit, in-  
quies. Cur, cur dicis, fortassè ? Contigit  
aliquoties ? Cogita, quod de anima deli-  
beras : proinde etiam de contrario cogi-  
ta, & dic : Quid autem, si non det ? Quid  
autem, si det, inquis ? Esto, dat quidem

*Pœnitentia  
procrastinatio  
multos perdidit.*

ipse : veruntamen hoc illo certius, & uti-  
lius, &c.

Ille, inquit iterum Emissenus, nec salu-  
tis tempora, nec remedia status sui in  
momenta ultima infelici fraude posuit,  
nec redemptionis suæ spem in despera-  
tionis novissimum reservavit Ergo etiã  
ex hoc placuit Deo, quia ad consequen-  
dum fidem, non fuit extrema illa hora,  
sed prima.

*Emiss. quo-  
suprà.  
Latro non ex-  
tremâ, sed pri-  
mâ statim  
acceptæ fidei  
horâ conver-  
sus.*

Pulchrè, & verè : nam statim ac illu-  
minatus, conversus est. Vnde Ambrosius  
de eodem latrone loquens. Citò, inquit,  
ignoscit Dominus, quia citò ille conver-  
titur.

*Citò conversus  
etiam invenit  
veniam.*

Væ, qui in finem vitæ pœnitentiam  
protahit. Cum solennissimus sit Psal-  
morum in fronte titulus ille prænotatus :  
In finem : quærit Chryl. cur Psalmus de-  
cimus quartus hoc titulo careat, cum  
Psalmi antecedentes, ac subsequentes in-  
scribantur : In finem ? Et cur iste, inquit

*Ambros. in  
Luc. 23.  
Pœnitentiam  
procrastinan-  
tibus v. 6.*

Chryl. non complectitur, In finem ? Quo-  
niam, subdit, docet de iustitia, & reliquis  
virtutibus, propterea non complectitur,  
In finem : ne cum juventutem peccato ex-  
hauserat, languidam, & enervatam senè-  
tatem virtuti reserret.

*Psalm. 14.  
Chryl. ib.*

Egregiè D. Casarius Arelatensis ad il-  
lud de Magdalena : Vt cognovit, quia Iesus  
accubasset in domo Pharisæi, &c. Nec ipsa,  
inquit, se reservavit, ut in fine vitæ suæ  
pœnitentiam ageret : sed dum adhuc po-  
terat peccare, sic voluit peccata deserere,  
ut illam de adulteriis suis non impossibi-  
litas subtraheret, sed voluntas. Hæc, in-  
quam, hæc vera pœnitentia est, quæ fun-  
datur non in impossibilitate peccandi, sed  
in voluntate serviendi Deo.

*Luc 9.  
Casar. Arel.  
hom. 7.  
Magdalena  
pœnitentiam  
non distulit in  
finem vitæ.*

Hæcque Deo placet, etiq; pergrata est,  
unde Aponius, sive Lucas Abbas ex Apo-  
nio, ad illud : Messui myrrham meam cum  
aromatibus meis : Messui, inquit, myrrhâ  
amaram quondam, nunc medicinæ exem-  
plum, per conversionem trisulenti Latro-  
nis, cū aromatib' pœnitentiæ Meretricis.

*Apo. in 5.  
Cant.*

Verè quidem Richardus Victorius :  
Tarda, & nimis sera providentia est, cum  
jam imminens periculum vitari nō potest.

*Rich. lib. 1.  
de erud. in-  
ter. hom.*

Apud Iosue Achan ille delictum tan-  
dem confessus est. Non tamen ullam  
mereri.

*Ios. 7.*

Rup. lib. 1. in Ios. c. 21. Vera confessio fecit, ut venia non inveniret Achab. Aleim. lib. 5. de transitu marii rubri. Exod. 14.

Pœnitentia ambigua, quæ fra. Ierem. 11.

Supremo in agone tantum orantes & græ audit Dominus. Theod. ibid. Aug. ser. 47. ad Fr. in eremo

Pœnitentia secura cur ambigua.

mereri veniam debuit, inquit Ruperrus, A quia videlicet confessio nimis tarda fuit. Ante enim turbatus est Israël, quam ille reatum agnosceret, & ante fors veridica, Deo auctore, prodidit personam: quam ipse culpam.

El ganter Aleimus ad illud Pharaonis, cum jam penè marinis fluctibus mergeretur: Fugiamus Israël, Dominus enim pugnat pro eis.

Osi compunctas humana superbia mentes Ante obitū mutare, nec expectare suprema. B Facta velis, quando infelix felicior esses! Pœnitete ambiguo, quem sero pœnitet.

Vnde ad Ieremiam Dominus. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumes pro eis laudam, & orationem, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. Quid! In tempore afflictionis non exaudiet? Non exaudiet, inquit ibidem Theodoretus, quia in ipso pœnarum momento preces offerunt.

Aug. ser. 47. C Aug. ser. 47. Auctori est sermonum ad Fratres in eremo: Si quis pœnitens in ultima ætate necessitate a gritudinis voluerit pœnitentiam accipere, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit, fateor vobis, non esse negandum illum salvari, qui benè hinc exit: non tamen hoc plene dicere præsumo. (supple, quod hinc benè exeat.) Agens pœnitentiam, & reconciliatus, dum sanus est; & postea benè vivens, securus hinc exit.

D Agens pœnitentiam ad ultimum, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Vnde securus sum, do securitatem: unde securus non sum, pœnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Quod dico, attendite. Debeo illud pleniùs exponere, ne quis malè intelligat. Nunquid dico, liberabitur? Et quid dicis mihi? Nescio: non promitto, non præsumo, nescio. Vis de dubio liberari? Vis, quod incertum est, evadere? Age pœnitentiam, dum sanus es: si enim agis, pœnitentiam, dum sanus es, & invenit te novissimus dies, & reconcilieris, securus es. Quare securus es? quia eo tempore pœnitentiam egisti, quo peccare potuisti. Si autem vis agere pœnitentiam, quando peccare non potes, pec-

cata te dimiserunt, non tu illa Ergo (concludit ille) dimitte incertum, & tene certum.

Sed jam suo stylo August. sermone quinquagesimo octavo de tempore: Nemo nec post centum peccata, nec post mille crimina de misericordia divina desperet. Sic tamen non desperet, ut sine ulla mora Deum sibi repropitiari festinet, ne forte, si consuetudinem peccandi fecerit, etiam si velit de Diaboli laqueis liberari, non possit. David enim, qui & Rex, & Propheta divino munere fieri meruit, post tantam gratiam ita præventus est, ut non solum adulterium committeret: sed etiam homicidium perpetraret: nec tamen se ad hoc reservavit, ut in senectute sua ad pœnitentiæ medicamenta confingeret: sed statim cilicio prostratus, confectus cinere cum ingenti rugitu, & gemitu pœnitentiam agens implevit illud, quod ipse in Psalmis dixerat: Lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo. Et iterum: Cinerem sicut panem manducabam: & potum meum cum fletu mihibam. Et quia pœnitentiam agere mortifica securitate non distulit, cito in se Dei miserationem ita revocavit, ut non solum regnum non amitteret, sed etiam Sancti Spiritus donum recipere mereretur.

D Verum in medium proferes proloquium illud: In quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Fateor. Scripturam hanc nondum inveni, sensum illius admitto, & a) o, hominem divina gratia adjectum, vel in ultimo vitæ discrimine, ac extremo momento posse pœnitere: in negotiorum tamen negotio, animæ scilicet, periculum prædico: & cum antedictis jam Patribus non id quidem advertero, sed valde difficile, ac rarum esse perpendo, & illud Cypiani metuo: Nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit moriturum.

E Vides, inquit Athanasius, latrones? sed non ambo in eisdem. Alter regnum hæreditavit, alter in gehennam dimissus est.

Egrediè planè Nazianzenus de simbricæ furtivo illo attractu mulieris hæmorrhoisæ: Ne alioquin (monet) sanguinis.

Aug. ser. 58. de temp.

Post quantumcunque peccata nemo desperet, sed pœnitere festinet.

David pœnitentiam non procrastinavit

Psal. 6. Psal. 101.

Citâ pœnitentiâ salvatus.

Cypr. relat. de pœn. dist. 7.

Athan.

Naz. or. in S. Baptism.



*Christus furto circumveniri non amat.*

*Latro unus fuit: ut propter illum nec desperes, nec praesidas.*

*Eccel. 5. Aug. ser. 40. de temp. Scot. 4. sentent. dist. 20.*

*Poenitentia sera quam dubia, ex Scoto.*

*Rom. 2. 1. sa. 39.*

*Psal. 6.*

*1. Thess. 5.*

guinis defluvio labores, Christum que jam suffraganda salutis causa prehendere nequeas. Neque enim furto saepius circumveniri Christus amat, tamen clemens, & mirè facilis sit.

Ne temere fidas Latronis furto. Unus est, ne desperes: unus est, ne praesumas. Noli itaque tarde converti ad Dominum, nec differas de die in diem, quia nescis, quae superventura pariat dies.

O homo (sic te interpellat Augustinus) B quare differas de die in diem, forte hodie habiturus ultimum diem?

Quod ut facias, audi, & post Patres & Scholasticis quam plurimis Scotorum hac de re, non tam subtiliter, quam moraliter sic loquentem in quarto sententiarum, distinctione vigesima, quaestione unica, Vtrum poenitentia in extremis valeat ad salutem. Quaestionem ita resoluit: Si

quis in extremis gravi valetudine, vel discrimine (ut est submersio, aut aliud quidvis) constitutus, verè poenituerit, & plene ad Deum, vel dolore interiori debitis circumstantiis adornato, vel poenitentiae Sacramento sese converterit, utique salutem consequetur. Exemplo autem est bonus Latro, de quo Augustinus: Multum sera fuit Latronis poenitentia, sed non fuit sera ejus indulgentia. Vnde Ezechiel. *Quaecumque hora, &c.* Id autem

contingere posse constat ex eo vel maxime, quod respicere à peccatis sit donum Dei: Ignoras, quin benignitas Dei, &c. Et non sit abbreviata manus Domini, ut salvare nequeat, nec aggravata auris, ut non exaudiat. Nihilominus poenitentia, quae videtur haberi in extremis (ab eo videlicet, qui secundum naturales causas nequit subveniri) vix est vera, & sufficiens ad salutem assequendam. Quia E

admodum difficile est tunc verè poenitere, cum tunc impediatur liber usus rationis, & voluntatis ex dolore, vel timore inhaerentibus. Vnde Psalmista: *Timor, & tremor venerunt: ibi contexerunt me tenebra.* Et alibi: *Non est in morte, qui memor sit tui.* & Paulus: *Sicut dolor in utero habentis, & non effugient.* Priusquam autem aliqua detestatio sit vera, requiritur, quod liberè eliciatur, immò ad omnem

A virtutis actum hoc requiritur: sed in extremis difficile habetur talis libertas: quando quidem passiones, quae sunt à tristatibus, secundum Augustinum, plus movent, quam passiones, quae sunt à delectantibus. Hinc est, quod immanissima bestia retrahuntur à timore, vel dolore à persecutione delectabilium: sed passiones delectabilium frequenter absorbeunt usum rationis, ut ait August. ergo à fortiori passiones provenientes à tristatibus, quae licet tunc liberi arbitrii usum omnino non auferat, multum tamen impediunt, adeò ut vix debere homo respicere possit, juxta illud D. Augustini: Cum sera venit poenitentia, tantus aliquando cruciatus ligat membra, & dolor sensum opprimit, ut vix homo aliquid cognoscere valeat.

Præterea antequam detestatio peccati sit sufficiens ad veram poenitentiam, necesse est, ut sit adornata circumstantiis debitis, præcipue, circumstantia finis, id est, ut peccator detestetur peccata præcipue propter Deum, quem offendit, & desiderio caelestium. Is autem, qui tota vita male vixit, & in extremis constitutus poenitet, videtur potius moveri timore damnationis, quam amore ipsius Dei. Nam si evadere posset illud discrimen, fortasse non respiceret, sicut nec antea curavit. Quare apparet in eo esse quidpiam involuntarium sicut in eo, qui merces in mare proficit timens naufragium. Deus autem hilarem diligit datorem. Vnde Augustinus: Oportet non solum timere Iudicem, sed eum diligere: arbitrii enim libertatem querit, ut possit delere commissa, non necessitatem, charitatem, non timorem. Non igitur timeat poenam, qui poenitet, sed anxietur pro gloria.

Insuper, qui hætenus perseveravit in peccatis, habet malos habitus, qui eum impediunt à divinis, & spiritualibus, & attrahunt ad temporalia. Adest uxor, filii, divitiæ, quorum omnium (etsi absunt) recordatur, & ejus animum plurimum distrahunt.

Adde, quod ait Augustinus: Illi autem, qui cum potuerint, noluerunt, converti, c. 22.

verti, confitentes, cum jam peccare nequeunt, non sic facile acquirunt, quod volunt. Et alibi de verè pœnitentibus, quod etiam refertur à Magistro: Si quis positus in extremis, &c. Ex quibus colligitur primum, quod persuadendum est, ut dum sanus est, respiciat propter periculum, cui se exponit, sicut Christus suavit: *Nisi pœnitentiam habueritis, &c. Nescitis, quando Dominus veniat, serò, an, &c.* Deinde, quod in extremis agenti suadendum est, quod doleat de peccatis liberè, & propter Deum, non habita ratione agnitudinis, aut instantis mortis & præ omnibus caveat, ne desperet de Dei misericordia, quæ superexaltat iudicium. Consideret latronem evangelicum, quem Cyprianus, & Hieronymus ad Damasum testantur esse Martyrem. Hic quoque ad Furiam ait: *Fac de necessitate virtutem. Quod nobis concedat Dominus noster Iesus Christus.*

Tu differes converti, & servire Deo, qui præmium sibi servienti non differt.

*Ecco merces mea mecum est. Hodie, hodie mecum eris in Paradiso.* Hanc etiam Christi benignitatem ac munificentiam in retribuendo sic expendens Ambrosius: *Latro, inquit, adhuc rogabat Dominam, ut meminisset sui, cum venisset in regnum, & Dominus cum nondum venisset. Tunc non venerat in regnum suum, id est, in perfectam corporis, & animæ felicitatē, sed in die Resurrectionis, ait Bell. de sept. Verb. lib. I. c. 4.) ei iam regnum caeleste tribuebat. Quam velox (subdit) misericordia! tardius votum precantis, quam remuneranti est, remissam.*

Idem alibi pendens illud, *eris*: *Forturum, inquit, promittit: sed id, quod futurum est, unius diei spatio non patitur proelari. Vberior est gratia, quam precatio: semper Dominus plus tribuit, quam rogatur.*

Quam immensa misericordia, ac liberalitas! quam bonum huic bono Domino deservire! Is doloribus oppressus potuisset utique Latronem orantem non audire: verum ardens illius charitas oblivisci acerbissimorum dolorum maluit, quam miserum huic peccatorem confi-

tentem non audire. Idem ad maledicta, & exprobrationes omnino obmutuit: ad clamorem pauperis pœnitentis, & confitentis obmutescere non potuit. Ad maledicta charitas obmutuit, quia *patiens est: surdus, ad ad confessionem non obmutuit, quia benigna est.*

Sed de illius liberalitate quid dicam? Qui dominis temporalibus deserviunt, sæpe multum laborant, & modicum, aut nihil est, quod lucrantur. Certè non paucos quotidie vidimus, qui in aulis Principum ætatem contriverunt, & in senio ipso domum redeunt penè mendici.

Christus Princeps verè liberalis, verè magnificus, nihil ab isto Latrone accepit, nisi pauca bona verba, bonumque illi obsequendi desiderium. At qualem Latro mercedem accepit? Ipsa die primum dimittuntur ei debita multa, quæ nimirum toto vitæ tempore peccando contraxerat: deinde admiscetur Principibus populi sui, Patriarchis scilicet, & Prophetis, ut de eo Christus dici possit: *Suscitans à terra incipem, & de stercore erigens pauperem, ut collocaet eum cum Principibus, cum Principibus populi sui. Facile est enim in oculis eius subito honestare, vel locupletare pauperem.* Tandem assumitur ad consortium mensæ, dignitatis, gloriæ, atque ad eodè omnium bonorum Christi: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Et quod dixit, fecit: neque distulit mercedem ejus in diem Iudicii. Considerabat Latro facinora sua, quemadmodum ait Augustinus, & pro magno habebat, si ei vel in fine patceretur, neque post aliquot Purgatorii años, aut post aliquot menses, vel dies, sed illa ipsa die mercedem plenam, mensuram bonam, confertam, cogitatam, superfluentem dedit in sinum ejus. *Hodie, hodie, inquit, antequam Sol occumbat, mecum transibis de patibulo crucis ad delicias Paradisi.*

O, o verè liberalem, ac magnificentum Dominum! Quis huic toto vitæ tempore non serviat? Et quis mundo serviat? aut cuius rei gratia, suos illi labores impendat? Dic, quæso te, aiebat aulicus ille ad amicam, apud Augustinum, omnibus istis laboribus nostris, quod ambi-

*Christus ad blasphemias Iudeorum surdus, ad preces Latronis attentus.*

*Psal. 112.*

*Ecc. 11. Græc.*

*Luc. 6.*

*D. Aug. lib. 8. Confess. 6.*

mus

*Tom. 1. hom. 41.*

*Luc. 15. Mar. 13.*

*Inc. 1. in serm. de Cena Dom.*

*Apoc. 22.*

*Ambros. in Psalm. 37.*

*Idem ser. 8. in Psalm. 118.*

*Deus semper plus tribuit, quam rogatur.*

*Amicorum  
vanitas  
& spes frustra.*

mus per venire? Quid quaerimus? cuius rei causa militamus? Majorne esse poterit spes nostra in palatio, quam ut amici Imperatoris simus? Et ibi quid non fragile, plenumque periculis? Et per quod pericula pervenitur ad grandius periculum? Et quamdiu istud erit? Amicus autem Dei, si voluerit esse. ecce nunc fio.

Felix, qui cum Latrone, statim ac vocatur, Deo servire disponit, ut statim Dei servus, & amicus evadat.

*Mulier, ecce Filius tuus. Deinde dicit Discipulo: Ecce Mater tua. Ioan. 19.*

PUNCTUM XXXII.

*Gen. 3.*

*Maria Ioannē accepit filium, communi omnium Matri detur adoptivus? Penē flagrantissima Sobolis Mater moreretur, si filios non haberet: Da mihi liberos (diceret illa sanctius) alioquin moriar.*

*Cant. 4. Rich. ibid. Maria duo ubera qua.*

*Maria miserias scire, & non subvenire non potest.*

*Ubera misericordiae & misericordiae Deo lactante accipit.*

*Cant. 4.*

**E**N *Herba*, quae feliciter per oraculum nomen accepit, ut esset Mater omnium viventium.

Annon, Filio nunc naturali moriente, communi omnium Matri detur adoptivus? Penē flagrantissima Sobolis Mater moreretur, si filios non haberet: *Da mihi liberos* (diceret illa sanctius) *alioquin moriar.*

*Duo ubera tua, sicut duo hinnuli caprea gemelli* Duo ubera eius, inquit Richardus, generatae lac dilectionis fundentia, reis videlicet veniam, ac iustis gratiam. Haec sunt ubera tua, o beata, quibus miseros lactas, dum misericordiam eis impetras: lactas miseros, & ab ipsa misericordia lactaris, ab ipsa percipis, quod refundis. Aded (subdit ille) pietate replentur ubera tua, ut alicujus miseriae notitia tacta lac fundant misericordiae, nec possis miserias scire, & non subvenire. Et quid mirum, si misericordia affluis, quae ipsam misericordiam peperisti? Carnalia in te Christus ubera suxit, ut per te nobis spiritalia fluere: cum enim misericordiam lactasti, ab eadem misericordiae ubera accepisti. In te ergo concrevit lac misericordiae, & ex te nobis profluxit.

**E** *Hinc merito ad te filii tui, o Mater:*

**A** *Quam pulchra sunt mammae tuae! Pulchriora sunt ubera tua vino.* Do hic lactea verba Guillelmi. Non simpliciter, ait: *pulchra sunt*; sed quasi cum admiratione, *quam apud Matrem pulchra sunt mammae tuae!* Pulchrae sunt del Rio ser. 1. mammae virginum, quia virginum: sed dum virginum sunt, lactare nesciunt, ideo simpliciter pulchrae sunt; sed de illis non potest dici, *quam pulchra sunt?* At Beatae Mariae mammae non tantum virginum lacte virgineo tumuerunt; ideo cum admiratione gratulatoria vult dici: *Quam pulchra sunt mammae tuae!*

Planè specie, & pulchritudine sua sanctos Angelos oblectabant, cum ab eis penderet speciosus forma praesentis filii hominum Dominus Angelorum.

Tunc erant eius ubera pulchriora vino. Zach. 9.

**C** Vinum intelligi potest illud, quod germinat virgines, ipsa virginitas, utique propter meracissimam puritatem: quid enim virginali puritate meracius? Hoc vino Mariae ubera, priusquam Mater esset, plena erant: sed ubi salva virginitate Mater facta est, non plena tantum vino, sed etiam pulchriora vino facta fuerunt: quia ubera habere virginea cum multis illi virginibus commune est; sed singulare illi est, & fuit, & erit, virginea ubera lacte virgineo post partum habere tumentia.

**D** Sed cui, rogo, tumentia habuit? An unico tantum, ac naturali? Vtique primogenito suo: *Peperit Filium suum primogenitum.* Sed ideo fortè primogenitus nominatur, ut post eum, & in eo, qui unicus illi fuit Spiritus Sancti opere, & natura, & nos pariter adoptivi intelligeremur ex gratia, & sic ille sit *primogenitus in multis fratribus.*

**E** *O beata fiducia! (exclamat Anselmus) o tutum refugium! Ergo Mater Dei est Mater nostra. Mira res! o quam sublimè contempler Mariam lecatam! Omnis natura à Deo est creata: & omnis Dei natura ex Maria est nata. Deus omnia creavit, & Maria Deum genuit. Deus, qui omnia fecit, vel creavit, ipse se ex Maria fecit, & sic omnia, quae fecerat, refecit. Qui potuit omnia de nihilo facere, noluit ea violata sine Matre reficere.*

Deus

Et rerum crea-  
tarum.

Deus igitur est Pater rerum creatarum, & Maria, Mater rerum creatarum. Deus est Pater constitutionis omnium, & Maria est Mater restitutionis.

Prov. 8.

Hinc illa in Sapia: Quando preparabat calos, adoram: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos, quando aethera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, quando appendebat fundamenta terra, cum eo eram cuncta componens. Et quod illius hinc maternitatem agnoscas, Hebraeus transfert: Ego eram prope ipsum nutrix; quasi illa suo materno calore omnia confoveret.

Hebr.

Et planè verba hæc in Virginem stantem juxta Crucem apprimè quadrant. Quando, inquit, preparabat calos, adoram; cum scilicet Filius meus ex Cruce justos creabat. Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos; cum damnatos Inferni carcere concludebat. Quando appendebat fundamenta terra; cum Petri, Apostolorumque Principis fidem solidabat. Quando librabat fontes aquarum; cum poenitentiam, & lachrymas peccatoribus impetrabat, præsertim Petro, qui eo tempore flevit amaritius: Quando aethera firmabat sursum; id est, Angelos in rectitudine obfirmabat, ego eram prope ipsum nutrix, quasi ipsa suo lacte omnes & justos, & poenitentes enutritet.

Et quid mirum? Maria Mater est, per quam prædestinatos omnes Deus præscivit, & celsitudinem sorum speculatus, & mensus est.

Andr. Ieros.

Et nunc fortè consulatione illam Andrew Jerosolymitanum intelligo, qua Venerabundus ille Matrem hanc ita salutavit: Salve, diuina per speculativa. Certè Dioptra Virgo fuit, per quam quasi per radium Astrolabij, si dicere licet, & Deus ipse Electorum omnium & numerum, & magnitudinem, & metebetur, & Prophetæ ipsi futurarum, ac longè positarum rerum prænoções adipisciebantur: ad omnia etenim, quæ Prophetæ prænocebant de Christo, de redemptione, ac de mundi salute, aditum erat referatura Maria. Quando ergo appendebat fundamenta terra, cum eo eram cuncta componens. Ego eram prope ipsum nutrix.

Ecccl. 14.

Hinc iterum illa per Sapientem: Ego ex ore Altissimi proavi, primogenita ante omnem Speranza Scriptura selecta.

A creaturam, Ego feci in calis, ut oriretur lumen indeficiens. Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis. Ego in calis circumivi sola, &c. Tum: Ego mater pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis vita, & veritatis: in me omnis spes viæ, & virtutis. Transire ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & favum.

B O Matrem! O Matrem! Utinam filij tui simus, ut & tua nostra sit hæc hereditas: nam si filij, & hæredes. O quanta hinc nobis, locupletissimam hereditatem capessendi spes accrescit, quod filij Mariæ sumus! Est utique Jesus primogenitus in multis fratribus; nos ergo filij minores sumus. Porro inter humanos parentes hoc accidere consuevit, ut primogenitus filius primogenia, seu majoratum percipiat, hereditatem scilicet paternam: inter minores autem filios de maternâ dividitur, capropter tenuem plerumque censum ferunt, quia dos matris angustior esse consuevit.

C At nostræ Mariæ amplissima, nos, illius posterior proles justis, & gloria. Hebr. Opulentia, & gloria memus. Et quod intelligas, dotem esse pro filij, Symmachus transfert: A me sunt iustitia, & gloria, opus superba, & iustitia.

D Quantum nunc, rogo, nos, qui minores filij sumus, exultare, & gestire debemus, quod dos tanta ad nos pertineat? Primogenitus siquidem Mariæ Filius hereditate paternâ contentus est, immò in eisdem societatem nos quoque libenter admittit: Hæredes quidem Dei, hæredes autem Christi; de materna verò dote nihil sibi sumit, quod eam multo pinguiorem, ac opulentiorẽ habeat à Patre, integram, & solidam maternam hereditatem nobis dimittit, ut ex illa cuncti ditari possimus.

E At quis dotis hujusmodi summam assequatur? Cælestis hæc Sponsa, & Mater, inquit pulcherrimè Epiphanius, donorum autenuptialium nomine Spiritum Sanctum accepit: dotis verò gratiâ cæli, & Paradisum. Quid hæc, quæso, dote potest esse divitius? quid hæc hereditate opuleqtius, in qua gratiæ est plenitudo, A a a a Spiritus

Hug. ibid.

Maria hæredes

nos, illius posterior proles justis, & gloria.

Hebr. Opulentia, & gloria memus.

Prov. 8. Et quod intelligas, dotem esse pro filij, Symmachus transfert: A me sunt iustitia, & gloria, opus superba, & iustitia.

Hebr. Symmachus.

Amplissimam, que ab eâ dorem habemus.

Rom. 8. Quam nobis integram primogenitus Christus redimittit.

linguit.

Maria Spiritum S. nomine antenuptialium accepit donorum.

Spiritus Sanctus, caelum, & Paradisus? Verè illa: *Mecum sunt aivitia, & gloria, opes superba, & iustitia.* Hebr. *Mecum est substantia durabilis.* Symmac. *Vita antiqua.* Theodorius. *substantia in antiqua.* Aquila. *substantia cum pace, & iustitia.*

Hebr.  
Symmac.  
Theodor.  
Aquila.

OMatrem divitem, cujus divitiis cuncti ditari possumus, si cuncti filij ejus effici mereamur. Et quid illa magis exoptat?

Apo. 17.  
Maria clamat parturientis, ut nos pariat h. 105.

In utero habens, clamat parturientis, & cruciatur, ut pariat. Quænam hæc mulier? Bernardus ait, sanctissimam hanc esse Matrem. Sed quomodo hæc clamat parturientis? quomodo cruciatur? Non hoc sanè de Christi partu accipiendum, quem summo peperit gaudio. Quæ ergo clamosa hæc parturitio, & cruciatus? Explicet Apostolus, cui quid simile contigit, *Filioli mei, inquit, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Hic ergo Mariæ clamor est, hoc matris picorissimæ desiderium, ut nos peccatores filij ejus efficiamur.

Gal. 7.

Bernardus sermone in *Signum magni*, Omnium, inquit, omnium necessitates materno miseratur affectu. Quidam maternam benevolentiam erga peccatores impendat, quæ quodammodo à peccatoribus habuit, ut Mater Dei esset? Si illa, inquit Anselmus, propter peccatores, scilicet propter me, meique similis facta est Dei Mater, cur non illam erga me parentem futuram sperabo?

Propter peccatores facta Dei mater. Ansel. in tr. de excell. Virg. c. 1.

Et iusfrà eandem alloquitur: Cur itaque (subdit) non juvabis nos, atque eris Mater nostra, quando propter nos in tantam celsitudinem elevata, ut re Dominam habeat, & veneretur omnis pariter creatura? Planè peccatoribus se Matrem exhibet, quia sub Cruce illos quasi filios acquisivit. *Sub arbore malo suscitavi te, ibi in doloribus peperit te mater tua.* Proinde, inquit ad rem Rupertus: Quia ibi dolores ut patientis sustinuit in passione Unigeniti sui, omnium nostrum salutem Beata Virgo peperit & facta planè omnium nostrum Mater est.

Idem c. 11.

Sub cruce peccatores genuit. Cant. 8. Littera Orig. Rupert. ad illud: *Mulier, cum parit, &c.* Isa. 66.

De ea secundum Albertum est illud: *Parturivit, & peperit Sion filios suos.* Sion, inquit Albertus, *specula interpretatur: &*

Albert.

De ea secundum Albertum est illud: *Parturivit, & peperit Sion filios suos.* Sion, inquit Albertus, *specula interpretatur: &*

A Maria Filij sui passionem speculando, nos Hebr. parturivit. Dicitur etiam *Sion, sonitus doloris*: quia ad Filij patientis dolores nos omnes acquisivit. Unde Origenes: *Omnis verè Christianus Filius est Mariae.* *Orig. in 2. Ioan.*

B Eapropter fortè non mater, sed mulier à Christo in Cruce est appellata, *Mulier, Ioan. 19. ecce filius tuus.* Mulier enim nomen est *Mulier in cruce* Matronæ plures jam numerantis filios, *ce dicta, tan. quam mater multorum liberorum.*

C Huc, o visor, vela longè regius ille Parens respexit, ubi enumeratis nationibus: *Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Æthiopicum, hi fuerunt illi;* subdit, juxta lectionem Ambrosij & Augustini: *Mater Sion, dicit homo, & homo natus est in ea. Homo scilicet, qui in ea factus est homo, & homo, eorum nimirum, genus humanum ex ea feliciter natum, ac procreatum. Vel, Homo, & homo, Christus iterum, atque iterum; semel quidem in se, iterum in nobis.*

Psal. 88. Ambros. Aug. ibid.

Hoc ipsum (inquit devotissimus Guericus Abbas) & Maria sapere videtur, *Nativu. quæ dilectum vatorum suorum* infinuare cupiens affectibus hominum, cupit formare iterum unigenitum suum in omnibus filiis adoptionis. *Qui etsi geniti sunt verbo veritatis, nihilominus parturit eos quotidie desiderio, & cura pietatis, donec Ephes. 4. formetur Christus in iis, donec occurrant omnes in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Filij sui.*

Cæterum quanta hinc nobis in Matrem fiducia? *Sicut ablactatus est super matre sua, ita retribuit in anima mea.* Ut enim puer à lacte matris recens separatus (inquit ibidem Hugo Carenfis) incumbit adhuc super matrem suam, quærens adhuc ejus lacte refici, non tamen cibatur lacte, sed cibo meliore, ac honorabiliore: *ita sit retributio in anima mea pecc.*

Psal. 130.

Hugo Car. ibid.

te. & Mater, ut scilicet lac ad instar pueri temporaria consolationis implorans, pamen aeterna vitæ inveniam.

3. Reg. 2.

D. Anton. 4. p. tit. 17. c. 17.

5. 4. Maria oratio & gratia, & juri naturali mittitur. Col. 3.

Et quid non impetrabit pro filiis Mater misericordiam? Pete, Mater, neque enim fas est, ut avertam faciem tuam. D. Antonius: Oratio Virginis non solum in vititur gratia Dei, sed etiam juri naturali, & justitia Evangelij: nam que filius non tantum teneret audire Matrem, sed etiam obedire, juxta illud Apostoli: Filij, obedite parentibus vestris.

Quid ergo jure ac titulo Matris non obtinebit? Quinimmo quid non poterit? Monstra, monstra, & Mater, te esse Matrem, hoc est, jure tuo mater no utere. Mater es.

Joan. 2.

Fili, vinum non habent. Quid mihi, & tibi est, Mulier? Nunc monstra te esse Matrem. Mox: Dicit Mater ejus ministris (expende, Mater) Quodcumque dixerit vobis, facite.

Bernardin.

Sen. de Purific. B. Virg. serm. 9. c. tom. 3.

Pulchre ibi Bernardin<sup>9</sup> Senensis: Noverat Virgo Mater, omnem creaturam subjacere defectu, ab inopia expugnari, de bitam non habere latitiam, turpissimis subjacere pudoribus, atque ex defectu veri boni confundi, dum in perfunctoris mundi, quasi in nuptiis delectatur. Quamobrem intercessit ad filium: Vinum non habent; Non faciens ipsum memorem, qui omnia noverat, sed interpellans Virgo Mater locuta est, ac si ad eam cura omnium pertineret, & omnium hominum advocatam se sentiens, quæ pro omnibus creaturis cunctorum facta fuerat Virgo Mater, officium advocacy, & piæ auxiliatricis assumpsit. cum videret inopiam, ac si opus non esset eam precibus excitare, quæ omnem oculum pietatis suæ in nos direxit, ac præsciens indignitiam nostram, & se cunctorum hominum matrem pietatis agnoscens, sollicita pro filiis, irrequisita etiam ad Dei Filium intercessit, dicens: Vinum non habent. Si hoc (subdit Bernardinus) non rogata perfecit, quid rogata perficiet? Si hoc viatrix existēs, quid cum regnat in patria?

Ruth. 2.

D. Bonav. in Speculo B. Virg. c. 8.

Benedicta es a Domino, filia, quia priorem misericordiam posteriore superavisti. Pie hic D. Bonaventura: Ita benedicta filia priorem misericordiam posteriore superavit. Magna enim erga miseros fuit miseri-

A cordia Mariæ adhuc exulantis in mundo: sed multo major erga miseros est misericordia ejus jam regnantis in celo. Majorem per beneficia innumerabilia nunc ostendit hominibus misericordiam quia magis nunc videt innumerabilem hominum miseriam. Unde pro splendore prioris misericordiae fuit Maria pulchra ut Luna, pro splendore vero posterioris misericordiae est electa, ut Sol.

Maria nunc beata magis miseratur armosos, quam olim ad huc peregrina.

Cant. 6.

B Nam quemadmodum Sol Lunam superat magnitudine splendoris: sic priorem Mariæ misericordiam superat magnitudo posterioris. Quis est, super quem Sol non luceat? Quis est, super quem misericordia Mariæ non resplendet? Audi, quid de hoc Beatus Bernardus sentiat: Quemadmodum, inquit, Sol super bonos, & malos indifferenter oritur, sic ipsa quoque præterita non discutit merita, sed omnibus se se exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitati, amplissimo quodam miseretur affectu.

Maria bonis, ac malis exorabilem se præbet.

Quid mirum? Communis omnium Mater est. De Bala illa ex primo Paralipomenon oritur quæstio, cur filiorum Nephthali dicatur mater, cum ex Genesi constet, non esse illos Balæ filios, sed nepotes? Huc apposuit Hieronymus: Quidam, inquit, putant, idē illam matrem hoc loco ab Esdra nominatam, quia post

Gen. 30. 2. Par. 7.

D mortem Jacob legatione functa fuerit inter Joseph, & ceteros Patriarchas, quæ peccati sunt eum, ne recordaretur peccatorum. Si itaque Balæ pater semel tantum pro Patriarchis illis intercedens tanta extitit, ut communis omnium mater diceretur, quam, rogo, potiori jure sanctissima Virgo omnium Mater dicatur, quæ non semel tantum, sed semper pro omnibus intercedit? Unde Germanus Patriarcha hom. de zona Virginis: Quis, inquit, & Mater, post tuum Filium curam gerit generis humani, sicut tu? Quis ita nos defendit in nostris afflictionibus? Quis in supplicationibus ad eum pugnat pro peccatoribus? Et devotissim<sup>9</sup> Idiota: Ipsa ipsa super benedicto Filio suo irato potentissimè reconciliat servos, & amatores suos.

Hier. de qq. Hebr. ad Paralip.

Etiam hoc nomine mater omnium, quia advocata omnium.

Germ. Patr. homil. de zona Virg.

Idiot. in prolog. contemp.

Misera fuit olim Hebræorum conditio, cum à Jobin, Rege Chanaan, opprimebantur. Ruit illius populi fortitudo, nunquam fortasse erigenda, si à Debbo-  
ra, totius Israël's gubernatrice, erigeretur, juxta illud Judicum 5. *Cessaverunt*

*Judic. 5.*  
*Debbora cur*  
*mater Israeli-*  
*tarum dicta.*

*Hebr.*  
*Plin. lib. 1. c. 17.*

*Maria vera*  
*Debbora.*

*Bernard. in*  
*Signum ma-*  
*gnum.*

*In Mariâ nihil*  
*austerum, dul-*  
*cia omnia.*

*Bonav. in*  
*Spec. c. 7.*

*Reg. 4.*

*Bernard.*

*fortes in Israël, donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israël. Sed cur Debbora, quæ Judex erat, mater in Israël a: pellatur? Quia scilicet victrici palmæ, sub qua Israël em judicabat, pacificam olivam, charitatis indicem præferbat: quia promprior erat ad amandum, ut mater, quam ad puniendum, ut Judex. Verè, verè Debbora, quod est apis: sed tamen ut apum Regina exarmata, atq; exonerata aculeo, sed nō melle.*

O Mariam, veram Debboram, ac Matrem in Israël, quæ licet Regina sive cæli, & terræ, Matrem potius se exhibet, quam Regiam: aut si Regina est, non armatur aculeo, sed mellis dulcedine tota repletur. Bernard. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil aust-  
rum in ea, nihil terribile: tota suavis est omnib; offerens lac, & lanam, (dic ad rē, omnibus offerens lac, & mel.) Revolve (addit Bernardus) diligentius evangelicæ historiæ seriem universam, & si quid forte increpatorium, si quid durum, denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Mariâ, de cætero suspectam habeas, & accedere verearis.

Certe in Matre misericordiæ non nisi invenitur misericordia. Unde idem D. Bernardus exclamat: Quis misericordiæ tuæ, ô benedicta, longitudinem, & latitudinem, & sublimitatem, & profundum queat investigare?

Maria, inquit Bonaventura, plena est unctioe misericordiæ, plena oleo pietatis. Hæc illa mulier, cui omnia vasa facta sunt oleo plena, & cui per Eliseum dictū est: *Cum plena fuerint, tolles.* Mulier ista est Maria, quæ etiam à Filio suo Mulier appellata est: *Mulier, ecce filius tuus.* Hujus mulieris vasa sunt affectus, & effectus, desideria, & beneficia, quæ omnia oleo misericordiæ plena sunt in Mariâ. Nec mirum, ô Domina, (ait Bernardus Mariam alloquens) si tam copioso oleo misericordiæ cordis tui perfusum est San-

ctuarium, cum illud inestimabile opus misericordiæ, quod prædestinavit Deus ante sæcula in redemptionem nostram, primum sit in te à mundi artifice fabricatum.

Dicamus ergo, charissimi, dicamus *Matth. 25.* Mariæ: *Date nobis de oleo vestro.* Petamus oleum misericordiæ ejus in mundo, ne frustra petamus in Judicio.

O quam largiter manat oleum misericordiæ, Maria! *Oleum illud stetit:* oleum misericordiæ Maria stare nescit. Bernard. Denique omnia omnibus facta est: sapientibus, & insipientibus copiosissima charitate debitrice se fecit: omnibus misericordiæ sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant anime: si, captivus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, justus gratiam, Angelus lætitiæ, denique tota Trinitas gloriam, Filij persona carnis, humanæ substantiam.

O Matrem, ô Matrem (centies, ac milies exclamabo) ô Matrem misericordiæ! Maria, Mater mea, (inquit Dominus ad Brigittam) propter compassionem, & charitatem facta est Mater omnium in cælis & in terris.

Eadem B. Virgo ad Brigittam: Ego sum quasi Mater, quæ habet duos filios, sed hi non possunt tangere ubera Matris: quia nimis frigidi sunt, & in domo frigida commorantes, tamen ipsos mater in tantum diligit, quod si possibile esset, libenter secaret ubera sua ad utilitatem filiorum. Ego verè sum misericordiæ Mater: quia omnium miserorum veniam petentium misereor. Ego habeo quasi duos filios: primus est contritio illorum, qui delinquant contra Filium meum: secundus est voluntas emendandi de commissis: sed isti duo filij sunt nimis frigidi, quia nullum habent calorem charitatis, nullum desiderium delectationis divinæ, & domus animæ eorum sic frigida est à flammâ divinæ consolationis, quod non possunt recipere ubera mea. Ego autem quia misericors sum, ivi ad Filium meum, & dixi: *Fili mi, laus tibi sit, & honor pro omni dilectione, quam fecisti mecum.* Ego habeo duos filios, misereor eis, quia propter

*B. Virg. lib. 8.*

*c. 12.*

*Lib. 6. c. 20.*

Propter frigiditatem non possunt capere ubera Matris.

Tunc respondit mihi Filius meus: Mater dilecta, propter te mittam scintillam in domum, unde copiosus ignis accendi potest. Rescietur ergo scintilla, & nutriatur, & calefac filios tuos, ut recipere valeant ubera tua. Deinde Mater loquebatur ad Sponsam dicens: Ille talis, pro quo tu oras, speciale devotionem ad me habuit: & licet infinitis se immiscuit miseris; tamen semper confidebat de auxilio meo, & ad me quendam calorem habuit, sed nec ab eo timorem divinum; & idem iste, ad Filium meum nullam habuit charitatem, si tunc de mundo vocatus fuisset inter opera sua mala, sine fine cruciaretur: sed quia ego misericordia plena sum, idem non fui oblita ejus, sed adhuc in eo propter me aliqua spes boni est; si ipse personaliter se juvare voluerit.

*Lib. 4. c. 138.*

Eadem sanctissima Virgo ad eandem: Ego sum Mater omnium peccatorum se volentium emendare, & habentium voluntatem in Deum amplius non peccare: & sum voluntaria, ipsum peccatorem in meam defensionem accipere: sicut charitativa mater, cum videret filium nudum ab inimicis acutos gladios habentibus sibi occurrentem, nonne tunc ipsa opponeret se periculis viriliter, ut filium suum de manibus inimicorum suorum liberaret, & eriperet, & in sinu suo gaudenter conferret? Ita facio, & faciam ego omnibus peccatoribus, misericordiam meam à filio meo perentibus, sub vera contritione, & divina dilectione.

*Lib. 2. c. 23.*

Sed iterum suavissime sic Mater sanctissima illam est allocuta: Multi mirantur, cur tecum loquor: certe idem, ut humilitas mea ostendatur. Sicut enim eor de membro corporis infirmo non gaudet, antequam iterum receperit sanitatem, & recepta sanitate plus latatur: sic ego, quantumcumque homo peccat, si ex toto corde, & vera emendatione ad me reverti fuerit, statim parata sum recipere revertentem, nec artendo, quantum peccaverit, sed cum quasi intentione, & voluntate redit. Ego vocor ab omnibus Mater misericordiarum: verè, filia: misericordia Filij mei fecit me misericordem, & misericor-

dia ejus visa compatientem; idem miser erit, qui ad misericordiam, cum possit, non accedit.

Et cur ad pierrissimam hanc Matrem non accedat? Ad Patrem, inquit Bernardus, verebaris accedere? solo auditu tectus ad solia fugiebas? Jesum tibi dedit Mediatorem. Quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? Exaudietur utique pro reverentia sua: Pater enim diligit Filium. An verò trepidas & ad ipsum? Frater tuus est, caro tua, tentatus per omnia absque peccato, ut misericors fieret. Hunc tibi fratrem Maria dedit: sed forsitan & in ipso majestatem vereare divinam, quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus.

Advocatum habere vis & ad ipsum? Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria, non modò pura ab omni contraminatione, sed & pura singularitate natura. Nec dubius dixerim, exaudietur & ipsa pro reverentia sua. Exaudiet utique Matrem Filius, & exaudiet Filium Pater. Filio, hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est: hæc tota ratio spei meæ. Quid enim? Potestne Filius aut repellere, aut sustinere repulsam? Non audire, aut non audiri Filius potest: Neutrum planè. *Invenisti* ait Angelus *gratiam apud Deum.* Feliciter sentiper hæc inveniet gratiam, & sola est gratia, qua egemus. Prudens Virgo non sapientiam, sicut Salomon, non divitias, non honores, non potentiam, sed gratiam requirebat. Nimirum sola est gratia, qua salvamur. Quid nos alia concupiscimus, Fratres? Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus: quia, quod quærit, invenit, & frustrari non potest.

Quæramus gratiam apud Deum: nam apud homines gratia fallax. Quærant alij meritum; nos invenire gratiam studeamus.

Studeamus, inquam, per Matrem divinæ gratiæ, gratiam invenire. Quis eam non inveniet, mediante Matrè? Habet enim homo Mediatorem ante Patrem, ipsum Filium (verba sunt Arnoldi Carnotensis, aut etiam Bernardi) & ante Filium, Matrem. Christus Patri ostendit latus, & vulnera: Maria Christo peccatus, & ube-

*Bern. ser. de Nat. B. Mar.*

*Maria peccatorum scala.*

*Luc. 1.*

*Arnold. de Virg.*

& ubera: Nec potest quin ad esse repulsa, A ubi concurrunt, & orant omni lingua discretius hæc clementiæ monumenta.

D. Ansel. ing.  
17. ad Vir.

O beata ergo fiducia! iterum do Anselmum Matris hujus lac propè habentem, & cruciantem) O beata fiducia! O tutum refugium! Mater Dei est Mater nostra! Mater ejus, in quo solo speramus, & quæ solū timemus, est Mater nostra. Mater, inquam, ejus, qui solus salvat, solus damnat, est Mater nostra. Sed O benedicta, & exaltata non tibi soli, sed & nobis, quid est? Quam magnum, quam admirabile est, quod video per te evēre nobis? quod videns gaudeo, quod gaudeo, dicere non audeo. Si enim tu, Domina, es Mater ejus, nonne & alij filij tui sunt fratres ejus? Sed qui fratres, & cujus ejus, loquar, unde jucundatur cor meum? Sed quod credo amando, cur non confiteor laudando? Dicam igitur non superbiendo, sed gratiss agendo. Qui enim fecit, ut ipse per maternam generationem esset naturæ nostræ, & nos per vitæ restitutionem essemus filij Matris tuæ, ipse nos invitat, ut confiteamur, nos esse fratres ejus. Ergo judex noster est frater noster. Salvator mundi est frater noster: denique Deus noster est factus per Mariam frater noster. Qua igitur certitudine debemus sperare, qua desolatione possumus timere, quorum sive salus, sive damnatio, de boni Fratris, & piæ Matris pender arbitrio: Quo etiam affectu hunc Fratrem, & hanc Matrem amare debemus? Qua securitate ad illos confugiemus? Qua dulcedine confugiens suscipiemur? Bonus igitur Frater nobis dimittat, quo delinquimus: ipse avertat, quod delinquentes meruimus: ipse donet, quod poenitentes petimus. Bona Mater eret, & exoret pro nobis: ipsa postulet, & impetret, quod expedit nobis. Ipsa roget Filium pro filiis, Unigenitum pro adoptatis. Dominum pro servis. Bonus Filius audiat Matrem pro fratribus, pro his, quos adoptavit Dominus, pro his, quos liberavit Filius. Maria, quantum tibi debemas, Domina, per quam talem Fratrem habemus? Quid gratiarum, quid laudis tibi tribuemus? Magne Domine, tu noster

Christus per  
Mariam fra-  
ter noster.

Quantam ergo  
debemus Ma-  
ria?

major Frater: magna Domina, tu nostra melior Mater: docete cor meum, qua reverentia vos debeat cogitare: Bone tu, & bona tu: dulcis tu: dulcis tu: dicite, & date animæ meæ, quo affectu vos memorando ex vobis delectetur, delectando jucundetur, jucundando impinguetur. Impinguate, & succendite, cum vestri dilectione, vestri continuo amore, langueat cor meum, liquefiat anima mea, deficiat caro mea.

Planè per tam bonam Matrem, omnia sperare licet: commune est enim filiorum omnium propitiatorum. Sic Andreas Cretensis. Ipsa est enim thesauraria omnium gratiarum: sic sapientissimus Idiota. Idè ipsi omnium gratiarum genera impertivit Deus Pater, ut ex omnibus in filios omnes effunderet. A *me, à me sunt divitiæ, & gloria, opes superbi* C *injustitia.* Sic D. Bernardus, Fulgentius, & Damascenus. Bernard. Ut de plenitudine ejus accipiant universi. Fulgentius: Ut omnibus ad se confugientibus subveniret. Damascenus: Ut gratia, quæ in me est, quamvis una sit, varè ramen, atque congruenter ad uniuscujusque utilitatem eos, à quibus excipitur, beneficio afficiat.

Idcirco illa, ut Mater, (ad quam spectant, etiam in patria, ait D. Thomas, D actiones, & consilia filiorum,) omnes & singulas nostras cogitationes, necessitates, pericula, & discrimina agnoscit, ut nobis exoret auxilia.

Idcirco ab Epiphania, *πλοῦθος οὐλῶν*, D. Epiph. ser. de *multocula*, seu innumeris prædita oculis appellatur, quibus scilicet filiorum omnium necessitates videat, ac provideat.

Si providæ illius matris *lucerna* non exinguebatur *in nocte*, quin ipsa mater *de nocte surgebat*, ut daret *prædam domesticis suis*, & *culavia ancillis suis*: solertissima hæc Mater non semper invigilet? non erecta stet, ut accurrat, ut det escam in tempore?

Ad hanc, ad hanc, filij, filiali & nos accurramus fiducia: ad hanc in omni nostra necessitate curramus. Ab aliis, atque aliis Dei Sanctis hæc, vel illa impetrare licet, à Maria Matre omnia.

Negaret

And. Cret. d.  
dorm. Deip.  
Maria thesauraria gratiarum.  
Idiot. in prol. de  
contemp. Virg.  
Prov. 8.  
Bernard. in Si-  
gnum magnū.  
Fulgent. ser. de  
Laud. Maria.  
Damasc. or. 2.  
de Virg. Assumpt.

D. Thom. 3. p.  
q. 10. art. 1.

D. Epiph. ser. de  
Laud. Virg.  
Cur multocula  
dicitur.  
Prov. 31.

Matri quidquam negare erubesceret. *Christus. Matr. 20. Abulen. ib. 344.*

Negaret forte quicquam tantæ Matri Filius? Erubesceret (parcite verbo) si quid illi denegaret. Filij quondam Zebedæi cathedras postulare non ausi, matrem submiserunt, quæ pro illis postularet, dicens: *Dic, ut sedeam hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.* Sed cur per Matrem sedes petierunt? Rationem reddit Abulensis: quia facilius, inquit, concederet Christi Matri, quam filijs: quia forte illa aliquando adjuverat Dominam nostram, sororem suam, ad nutriendum Christum.

Si igitur erga nutricis suæ adjutricem liberalis esse debuit Christus Dominus; quantum, rogo, liberalitatis erga perpetuam suam Nutricem, & germanam Matrem exercebit? Adde, Christum Dominum, ne quid eorum matri denegare videretur, non voluntatis, sed potestatis defectum insinuasse: *Non est meum, inquit, dare vobis.* Et quare hoc? Ad rem Ambrosius: Dominus enim cæli, atque terrarum verecundabatur, & ut ipsius verbotur, confundebatur, Matri pro filiis postulanti, etiam suæ sedis consortium denegare. Quasi diceret: Cum matris titulo mater accedit, Christus penè pudore suffunditur, & quodammodò erubescit denegare.

Quid, quid modò propriæ Matri denegabit, qui denegare quidquam aliæ non audebat? Optimè Theophilus Alexandrinus libro de Incarnatione Verbi: Gaudet, inquit, Filius, orante Matre: quia omnia, quæ nobis precibus suæ Genetricis evictus donat, ipsi Matri se donare putat, & acceptæ ab illa sine patre humanitatis vices reddere. Expende singula verba planè aurea. A quo Bernardus longius non abivit in sermone primo Assumptionis, ubi postquam dixit, Virginem omnia nobis bona impetrare, hæc verba subiecit: Nisi forte aut non creditur Filius honorare Matrem. Quid efficacius, ut jam tantæ Matri non potentiam solum, sed plenipotentiam agnoscas? Et cur inde non sit, ut ceu filius plenissimè in eam speres, ac in illa confidas?

Superest, ut eum illam oras, ut mon-

**A** stret se esse Matrem, tu è converso monstres te esse filium, & noveris, quàm oporteat filios non esse degeneres. Cave, inquit graviter Gaericus Abbas, ne illam pœnitent te concepisset, sicut Rebeccam pœnituit, cum aiebat: *Si sic mihi futurum erat, quid necesse erat concipere?* Si de liquo nostrum (subjicit idem) sic conqueri contigerit viscera Matri nostræ: Timeo, ne melius fuisset, si conceptus non esset homo ille. Ipse Deus in nobis, si qui tales sunt, emolliat cor lapideum, ne quatiunt viscera Matri consoletur, ne fatigaret eos qualescunque sunt, portare donec formetur Christus in eis.

**B** At quinam ij sunt, qui quatiunt tantæ viscera Matri: quinam sunt filij degeneres? Elati in primis, qui maternam humilitatem non emulantur. Incontinentes, qui Matri hujus intemerata castitatem dum non se ctantur, de illius sibi materno patrocinio inaniter blandiuntur.

**C** En ut Virgo Mater Virgini Filio commendatur! En ut castissimus Filius castissimæ, ac purissimæ Matri consignatur! *Mulier, ecce filius tuus. Ecce, Mater tua.*

Humiles maternam speciem referunt. Casti ad vivum matrificant.

**D** Horum præcipue curam gerit. Do exemplum ex Prædicatorum Chronicis devotissimum. Mulier quædam nobilis, sed pauper, duas habebat filias, quas informavit ad amorem Virginis benedictæ. Paupertate gravata, mundi illecebras pertimescens, eas ante ejusdem Virginis altare adduxit, hæc fata: *O Domina, has filias meas virgines mundas tibi offero: & quia non habeo, unde eas alere possim, quicquid juris in eis habeo, totum tibi do.* Tum acceptis puellarum manibus, in signum veræ donationis, Beatæ Virginis manibus conjunxit. Et cum recessissent, in foribus domus suæ juvenem splendidum invenerunt, qui eis obrulit centum libras: ex quibus mater induit filias, & de necessariis eis optimè providit. Inde quidam murmurare cœperunt, quòd de meretricio hoc factum esset. Quod mater audiens, filiabus advocatis:

*Mariam quæ optat matrem, curat esse filium. Guerr. Abb. serm. 3. de Annunciat. Gen. 25. Ne doleat illam concepisset.*

*Maria viscera quatiunt elati. incontinentes, etc.*

*Joan. Junior. in scala cali. Et Henricus in Spec. exempl. dist. 9. exemplo 117.*

*Ite.*

*Ambros. l. 5. de fide, c. 3.*

*Theophil. Alex. lib. de carn. Verb. Matre orante gaudet Christus Quare?*

*Bern. ser. 1. de Assumpt.*

Te, inquit, o filia, ad Matrem Virginem Mariam, & instate apud illam cum fletibus, ut tanquam mater, infamia huic vestra succurrat. Quæ ex corde Beatam Virginem rogantes, dum in quodam soleani ejusdem Virginis festo ad sermonem in platea sederent, in populi totius præsentia Angelus descendit de celo, portans duas capsellas de rosis pulcherrimis albis, & in præsentia populi clamando, sic ait ad eas: Istas capsellas mitte vobis Virgo Beata Maria, Mater vestra, in signum virginitatis vestrae, Et illis dimissis, disparuit.

Hoc, hoc, atque persimile maternum in filias Virginis patrocinium: hæc illius cura materna. Felix, ter, quaterque felix, qui toto illi affectu in filium se dedit.

**A** & Iris in capite ejus, qui & posuit pedem unum super terram: alterum vero super mare: & clamavit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Sic modò deseritur humilitas (pulchrè ut ait Arnoldus) abest majestas. In qua etenim parte Christus patitur, derelinquitur: quia naturæ impassibili in nullo congruit injuriati, vel pati. (Non dimittendo quod semel assumpsit, sed subtrahendo protectionem, & auxilium, quibus mortem effugeret. Absentat se passioni Divinitas: hoc solius carnis est, in hoc solo se deserit Filius inquit, ut undique sanæ fidei veritas elucescat. Et planè sic: quia secundum quod Deus est, omnino non moritur: secundum quod homo, dispensatoria ratione ad tempus moriturus deseritur.

Arnold.

Magist. lib. 3. dist. 21.

**B** O derelictionem verè dolore plenissimam! Sic enim tunc Pater in mortis doloribus Filium derelinquit, ut quemadmodum loquitur Bernardinus Senensis, quasi beatæ illius unionis, ac inviolabilis, de Pass. Domini, ser. 55. c. 4. dereliquit, ut nulla penitus gaudij, dulcorisque redundantia fieret ab habitu, & ab actu gloriæ in naturam, quæ patiebatur, quò aliquo modo mitior fieret passionis acerbitas. Et hoc, subdit ille, ut tantum immensè pateretur, quantum illa natura passibilis poterat, omni ab ea refrigerio separato.

Hugo Vict. lib. 2. de sac. p. 1. c. 10.

Bern. Senens. de Pass. Domini, ser. 55. c. 4.

**C** Qui & eruditè differens, quam heròica in hac derelictione fuerit Christi patientia, hæc ita subinfert: Et hoc quidem attestatur virtuali perfectioni omnium habituum mentis Christi. Nam quantum fortius patitur virtus, nullo alio experimentato dulcore, nisi ipsiusmet amatæ rectitudinis, tantò est sublimior actus, qui ab ipsa procedit Ratio est: quia culmen virtutis patientiæ principalius, & essentialius consistit in virtuali fortitudine, & sui habitus, & illius actus, qui magis specificus est, quam in aliis sibi annexis: unde qui plus habet de illo, plus habet simpliciter de culmine veræ patientiæ.

**D** Hunc summum patientiæ statum etiam aliquibus singulariter electis quandoque Dominus impertitus est, sicut fecit patientiam

Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Matth. 27.

PUNCTUM XXXIII.

Psal. 36.

**N**on vidisti justum derelictum. Heu! & video, & vivo? Non derelinquet Sanctos suos. Et Sanctum Sanctorum relinquit?

En nunc moriens, & jam jactu penè expirans Dei Filius extremè derelictus! En Deus Pater, qui Filio dum non patitur, relinquit. En Christus, qui, ut fatur Tertullianus, privari voluit delectatione Deitatis, ut laginari posset voluptate patientiæ: qui acerbissimis nunc doloribus est derelictus: ut quemadmodum ait Justinianus, tota divinæ fruitionis gloria in eo militaret ad penam.

Tertull. ad prax. Idem de patient. c. 3. Laur. Just. ac triumph. agone, c. 19.

Sic quia nubes excedit Olympus, perpetuam serenitatem pars summa tenet, inferior nubibus, ventis fatigatur, & pluvia. Sic mulier illa in Apocalypsi caput stellis redimita præfulget, & clamat parturians, & eruciat, ut pariat. Sic videre modò est eum Prophetæ, viri illius quasi speciem electi à lumbis ejus, & desuper, & à lumbis ejus usque adorsum quasi specie ignis. Sic Angelum intueri licet, amictum nube,

Apoc. 12.

Ezech. 1.

Apoc. 10.

patientissimo Job, in quo, ut plenius probaretur robor virtutis eius, videtur Deus cessasse à talibus immissionibus spirituum consolationum, atque dulcorum (unde & dicebat: *Tedet animam meam vita mee*) propterea non immeritò Jacobi 5. proponitur Job usq̃ cum Christi morte, in patientie singulare exemplum: *Sufferentiam Job audistis, & finem Domini vidistis.*

Job. 10.  
Iac. 5.

1. Cor. 1.

Idem videtur accidisse in Paulo, dum ait: *Supra modum gravatus sumus, supra virtutem, ita ut taderet nos etiam vivere.* Et hæc est penuria, de qua idem ad Philippenses ait: *Scio abundare, & penuriam pati.* Hoc etiam statu B. Virgo ad literam, & mysticè probata est: quod quidem manifestè ostendit, cum in reinvencione filij ait: *Ego, & pater tuus dolentes quarebamus te.*

Philip. 4.

Luc. 2.

O derelictionem (iterum exclamare eogor) dolore plenissimam! Similem porro & anima illa ex p̃ta est: *Quæsvi, inquiens, & non inveni illum. vocavi, & non respondit mihi.* Aut, juxta Paraphrasim: *Et anima mea desideravit vocem verborum ejus. Quæsvi majestatem gloria ejus, & non inveni, oravi coram eo, & ipse obumbravit calos nubibus, & non suscepit orationem meam.*

Cant. 5.

Chald.

Job. 30.

Hanc eandem & Job expertus ajebat: *Clamo ad te, & non exaudivisti, & non respicisti: mutatus es mihi in crudelium, & in duritia manus tue adversaris mihi.* Hoc illud ejusdem Jobi omnium consolationum suspendium, quo velut in crucem actus, nec cælum sibi attingere videbatur, nec terram.

Bern. ser. 54.  
in Cant.

Per similes subtractionis effectus ij plerumque in aliquibus apud Bernardum: Exaudivit, (inquit in eorum persona) cor meum: coagularum est, sicut lac: factum est sicut terra sine aqua: nec compungi ad lachrymas queo, tanta est duritia cordis: non sapit Psalmus, non legere liber, non orare delectat, meditationes solitas non invenio.

Ezech. 37.  
Lev. 26.  
Deut. 28.

Ipsi dicunt: *Aruerunt ossa nostra, & perivit spes nostra, & abscessi sumus. Daboque cælum desuper sicut ferrum, & terram aneam, Non profert terra germen, nec arbores poma*  
*Speranza Scriptura selecta.*

A praebeant. Sit cælum, quod supra te est, aneum, & terra, quam calcas, ferrum.

O desolationem! O tenebras! Verè de his Psaltes: *Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestia sylva.* Ubi Gregor. *Tenebras Dominus ponit, cum lumen suæ intelligentiæ subtrahit.* Heu quot tentationum tuarum bestia pertranseunt! Heu quot ex antro tædia, desperationumque spiritus profiliunt! Heu quot passionum leuconum rugiunt!

B Sed bono animo jam estote: *Ut rapiant, subdit: & quarant à Deo escam sibi.* Quia nimirum capere animas nequeunt, (addit Gregorius) nisi iusto iudicio prevalere divinitus permittantur. Ubi & aprè subjungitur: *Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur: quia scilicet apparente consolationis icrenitate, tetra bestiarum phantasmata omnia jam disparent.*

C Patienter ergo sustinenda desolatio, quia non permanet: *Post tenebras, dicebat Job, spero lucem. Pertransibunt (quod expendit Gregor.) omnes bestia sylva: non morabuntur, nisi eas, abjecto animo, immorari volueris. Dominus dedit, Dominus abstulit consolationes.* Adde, Dominus reddet, cum voluerit, cum nobis expediens fuerit: quod cum Job fecit, reddens ei duplicia, & cum Propheta, qui & dicebat: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ latificaverunt animam meam.*

D Orandus Deus tempore desolationis, ac siccitatis: *Deus Deus meus, quare dereliquisti me? En, Deus, anima mea, sicut terra sine aqua tibi.* Perseverandum in oratione: *quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, & educere mel de peira, oleumque de saxo durissimo. Ipse est formans lucem, & creans tenebras.*

E An memoria excidit, quod si posuit Deus summa consolationum in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in infirmitatem, à malitia inhabitantium in ea: *posuit mox desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum.*

An, quod non nisi in septima vice nubecula parva facta est in pluviam grandæm? An, quod primò orante Elia cælum

B b b b b a n e u m

aneum erat, quia & aneum volebat: & A  
rursus orante, a s illud durissimum so-  
lutum est. Et caelum dedi pluviam?

*Iudith. 8.*

Et quid estis vos, qui tentatis Dominum, si  
intra quinque dies non venerit vobis adjuto-  
rium? Non est iste sermo, qui misericordiam  
provocet, sed potius, qui iram excitet, & furo-  
rem accendat. Populus vos tempus miseratio-  
nis Domini, & in arbitrium vestrum diem  
constituistis ei. Hi planè sunt, qui nisi mox  
consolationis adjutorium venerit, despe- B  
rationi portas recludunt.

Hi sunt, qui moram faciente Domi-  
no, patientiam nullam tenent, omnia  
gratiarum bona prodigaliter dissipant,  
terrenas, carnalesque consolationes fluxè  
perquirunt; iis persimiles, qui desperan-  
tes tradiderunt se impudicitiae, &c.

*D. Bonav. de  
p. recessu Relig.  
p. 4. c. 4.*

Heu miseri! De his ita Seraphicus Bo-  
naventura: Trahit paulatim ista tenta-  
tio ad terrenas consolationuncias, & sæ-  
culares levitates, ut qui non habent in  
spiritualibus consolationem, saltem in  
carnalibus quarant, & in secularibus,  
magis consulant fastidio, quo vexantur.  
Sic & illi, qui manna nauseant, carnes  
concupiscunt, & pepones, & porros, id  
est, terrena, carnalia gaudia, & sollicitu-  
dines externorum negotiorum, quæ sua  
acredine, quasi potu fastidientem gu-  
stum irritando delectant, sed postea con-  
scientiam amaricant ad fletum compellunt,  
aut nimiam tristitiam trahunt.

*Nu. 11. 21.*

Solum his restat, ut instantè clament  
ad Dominum, ut de necessitatibus suis li-  
berentur. Et sacrificent sacrificium laudis, &  
annunciant opera ejus in exultatione; id est,  
recolant beneficia Dei, ut ex illis ad lau-  
dem ejus in exultatione spiritus provo-  
centur.

*Psal. 106.*

*Idem c. 5.*

Quod si statim non successerit, sequitur E  
tentatio impatientiae contra Deum:  
Quare tam durus, & immisericos sit tri-  
bulato? quare tam pareus in dando gra-  
tiam egego, & tam anxie petenti, & tam  
importunè pullanti? Usquequò, Domine,  
clamabo, & non exaudies? Exurge, quare ob-  
dormis, Domine? Esne Deus in nobis, annon  
Nihilitudo misericordiarum tuarum, & mi-  
seratio. Num super me continuerunt se. Hæc  
omnia te, tationis hujus anxietatem ex-

*Habac. 1.  
Exod. 17.*

*Isa. 63.*

primunt, quæ non valet melius superari  
nisi patienter tolerando, & humiliter ex-  
pectando, donec nobis benignitatis suæ  
vultum dignetur ostendere, & manum  
largitatis aperire, ut caelum, quod super  
nos quasi aneum sentitur, stillas gratiæ  
nobis influat: & terra cordis nostri quasi  
ferrea emollita pluvii benignitatis Do-  
mini, det fructum suum, id est, affectus  
pios, & desiderium devotionis.

Posthæc Seraphicus crudè ad pra- *Idem c. 6.*

xim spiritus: illa autem, subdit, tentatio  
magis periculosa est, quæ minus molesta  
sentitur, quando hæc longò tempore, &  
usu subtractionis gratiæ, & devotionis,  
post multa anxia desideria, & labores pro-  
recuperanda gratia, homo quasi lassus re-  
mittit animum suum ab intentione qua-  
rendi, & sub colore patientiæ desinit oculo-  
los attollere ad opes, quas se habere pos-

C se non videt, & cum indignanti humili-  
tate cogitat, se forte indignum tali gra-  
tia, & quod forsitan de ipso illud ordina-  
vit Deus, ut ad exteriora conversus mult-  
tis proficit. Et idè ab interioribus sic re-  
pulsus, vult etiam sub discretionis vela-  
mine deinceps parcere sibi, ne corpus  
rursus debilitetur, vel caput irrepara-  
biliter destruat. Et incipit remissus esse  
in studio orationis, & ad confabulatio-

D nes promptior, ad evagandum pronior,  
sive paratior, ad corporis commoda stu-  
diosior, ad inanes jocos promptior, ad  
exteriore occupationes sub specie redi-  
mendi tempus utiliter voluntarius, &  
intentus. Et ita paulatim subtrahitur ei  
fervor, & desiderium proficiendi refrige-  
scit, & studium languescit, & subin-  
trant affectiones religiosarum scemina-  
rum usque ad visitationes illarum: &

E omnibus aliis extinctis, solum remanet  
ei id solatium debile, quia ad hæc scit lo-  
qui de spiritualibus, per quod vel seipsum  
præfert multis in expertis talium experi-  
entiarum spiritualium, vel acquirit sibi  
nomen apud religiosas sceminas, quæ ex-  
istimant eum loqui ex cordis abundan-  
tia, & esse bonum instructorem vitæ spi-  
ritualis, & devotionis internæ. In hujus  
tentationis tempestate plurimi fluctu-  
ant, & pauci navigant, quos nec amor  
afficit.

afficit, nec desiderium trahit, nec timor stimulat, nec fervor proficiendo urget, remissi in omnibus: & si qua bona videntur facere ex usu quodam, vel pudore faciunt humano, vel ex timore, ne deterius eis contingat.

Huc aliquando deveniunt, Deo permittente, qui radio spiritus, ac devotionis subtractione laborant, qui patienter non sustinent, qui fortiter desolationi non contradicunt. Tentat nos tunc temporis Deus, an eum omni tempore diligamus.

Qui deficiente consolatione, deficient, sunt velut semen illud, quod cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem.

Hi nullatenus firmi sunt in via Domini, sed velut mare ad Lunæ motum, hoc est, ad fluxum, refluxumque consolationum modò crescunt, modò verò decrescunt.

Subtractionis ergo tempore cavendum, ne pia, consuetaque orationum exercitia omittantur: licet in eis gustum non sentiamus; sea tamen relinquere non debemus. Quis cibum omnino respuit, eò quòd gustum non sentiat? Spiritu affluens, quisquis orat; in ariditate, ac siccitate, per pauci.

In Heroum David numero, & catalogo Banaias ille, eò præsertim fortissimus celebratur, quòd percussit leonem in media cisterna, in diebus nivis. Cum manus rigeat frigore, leonem hic interficit! O illum fortissimum, qui nec glaci subtractione devotionis præpeditur, quin rugientes vincat tentationes.

In diebus nivis dextera uti, maximum planè fortitudinis argumentum. Tale & illius, qui sinistra, non secus, ac dextera utebatur. Unde benè Theodoretus apud Cassianum nos admonet, ut & nos simus ambi dexteri, id est, ut prosperis, & adversis spiritualibus successibus ad anteriora semper progrediamur, ut, si sive ferventes spiritu, & à terrenis sublimati, ac spiritualibus meditationibus pasti, si sive cum omni spiritali fervore subtracto, quodam tempore, atque in calore tepescimus, cum intolerabili quodam, retroque

A fastidio universa sordent instrumenta virtutum, utraque quasi manu ad victoriam uramur. Uade subdit: Quisquis igitur in illis, quæ dexterae partis esse prædiximus, minimè fuerit, subintrante gloria vanitatis, elatus, & in istis, quæ sinistrae partis sunt, viriliter dimicans, nulla desperatione conciderit, ac potius de contrariis arma quædam patientiæ ad exercitium virtutis assumpserit, utraque manu uteretur pro dextera, & in utroque actu triumphator effectus, tam de sinistro latro, quàm de dextero palmam victoriæ contineatur.

Plura verò sunt vel hujus subtractionis bona, quæ non ad tolerantiam solum, sed etiam ad profectum faciunt. Tria discimus in subtractione consolationis internæ (inquit benè D. Bonaventura) scilicet, de minimis beneficiis gratias agere, & minimas quaslibet culpas, & negligentias timere, vel cavere, & adversa quæque discimus patienter tolerare. De opulenta mensa multæ micæ, immò quandoque aliqua decidunt frustra: sic homo abundans diversis consolationum donis, plurima beneficia Dei sine debita gratiarum actione præterit: plurimas gratias sponte oblatas negligit opere exercere, plurima parva reputat, quæ magna sunt, plurima nec agnoscit. Sed his omnibus subtractis, sicut vir videns paupertatem suam, recollit, quantum prius habuit, quæ potuit habere, quæ jam non habet, & sicut mendicus famelicus modicam buccellam gratam accipit, & studiosè colligit fragmenta, qui prius delicata fercula parvifecit. Colligite fragmenta, ne pereant. Beneficia Dei nobilia, & pretiosa ex nobilitate dantis, ex affectu liberalitatis, & charitatis, qui etiam si parvissima daret, grata esse deberent.

Item etiam ex pretiositate, & nobilitate doni. Nam quid nobilius spiritu Dei, quem vobis dat? Quid utilius, ex quo transformamur in Deum, & deificamur, & hæredes regni ejus efficiamur? Idèd dicit Petrus: Maxima, & pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamur divinæ conforres naturæ. Item ex utilitate ejus, cui dantur. Quid enim

Bbbbb 2 Deo

Prov. 17.

Matth. 3.

2. Reg. 23.

Cass. l. 6.  
Coll. c. 10.

Idem l. 20.

Thom. 3.

Ioan. 6.

2. Petr. 1.

Deo cum luto? Lutum sumus viles, vitio-  
si, peccatores, ingrati, inopes omnis boni,  
miseri, & mortis rei, & Deus memor nos-  
tri esse dignatur. Si Rex dignatur paupe-  
ris tantam habere memoriam, etsi modica  
de rei, hoc ipsi sunt pauperi videri ma-  
gnum debet: unde Psal. *Quid est homo,  
quod memor es eius?* &c. Minimas etiam  
culpae cavere docemur: quia timendum  
nobis est, ne forte ex culpa, & magna in-  
gratitudine nostra, gratia sit nobis sub-  
tracta.

*Mal. 8.*

*D. Bonav. de  
process. Relig.  
proc. 7. cap. 21.*

Sed cur Deus subtrahat consolationis  
gratiam, optime in processu septimo, ubi  
quinque rationes assignat. Prima est, in-  
quit, humiliationis: quia magis humiliat-  
ur homo, cum non habet tunc devotio-  
nem, quam alio tempore, & magis con-  
funditur in se ipso: sicut saeculares plus  
confunduntur, si in Paschate non com-  
municant, cum solitum est communica-  
re ceteros, quam toto reliquo tempore.

Secunda purgatio peccati: quia forte  
per alia exercitia minus purgatus est, vel  
aliqua habet delicta, quae non recollit: &  
ut dignius accedat ad Eucharistiam, &  
amplius purgetur à peccatis, in hoc puni-  
tur, in quo magis dolet, & quod dolor gra-  
vior, eò purgatio efficacior, & maxime,  
quia forte aliò tempore minus studiosè  
quaesivit devotionis gratiam, vel obla-  
tam negligentius recepit, nec dignas pro-  
ea gratias retulit, punitur modò, in quo  
peccavit, vel tunc illà careat, cum deside-  
rat, quam antè neglexit, cum habere po-  
terat, & cautior de cetero in hac parte  
fiat.

Tertia, ut ex hoc eruditior in gratia  
fiat, quod à Deo fit, non ab homine, cum  
non potest homo pro voluntate sui arbi-  
trij habere: sed Deus, qui dat ex se, quan-  
do vult, infundit, & quando vult, subtra-  
hit, prout sibi placet, & prout accipienti  
judicat convenire. Item qui ex gratia  
sua dat, non pro meritis hominis: quia si  
daret semper, cum quaeritur, & non da-  
ret, nisi quaeretur, putaretur jam tan-  
tum dare secundum merita requiren-  
tium, & non secundum gratiae liberalita-  
tem. Idèò quandoque studiosè quaeren-

tibus negat ex iustitia, & non quaeren-  
tibus quandoque ex gratia.

Quarta ratio devotionis subtracta,  
cum quandoque studiosius quaeritur,  
quia aliquando ex imperioso cordis co-  
nato libertas mentis obruitur, dum quasi  
per violentam extorsionem accelerat af-  
fectum devotionis exprimere, & si non  
juxta desiderium cordis statim potest  
elicere gratiam quaesitam, contristatur,  
& amplius ex hoc induratur, & quò im-  
peruosius cupit se ad devotionem coge-  
re, minus proficit, & amplius arefcit sic-  
ut qui botros in torculari, vel olivas in  
praelo subidò, & vehementer comprimit,  
liquor magis turbidus, & inspissatus  
fluit, quam si paulatim, & moderatius com-  
pressisset. Quò enim liberius, eò pin-  
guior est devotionis affectus. Idèò alio  
tempore saepe est homo devotior: quia  
tunc spiritus suae libertati relictus, se-  
sponte elevat in sublime. Violenta nam-  
que acceleratio praefocat spiritum in cor-  
pore: morosa autem respiratio cordis re-  
frigeratio est.

Quinta ratio potest esse meritum ma-  
joris gratiae, & gloriae, dum desiderium  
non adimpletum affligendo purgat ani-  
mam, & patientia desolationis, & humi-  
lis sufferentia maioris, quasi lima reddit  
animam clariorem, & magis susceptilem  
splendoris, scilicet divini, & amplioris  
gratiae, gloriaeque capacem: vultus enim  
Dei, & fulgor claritatis Dei non omni-  
bus aequaliter semper fulget: sed quanto  
purior est anima, & à vitio liberior, ma-  
gis capax lucis est, & illuminationis de-  
super effluens: sicut vitrum clarum, vel  
metallum bene limatum, & politum ra-  
dios luminis amplius recipit, & splendi-  
dus efficitur. Quia igitur afflictio lima  
est animae, quae rubiginem vitiorum ab-  
radit, ut delecto peccato, quod sua obscuro-  
ritate radios divini luminis, & fulgoris,  
velut obex animae, excluderet, lucem  
gratiae recuperet: Purgat Deus aliquan-  
do corda devotorum per subtractionem  
illius consolationis, cujus carentia ma-  
xima est eis afflictio, ut sic purgati, ap-  
tiores fiant abundantioris gratiae percipi-  
endae.

endæ in præfenti, & gloriæ in futuro, etiam si hanc afflictionem specialis culpæ meritò non contraxerint.

*Gerfon. de myst.  
Theol. pract.  
confid. vel in-  
dustria 6.*

Sed Gerfon, Cancellarius Parisiensis, eruditissimus vitæ spiritualis Magister, in Tractatu de mystica Theologia, copiosius, quamvis brevissimè, decem, & septem ponit hujus subtractionis causas. Prima est ex eodem Bonaventura, & D. Bernardo, quem citat, humiliatōis, id est, ad superbiam retrahendam, vel cavendam. Secunda, ad desiderium vehementius inflammandum. Tertia, ad cognitionem propriæ fragilitatis, ut homo sibi vilescat. Quarta, ut induat viscera pietatis super aliorum desolatione. Quinta, ad satisfactionem per dolorem illum sensibilem, quem patitur. Sexta, ut qui possunt alios juvare, non ita se dedant internis consolationibus, ut à charitatis negotiis, & aliis juvenandis retrahantur. Septima, ut experientia per hanc tentationem edoctus virtutes ceteras, & melius discat, & efficaciter doceat. Octava, ne deserat homo pro hac dulcedine, Dei iussa. Nona, ad punitionem venialium, tanquam si pater tristitiam filio faciem ostendat, ut in omni custodia, & modestia reddatur diligentior. Decima, ut intelligat homo non haberi hoc per propriam industriam, neque volentis, aut currentis esse, sed miserentis Dei. Undecima, ad purgatorium maris spiritualis, quod ex nimia quiete sordes contrahere solet, quas exagitatio, commotioque depellit. Duo decima, ut innorescat, si gratis anima timeat Deum, si parata est absque stipendio consolationum, & suavitatum suo Imperatori deservire. Decima tertia, ne incipiat dona Dei præ ipso diligere, iis adhærens, iisque se oblectans, cum tamen Pater indulgentissimus hæc dispensator è subtrahat, ut pomum aut cibum, parans interim hæreditatem, & regnum. Decima quarta, interdum ad conservationem corporis, & virtutum, ne in lachrymis gemitibus, & dulcedine sensibili tabescat, & deficiat. Decima quinta, ut provocet Deus, sicut aquila pullos ad volandum, ut mater filium ad horam relinquit, quò instantius illè clamer, accuratius quæ-

*Röm. 9.*

*Deut. 32.*

rar, acclius stringat, & illa vicissim blanditur suavius. Decimasexta, ad exercendam patientiam: quia sic affici non est sine magna tribulatione, & anxietate. Decimaseptima, postrema, ut vel hinc conjiciat anima, quantæ futuræ esset amaritudinis perpetua separatio, si tantilla subtractio sic afficit. Ceterum in hac subtractione, qua Dominus privatione consolationis, ut ait S. Diodochus, intemperantiam nostræ voluntatis castigat, ut nos virtutis, & vitij differentiam doceat, illud semper tenendum est, ut idem ait, ut cum dolore, humilitate, ac decenti subjectione speremus semper de divina pietate: hoc enim habere solet recessio gratiæ ad erudiendum.

Ad erudiendum planè, quia sæpius nostris ex imperfectionibus oritur hæc sensibilis gratiæ, devotionisque subtractio. Unde qui ea laborat, monendus accurate, ut seridò fugiat ab inani quadam persuasione, & noxio loquendi modo eorum, qui cum nullam, vel exiguam in custodia sensuum curam adhibeant, libereque, & laxè nimis in omnibus agant, in spiritualium procuracione tepidi sint, & segniores, suam tamen spiritus ariditatem, & distractiones in oratione, & quasi quandam insensibilitatem in interioribus adscribunt divinæ probationi, quæ illos, ut quidam loquuntur, à lacte abstractos, ad panem, & solidum cibum erudiat, quasi grandiores.

Ceterum recogitet porius, quid S. Gregorius contra ejusmodi homines dicat. Nam per contemplationem rimari caelestia volumus, qui non solum cordis, sed etiam corporis custodiam non habemus. Et quidem sæpè indecenter aspici-mur, otiosa audimus, superflua loquimur, somnum, cibum non ad refectionem corporis habemus, sed ad usum delectationis. Itaque cum discurrere ambigua volumus, superna conspicerè, tenebras nostras deserere, internæ dulcedinis saporem gustare, ab illius secreto tantò dignius repellimur, quantò munitionis nostræ fortitudines negligentius dissipamus: jamque nobis tantò est ascendere difficilius, quantò ad nos ipsos relapsi altitudi-

*Greg. 1. in Reg.  
cap. 1. in illa  
verba:  
Et ascendebar  
vir ille statuta  
diebus.  
Peccata venia-  
lia saporem in-  
terna dulcedi-  
nis vitiant, vol-  
impediunt.*

itudinem custodiae erigere non curavi-  
mus cordis munitiones.

*Peccata ve-  
nialia magno-  
perè carvenda.  
Cur?  
Greg. in i.  
Reg. in illa  
verba: Fanne-  
lici saturati  
sunt.  
Quotidie ex-  
haurienda.*

Diligenter igitur examen adhibendum  
est, & venialia etiam, atque minuta ca-  
venda: nam & illa non leviter impedi-  
unt; quocirca idem Sanctus egregie mo-  
net: Quia sine peccato, inquit, electi et-  
iam vivere non possunt, quid restat, nisi  
ut à peccatis, quibus eos humana fragi-  
litas maculare non desinit, evacuati quo-  
tidie contentur: nam qui quotidie non ex-  
haurit, quod delinquit, etiam minima sicut  
peccata, quae congerit paulatim anima  
repletur, atque ei merito auferunt fru-  
ctum internae saturitatis.

*D. Bonaven.  
proef. 4. c. 1.*

Potest itaque utilis esse consolatio-  
num subtractio: & certe in hoc statu ex-  
citur quis, & agilior, promptiorque fit  
ad opera iustitiae, & virtutum exercitia,  
quia in statu consolationis (ut inquit Bo-  
naventura) sola quies mentis, & studium  
devotionis sufficere videtur ad perfe-  
ctionem, quae & idem subtrahitur, ut di-  
scat homo in aliis pariter virtutum stu-  
diis exerceri. Sicut enim mercator non in  
foro uno, vel apotheca omnia simul in-  
vehit, quae desiderat, sed in diversis di-  
versis: ita Religiosus non tantum in quiete  
devotionis, & dulcedine consolationis  
spiritualis; sed etiam in labore certami-  
nis, & in exercitio bonae actionis debet  
quaerere studium perfectionis, & merendi  
occasionem, idem dicit Paulus: Scio  
abundare, & penuriam pati: ubique, & in  
omnibus institutus sum. Et alibi: Per arma  
iustitiae à dextris, & à sinistris.

*Philip. 4.  
2. Cor. 6.*

Et infra: Noli ergo diffidere, cum con-  
solatio internae dulcedinis tibi subtrahi-  
tur, quasi dereliquerit te, vel bona tua  
non accepta sint ei: sed recurre ad illa ve-  
ra testimonia, & consolare in ipsis scilicet  
ut confidas de veritate Dei, quam diu tu  
non discedis à Deo per consensum pra-  
varicationis mandatorum eius, quia ipse  
non derelinquet te per propitiationem  
suam.

*Subtrahitur  
consolatio quā-  
doque, ne amit-  
tatur.*

Si consolatio spiritualis non subtraha-  
retur homini aliquando, nimis extolleret-  
tur, & gratiam perderet, & periret. Sub-  
trahitur ergo ei, ne amittat, & perdat:  
sicut pater parvulo filio numos negat, ne

A de illis ludat, & perdat, donec proficiat in  
prudencia, & sciat providè conservare.  
Videmus quosdam pueros grossos nimis  
sibi inde placere, & gloriam humanam  
quaerere, & tandem evanuerunt, & co-  
ram Deo, & hominibus viluerunt, idem  
Salomon: *Qui delicatè nutrit servum suum  
ab adolescentia sua, postea illum sentiet contu-  
macem.*

*Prov. 29.*

B Benignus Deus, cujus deliciae sunt esse  
cum filiis hominum, libenter impartitur  
has delicias suas servis suis fidelibus ab  
adolescentia sua, id est, in novitate con-  
versionis. Sed heu! postea quosdam eor-  
um sentit contumaces, quando ex con-  
solatione spiritali elati ceteros despi-  
ciunt, & in torpore versati, dum famam  
laudis desiderant, jactantiae virio deprava-  
vantur, & hypocritae fiunt, & dum me-  
liores videri laborant, quam sunt, Deo se  
opponunt, gloriam Dei sibi temerè usur-  
pantes. Bonus autem Deus sciens quan-  
tum utilis est homini tentatio, & tribula-  
tio, prius ei ostendit consolationes dul-  
cedinis, quibus postmodum in tentatio-  
ne confortetur, ne deficiat, & alliciatur,  
ut semper ad eas redeat desideret, nec de-  
sistat eas requirere, donec denuo recupe-  
ret, quod amisit.

*Quandoque  
etiam propter  
contumaciam,  
& superbiam.*

C Sic laboranti in via prius copiosa pa-  
ratur refectio, ne illius labore deficiat.  
Sic columbae longius emittendae prius  
nutriuntur tritico cum melle, ut quae  
longè emissa fuerint, semper illuc redire  
contendant, ubi delicatè se esse pastas re-  
miserunt. Sic Petrus prius in montem  
excelsum seorsum ducitur, ubi gloriam  
transfigurationis Christi videat, ut post-  
ea à Satan expetitus, ut cribarer cum in-  
tentatione, recoleret priorem dulcedi-  
nem, quam expertus erat, & rediret ad  
Dominum, quem tam amabilem sente-  
rat, ne diffidens, & deficiens desperaret.  
Sic filius Israël prius manna datur in de-  
serto, ne postea longo itinere, & certami-  
ne fatigaretur.

*Cur Deus des  
in principio  
consolationes  
dulcedinis  
exemplis decla-  
ratur.*

*Matth. 17.*

*Luc. 22.*

*Exod. 16.*

E Idem sanctissimus Doctor in tertio  
processu: Datur, inquit, spiritalis conso-  
latio novis Religiosis quandoque, ut vi-  
deant, quam largè Deus remunerat sibi  
servientes, & quam bonum est servire  
tam

*Religiosos tyro-  
nos cur Deus  
persuadant con-  
solationibus.*

zam dulci Deo. Item ad confirmationem fidei, ad robur spei, ad charitatis accensionem, ad desiderij inflammationem, ad eruditionem, ut videant, quomodo pergendū sit; sicut in tenebris lumen ostenditur, ut videatur, quomodo sit eundem, & quid cavendū. Item ad muniendū contratentationes. Hactenus Bonaventura.

Dantur ad ablaetandum eos, qui nisi caelestes dapes aliquantulum gustarent, terrenas non relinquerent. Dantur ergo, ut cognoscant Christum, quasi secundum carnem, ut postea mundi lac non requirant, ut veri jam effecti evacuent, quæ erant parvuli.

Adhæc dantur à Deo consolationes, tum ut iusti aliquo refrigerio miserabilem hanc vitam traducant, unde & corpus ipsum, quod est anima, ac spiritus instrumentum, aliquantulum exulset in Deū, tum ut iis dilatato corde viam mandatorum perecurrant, & quasi reflecti, in via non deficiant, tum ut aliis easdem consolationes impertiant: *Sive consolamur, pro vestra consolatione, & salute, &c.* Ut alacrius operentur: quia ut rectè habet Philosophus: Delectatio perficit operantem; & Poëta:

*Trahit sua quemque voluptus.*

Utilem patientiam, quia affluente consolatione ipsæmet prunæ rosæ videntur. Dum in torsus meos gaudet (inquit apostolus Justinianus) unque in exterioribus flagellis exultat: si verò tristatur, oneratur in minimis. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Laetificari enim Paracleto, frangi exterioribus non valebant. Ipsi planè erant, qui delectabantur pœnis, & iidem ipsi, qui gravati in celsitudine vigilare minimè poterant. Non tamen uno, eodemque temporis momento talis eorum mentibus diversitas inerat: sed aliter, atque aliter juxta qualitatem, ac dispositionem animæ se habebant.

Hinc illa, quæ erat *delictis affluens, inmixta super dilectum suum, perhibetur ascendere, dum antea ad eum segnis erat, ut electo, quò dilectum quæreret, non assurgeret.*

Idcirco non improbandæ spirituales

A consolationes, ac sensibilis devotio, quamvis non sint cum anxietate quærendæ, & quasi quædam vi brachiorum extorquendæ: quia & per se contingit, ut quò aliqui plus in quærenda sensibili devotione laborant, eò aridiores fiant, & quò magis in fletu fatigantur, eò sicciores evadant; quia aqua lachrymarum non est sanguinis aqua, sed planè caeleste irriguum: Deus etenim est, *qui ligat aquas* Job 41.

B (suarum consolationum) in nubibus, ut non erumpant pariter deorsum.

Ipsè fons totius consolationis, & consolator optimus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt. 2. Cor. 1.

Ipsè, qui, cum expedit, & cui, & quantum, & quomodo expedit, consolationes donat. Aliis non donat ad meritum, hos tanquam filios grandiores probat: *Nunquam dediisti mihi hoc, ut cum amicis meis copularer, sed postquam filius tuus* Luc. 15.

C hic, qui devoravit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: *Filius, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt, epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit perierat, & inventus est.* Quasi diceret: Te quasi majorem natu, ac ab uberibus jam dudum evulsu, sensibili devotione non excipio, sed natu minimo ac peccatori recens converso, vel sensibilibus consolationum convivium instruo.

Et expende verba illa: *Omnia mea tua sunt.* Et si filius hic sensibili devotione careret, sed non gratia, sed non substantia. Consolationes sensibiles sunt veluti bona mobilia, quæ facile consumuntur: virtutes verò sunt, eò bona stabilia, in quibus caelestis fundatur hæreditas, & sunt velut tituli, ac jus ad regnū illud æternū, unde & appellatur iustitia regni Dei. Matth. 6.

B Consolationes non dantur omnibus, nec non dantur omni tempore: & subtrahuntur etiā sine omnibus neque causa: *Surrexi ut aperirem dilecto meo, at ipse semper declinaverat, atque transferat.* Jesus duodecim annorum seipsum subducens: *Quid Greg. ibid. est, inquit, quida me quærebatis? Hoc per se, & nobiscum agit, quò intelligamus, non esse quidem sensibiles consolationes* Luc. 2.

1. Cor. 5.  
2. Cor. 12.

2. Cor. 6.

D. Lamy Iust.  
de triumph.  
agone, cap. 19.  
Act. 5.

Cant. 8.

rationes præcipuum virtutis præmium, sed veluti in obile, & accessorium.

Bern. de diligendo Deo.

Quærendus ergo Deus pro Deo, & non pro consolatione. Deus certe, inquit Bernard. non amatur sine premio, sed non debet amari pro premio.

Matth. 15.

Consolationes sensibiles mi. & sunt, quæ cadunt de mensa divitis. Novit perfectis amatoribus Deus cælestes exhibere dapes: novit eos mamilla Regum lactare: novit consolationes dare tantas, ut rogare compellantur: Contine, contine, Domine, undas gratiæ tuæ, quia in becillitas mea tam grandem sustinere nequit dulcedinem. *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me à volare fecerunt.*

Isa. 60. Aliquando dantur tam affluenter, ut non sint ferendo, qui accipiunt. D. Ephrem. Cant. 5.

Et propter privat aliquando Deus sensibili devotione dilectam, ne nimio amore langueat, ne corpus infirmitate deficiat.

Devotionis sensibili carens quid aget.

Quid verò sensibili devotione carenti animæ peragendum? Videndum unde ipsa carentia proveniat, ejusque causa perquirenda, si à Deo, si à communi hoste, si à se ipsa. Si ex divina dispensatione, & subtractione. tunc animanda ad patientiam, & suaviter fovenda, ne deficiatur. Curet illa primum seipsam coram Deo humiliare, sibi subtractionis causam adscribere, non sibi placere, sed accusare seipsam, quoties in se vel ad modicum recipere gratiam senserit. In veritate enim didici (inquit optime Bernardus) nihil æquè efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inveniaris non alium sapere, sed eimere.

Bern. ser. 54. in Cant.

Devotio mendicatum à calo petenda.

Baccius in Vita S. Phil. lib. 2. cap. 2. num. 6. Matth. 25. Luc. 15.

Proderit illi ad hæc cum Beato illo Francisco Burgia, Gandiæ Duce, & Sanctissimo P. N. Philippo Nerio, pia quadam mendicitate supernam illam civitatem circumire, & illud Virginum usurpare: *Dato, dato nobis, ô Calites, de oleo devotionis vestro, quia lampades nostra extinguuntur.*

Juvabit & illud prodigi usurpare: *Ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in calum, & cornite, jam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Heu! heu! Quanti mercenarii*

*in domo patris mei abundant panibus! ego autem hic famis pereo.*

Si devotionis sensibilis carentia sit à Demone, caveat similiter, ne deficiatur, ne desperet, ne pia exercitia, orationem, lectionem, Sacramenta derelinquat.

Si tandem à seipsa proveniat, causam protinus removeat.

Sitis. Joan. 19.

### PUNCTUM XXXIV.

**H**eu! Fons horrorum, puteus aquarum viventium sitit! Mirum equidem est, inquit, & verè Bernardinus Senensis, quòd fons sitit, immò omnium aquarum redundantia sitit.

An non clamaveras, Domine: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat?* An non dixeras mulieri Samaritæ: *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedit tibi aquam vivam?* Qui omnium sitim veneras tollere, pateris, quod ab alijs veneras auferre? Qui mulierem in vitam veras, ut à te peteret aquam, ne in æternum sitiret, tunc pateris sitim?

Quænam, rogo, hæc sitis, quæ divinis faucibus immò viscera, & cor tuum excruciat? Profluentibus de sacro latere aquis viventibus, & emanantibus de fonte uberi largis liquoribus, Christus sitire se perhibet, & se mundum irrigans, & fecundans de ariditate causatur.

Sitis. Quid? Justinianus: *Aqua multa, Justin. de tripopuli multo Pro salute populorum, ut per uniph. agone,*

Crucis patibulum eos traheret ad se, mori desiderans aiebat: *Sitis. Nempe anima Sitis Christi rum succensus zelo divinam ad pietatem qua, volens justitiam accendere, erecta ad calum mente, corpore verò nudato, vulnerato, confixo, patri clamabat: Sitis; quasi diceret: Hæc pro Electorum salute patior: ista pro tuo honore sustineo: ignosce illis: placabilem te illis exhibe, pro quibus*

*Tormenta plura. Et atrociora sibi.*  
 bus tantis me cruciatibus exposui. Quod si hæc, quæ parior, pauca videntur, adde flagellum flagello, appone vulneribus vulnera, lacera, ure, confice, percute, occide, universa hæc, & majora toto desiderio. Non poterit onerosum esse, nec conquerat de eo, quod sitio.

*Cant. 8.*  
 O ardor charitatis! o amor præceps, fervide, insuperabilis, & perseverans, quæ multæ aquæ tribulationum extinguere non poterant.

*Beda in Luc. 23. Derelictum est Christus quærebatur, quod viribus patientiæ plura acsitent sentiret.*  
 Hinc illa ad mentem Venerabilis Bedæ pia Christi ad Patrem querimonia, quod deficientes jam vires diutius adhuc non roboraret, quod diutius ipse pateretur. *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Hæc potissimum verba Christi lingua sibi quodammodo usurpans: Singula (ajebat) membra patiuntur, oculi velamine obducti, aures illudentium, ac blasphemantium verba audiunt, nares graveolentis Clavarij fœtores percipiunt, genæ alapas, manus, pedesque clavos, humeri flagella, caput spinas, corpus undique livores, & plagas, ego inter hæc sine sensu doloris! *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?*

*Psal. 9. Pagnin. Hest. Pint. ibid.*  
 En, Pater, patiendi desiderium augetur, & vita jam deficit: sitis tormentorum excrevit, diminuuntur vires: tempus, quo diutius patiar, jam finitur, amor, quo semper liberrimè paterer, perseverat. *(Sitis lassus adhuc sicut liceat huc verba inflectere) Et anima ejus adhuc servet.*

*Horat. lib. 1. Sat. 1.*  
 Tantalus amans (comparatiōni parcite) qui præterlabentes jam jam pœnarum undas avidissimo ore dum captas, adhuc ardentius sitit

*Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina.*  
 Mutato nomine de te, mi Christe, Fabula (quin historia) narratur. Præ aridissima scilicet, quæ exaestuabat, sui totus ipsa passionis Oceanus (magna est, velut mare, contritio tua. Veni in altitudinem maris. Pelagus operuit caput meum,) exiguus aquæ scyphus illi videbatur. Unde & dicebat: *Transseat à me calix iste.* Quasi diceret: Porrigatur calix latior, quia præ ardente siti, quæ laboro, calix hic nimium exiguus est: *Sitis, sitio.*

*Speranza Scriptura selecta.*

**A** Ardens nimirum amoris flamma, quæ divinum illud pectus accenderat, adeo aestuabat, ut proclamaret: *Concaluit cor Psal. 38. meum intra me.* Et, *Offensa me: sicut crumenam, Psal. 10. aruerunt.* Quasi diceret: Jam omnia defecit humor in carne meam: *mut. tanquam testa, virtus mea: aruerunt venæ, aruit lingua, quæ propterea adhaesit faucibus meis; Psal. 21. aruit palatum, aruerunt fauces, aruerunt interiora omnia: Sitis, sitio.*

**B** Sipientis valde iudicium est: *Hansus aquæ Ovid. 6. M. mihi necesse erit.* Et Christus præ tormentorum siti inundationem maris quasi lac sugeret.

Sipienti haustus unicus auget, nedum sitim extinguit. Quod Christo tormenta omnia, nisi unus aquæ haustus? nisi gutta, quæ incensam fornacem accendunt magis, quam restinguant? *Aperi, aperi mihi, soror mea sponsa, quia caput plenum est rore, & in cernui mei gutta nocturnum, quasi dicitur.* Prae sitis ardore non madefactus, sed tantum irroratus mihi videor, nec pœnarum hæc pluvia mihi visa est, quæ me totum exceperit, sed exigue tantum gutta, quæ cicerinos attingerat.

Non nisi Crux una est, quæ Christum detinet: non nisi tres clavi, quibus crucifixus est: at ille centum sicut cruces, mille sicut clavos. Pulchrè Bernardinus Senensis: Nam licet Divinitas ad solum triennarium annorum numerum, vel circa, terminata veritatis mensura immensurabilem esse dolores, atque corporis cruciatum ad solum trium horarum restringeret spatium; non tamen fuit charitas Christi horum arctatione contenta, nisi in quantum fuit divinæ voluntati conformis, sed simpliciter, & totaliter, & liberè, quantum ex se fuit, si divinæ voluntati placuisset, ab eo tantum pondus exigere, se obrulit pro toto æterno. unde dedit vitam suam per desiderium ad quoddam infinitum vivere, & ad sustinendas mortes infinitas.

**D** Cervus nimirum siticulosus, cui rectè inscriptus est Psalmus: *Pro cervo matutino.* quoniam primo mane à Pontificibus, & universo populo, tanquam à rabidissimis canibus agitatus, & quæ sitis ad mortem, cum à Concilio ad Pilatum, à Pilato ad Cccc Hero-

*Psal. 21. Hieron.*  
 Cccc Hero-

Herodem, rursumque ab Herode ad Pilatum, ac deinde usque ad Calvariam locum, eundem sevisime pertrahendo, ad mortem agerent; non illi tamen propterea ardentem penam sitim ademerunt, sed magis, ac magis incenderunt.

Quid mirum? Invenimus insigne velocitatis in cervo, inquit August. unde animal sitit. Et quid aliud in cervo? Serpentes necat, & post serpentium interceptionem majore siti inar descendit. O cervum a summo caelo egressum ad eundem viam, & occurrendum usque ad summum eius! O cervum, qui infernalibus serpentibus enecatis, dum super foramine aspidis misit manum, ac educit colubrum tortuosum: ut nos a veneno mortifero liberaret, majore inardescens siti, exclamavit: Sitio.

August. in Psal. 41. Cervus unda sua sitis.

Arnold. quo supra.

Plane quemadmodum peregre ait Arnoldus, perversa, & aversa mens carnalium sitis hujus non intelligens sacramentum, sancto ori amaritudinem applicat in calamo, & fonti misericordiae venena propinat. Sitit ergo, sitit.

Eccles. 38. 32.

Solet a labore, ac sudore generari sitis: Sic faber ferrarius sedens juxta incidem, & considerans opus ferri, vapor ignis uret carnes ejus, & in calore fornacis concertatur. q. d. & sudat, & sitit. Et Christus juxta sitit charitatis fornacem sedens, ac durissimis sue passionis malleis clavos ipsos, quibus suffundus erat, exacuens, & considerans (vox mallei inmovet aurem ejus, & contra similitudinem vasis oculis ejus) tanto sudore perfunditur, ut clamet: Caput meum plenum est rore, & cincinni mei gutta rore sunt; & quod inde sitit, exardescens siti, queritur: Sitio.

Christi sitis ex calore fabricatorum alavorum.

Cant. 5.

O mi sitibunde Jesu, unde tibi tam inardens sitis? O mi vere Samson, qui verius ad Patrem conversus dicere poteris: Tu dedisti in manu ferri tui salutem hanc maximam, atque victoriam, & in sitis mea moritur.

Judic. 15.

Arnold. quo supra. Ex labore, tolerate crucis.

Certe quasi siti moritur. Exhaustum erat factum pectus sudore sanguineo, & lignum illud, cui affixus erat, sanctis bajulaverat humeris, hinc tam ingens sitis potuit accendi.

Cyr. lib. 22. c. 35. in Ioan.

O tormentum Domini mei morientis quod vel ex te esse posset ad mortem, ut

A recte propterea David, ubi in ejusdem Domini persona dixit: Aruit tanquam testis, virtus mea, & lingua mea adhesit faucibus meis, & in pulverem mortis (subdit) deduxisti me. Quasi una haec sitis mortem illi inferre posset.

Psal. 2. Mortem adferre Christo solam poterat. Sur. ad diem 22. Septemb.

B Sanctissimus Heimeramius Martyr apud Surium, ad palum ligatus, & plurimis vulneribus acceptis, de siti tantummodo querebatur, peribatque sola aqua cruentum refrigerari pectus.

Christus post sudorem sanguineum, post longam defatigationem, ubi multum sanguinis in flagellatione fadisset, postquam jam in crucem actus quatuor quasi sanguinis fontes aperuisset, quam, rogo, sitim passus est? Exardescet, exardescet (penitus, liceat accommodare verba) contra eum sitit.

Iob. 18.

Q. Curt. lib. 7.

Narrat Curtius libro septimo de rebus gestis Alexandri, qualiter in Suisitanorum deserto exercitus aquae penuria laboraverit. Ipse, inquit, eum expedito agmine loca deserta Suisitanorum, (forte, Suisitanorum,) intrat nocturno itinere exercitum dicens: aquarum penuria prius desperatione, quam desiderio bibendi sitim accendit. Per quadraginta stadia ne modico quidem humore existit. Arenas vapor aestui Solis accendit, quae ubi flagrare coeperunt, haud secus, quam continentem incendio cuncta torrentur. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore, & matutino frigore corpora levabantur. Caeterum cum ipsa luce, aestus oritur omnemque naturalem absorbet humorem siccitas ora, visceraque penitus uruntur. Ita que primum animi, deinde corpora deficere coeperunt. Pigebat & consistere, & progredi. Tandem ad flumen Oxum exercitus venit. Sed qui intemperantius hauserant, intercluso spiritu, extrinseci fuerunt, multoque horum numerus fuit, quam ullo amiserat praelio.

B Ea quoque inardescit sitis, quae adeo intolerabilis aliquando est, ut nec possit quis sibi imperare, ut inter bibendum aliquantulum respuer, sed intercluso, in bibendo, spiritu moriatur.

Verum quid Ethnicorum historias commemoro? Ad sacras revertatur. Surrexit itaque Abraham mandens, & tollens panem

Gen. 18.

& utrem

Et utrem aque, imposuit seapule. Agar, tradiditque puerum, & dimisit eum. Quia cum abisset, errabat in solitudine Bersabee. Cumque consumpta esset aqua in utre, abiecit puerum subter unam arborem, qua ibi erat, & abiit. Dixit enim: Non video morientem puerum.

Sed o Christum! o verum Ismaelem, quod est exaudito Dei. Ita, irane exauditus, ut quemadmodum ait Cyrillus, pro iuvante, & jucundo potu nocentem illi, & acerbum obrulerint?

Hebr. Cyr. lib. 2. 1. in Ioan. cap. 3. 5.

Gen. 21. Maria siticula Christo lacrymas suas bibendas dedisset. si occiso permisisset.

Iudic. 15. Siticulosus Christus non habuit refrigerium, quod Samson.

1. Reg. 23. Nec quod David.

Laur. Justin. quod supra.

Isa. 21.

Gen. 37.

Theod. ser. 73.

Num. 20. Exod. 15. Psal. 68.

Ad vocem pueri permotus Deus, puteum aperuit, unde mater implevit utrum, deditque puero bibere. At Christo Mater, que hydrias saltem oculorum plenas obtulisset, nec penè præ siti morienti filio in Crucem jam exaltato offerre potest.

Ad vocem sitientis Samsonis aperuit Dominus molarem dentem de maxilla asini, & egressi sunt ex eo aqua, quibus hausus refocillavit spiritum. & vires recepit. Ad clamorem sitientis Jesu nec fons ascendit, nec aliquis cum calice frigida accurrit, quo refocillaretur spiritus ejus, viresque reciperet.

Vix audita voces sitientis David: O si quis mihi daret potum aqua de cisterna, que est in Bethlehem iuxta portam! cum subito irruerunt tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, que erat iuxta portam, & attulerunt ad David. Hic nec unus accurrit, verum clamanti, Sitio, ut ait Justinianus, gutta aquæ crudeliter denegatur, & quod brutis ipsi impenditur, sitienti Dei Filio denegatur.

Sitienti asserit aquam, qui habitati in terra Austri. Vos, vos, inquam, qui spirituales estis, accurrite, & de cordibus saltem vestris aquam depromite.

Sed heu! aruerant corda nostra, & Christus adhuc sitit! O verum Josephum in Cruce hac positum, tanquam in cisterna veteri, qua non habet aquam.

Qui obligatam in nubibus undam, inquit B. Theodorus Studita, ex æquo tempestivè inferit solo nunc sitiens nec gutta donatur!

Populo sitienti largissimus Deus profudit aquas. Iterum amarulentas deserti aquas dulces efficit. Christo amaritudo ipsa propinatur. Et dederunt, ait, in escam meam sel, & in siti mea potaverunt me aceto.

A S. illicet meas amaritudines bibite (sic pulchre Ambrosius) ut mihi suæ donaret gratiæ suavitatem.

Arab. ser. 18. in Psal. 118.

Verè, verè, Domine, conqueri poterat: Circumdedit me fello, & labore, replevit me amaritudinibus, inebriavit me absinthio.

Thoen. 3.

Infelicio in hoc quodammodo parce, si id temerè dixeris pro illo epulo, cui sigutta denegata est, fel haud tamen ei propinatum est. A læculo a saculo nō est auditum, inquit eg egie Justinianus, ut homini sitienti, lasso, vulnerato, ac morientis, proficit refrigeratione acerum hyslopo, & fel daretur mixtum.

Justinian. qua supra.

Sed cur, dulcissime Domine, hoc perperit voluisti? cur tam dira siti exurctari cur felle, & aceto potari voluisti? Quia nos siti famelica lambimus imagines rerum. Quia derelinquimus fontem aquæ vivæ, & fodimus isternas dissipatas. Quia nimio ardore terrenarum rerum aquas sitimus. Ideo sitiens moritur, inquit apostolus Rupertus, ut ostendat nihil esse in mundo, quod sitim expleat. Et illud plañe verissimum: Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum.

Cur sitire Christus voluit.

Terem. 2.

Rupert. in Ioan. 4.

Et quid tibi vis, o homo, in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? Quid a deceptrice Jabele ex potens: Da mihi, inquit, paululum aquæ, quia sitio valde? Alij inimicorum vindictam sitiant: Quasi turbo impellens parietem, & sicut æstus in siti.

Jerem. 2.

Iudic. 4.

Isa. 25.

Alij sitiant honores: Nobiles ejus interierunt fame, multitudo ejus siti exaruit. Alij sitiant divitias: Bibens divitias ejus. Alij voluptates. Cui ut rescent pisces sine aqua, & morientur in siti. Alij alia, de quibus omnibus Psaltes: Esurientes, & sitientes, anima eorum in ipsis desecit.

Isa. 5.

Iob. 5.

Sitit ergo, ne hæc præterlabentia omnia sitiamus, sed potius sitit, ut ipsum cuncti sitiamus. Pro nobis omnibus loquitur, se sitire contestans, inquit D. Bernardinus Senensis, velut caput pro membris, & desiderium, quod genus humanum habere debet gloriæ sempiternæ, in Cruce pendens expressit. Proinde sitim exprimens, sitim è nobis poscit, ut si nos sitit, & nos sitiamus ad eum, quemadmodum Psaltes prædocuit, dicens: Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem Domini?

Sitit ut nos ipsum sitiamus.

D. Bernard. d quo supra.

Psal. 41.



Arnold: quo supra. Dent. 32.

Eleganter Arnoldus Carnotensis: Non tangit, Judæe. Christus poculum tuum, non gustat acetum de suburbanis Gomorrhæ, & vinea Sodomorum. Fons ille, de quo aquæ vivæ emanant, cujus rivus in æternitatem profiliunt, non exaruit, neque ut à te impleatur, afficitur. Hoc potius ille fons sitit irriguus, ut ex eo affatim haurias, illaque replearis dulcedine, ut pure refrigerent latices, & ardentium in te libidinum extinguant carbones. Hoc sitit, ut virens in te charitas perseveret, ut sicut palma in sublime comam spei attollas, & sicut cedrus Libani imputribilis vivas. Pinernas veneficos sitis ista discerit, & propinatorotes amaritudinis horret, & abjicit. Nullis passionum ardoribus fons iste siccat, nullis pressuris charitas exhauritur.

Psal. 61.

Hac charitate flagrans nostram Christum salutem sitit. In hac Christi siti non tam desideratur potus, quam hominum salus. *Cucurri, inquit, in siti.* Currit, & sitit. Sitit conversionem, currit ad remissionem.

August. ibid.

Augustinus ibidem, ad illa verba: *Veruntamen pretium meum cogitaverunt repellere, cucurri in siti.* Illi, inquit, interficiebant, & repellebant me; ego sitiebam illos: illi honorem meum cogitabant repellere; ego eos in corpus meum conabar trajicere per totum. Hoc semper sitit Christus, idè in cruce dixit: *Sitios & Samaritanæ: Da mihi bibera.* Samaritana illa in puteo sitientem Dominum sensit, & à sitiente fatiata est: sensit illa prius sitientem, ut biberet iste credentem: *Deo* Cruce illos sitiebat: illi verò acetum dederunt.

Joan. 4.

Apoc. 17. Isa. 49.

Planè sitiebat populorū salutem. *Aqua, quas vidisti populi sunt.* Noverat sibi dictum à Patre: *Parum est, ut sis mihi servus ad succitanas Tribus Jacob, & facies Israël convertendas. Ecce dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terra.* Quod ergo sitire se dicit Dominus, inquit Augustinus, fidem incredulæ gentis concupiscit. *Terram arenem (Hebræorum) dedisti mihi (d. Pater) da & irriguam (populorum.)*

Aug. ser. 174. Indie. 1.

Bernard.

Bernardus: Domine, plus te cruciat:

A. sitis nostræ salutis, quam Crux tua. Gustaverat aliquid in conversione Latronis, sed tanto sitis ardori satis non fecerat.

Arnoldus: Te sitit Christus, ô Petre. revertere, & dic liberè: *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Revertere, & confide, exurge, & bibe de fonte, miser: *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Etiam te, Judæe parricida, Christi charitas sitit. Muta intentionem, replica orationem. Dixisti: *Sanguis ejus super nos, & super liberos nostros.* Bonum est, quod dicis, si rectè intenderis. Sit super te sanguis ejus, & conlepelire ei per *Baptismum in mortem.* Opta salvari, non damnari: bibe & tu nobiscum de calice passionis illius. Non est hoc horroris, sed poculum pietatis.

Sitis mea, salus vestra est (sic ille ad omnes) sitis mea: redemptio vestra: sitio fidem vestram, gaudium vestrum. Plus animarum vestrarum, quam corporis mei cruciatus me tener.

*Zelus domus tue comedit me.* O si & nos comederet zelus, ut in substantiam zeli converteremur! O nos miseros, qui potius zelum comedimus, & in nostram debilitatem convertimus: nulla animarum lucra quarimus, (velut jure plorat Gregorius) ad nostra quotidie studia vacamus, Dei causas relinquimus, & terrenis actibus implicamur.

Ignoramus scilicet, quam Deo sit gratus animarum zelus. Cælestis ille Dionysius de cælesti Hierarchia, capite tertio: Uniuscujusque, ait bene ordinatæ personæ perfectio est secundum propriam congruentiam in Dei imitationem ascendere, & quod omnium divinius est, Dei cooperatorem fieri in reductione animarum, juxta illud: *Dei adiutores sumus.*

Chrysostomus: Nihil ita gratum est Deo, & ita curæ, ut animarum salus, sicut clamat Paulus: *Qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitum veritatis venire.* Audi & Prophetam ex persona Dei dicentem: *Qui educit pretiosum à vili quasi os meum erit;* id est: Qui ab errore ad veritatem proximum manduxerit, pro virili humano me imitatur.

AA. 5.

Luc. 22.

Matth. 27.

Rom. 6.

Aug. serm. 1.

in ramis Palmarum.

Psal. 68.

Greg. hom. 17.

in Evang.

D. Dionys. de cælest. hier.

cap. 3.

Animarum

reducendarum

cura Deo simili

lem facis.

1. Cor. 3.

D. Chrysost.

hom. 9. in

2. ad Cor.

Et gratissima

est.

Jerem. 15.

Idem:

Idem supra.  
Psal. 48.

Idem alibi: Nihil est, quod animæ pos-  
sit æquiparari, ne univèrsus quidem  
mundus: ita si immensas pecunias in pau-  
peres erogaveris, plus tamen effeceris, si  
unam converteris animam.

Greg. homil.  
12. in Ezech.

Gregorius huc scribit. Nullum, inquit,  
omnipotenti Deo tale est sacrificium,  
quale est animarum zelus.

Aug. ser. 130.

Hoc recte intelligens Latio in cruce,  
cum victimam aliam non haberet, pla-  
centiam hanc zeli animæ sui collationis  
obtulit. Quod Augustinus eleganter ex-  
pendens: Quæ in ipso, inquit, & circa  
ipsum erant relinquens, de altero curam  
gerit, in cruce Doctor effectus, & corri-  
piens dicit: *Neque tu times Deum?*

Luc. 23.  
Rom. 9.  
Gagn.

Hoc & Paulus obrulit, cum ait: *Opta-  
bam ego ipse anathema esse à Christo pro Fra-  
tribus meis.* Ubi et dicit Gagnæus: Ana-  
thema Græcis dicuntur sacri scelerisque  
homines, qui ad utrisque lustrationem Diis  
Manibus, & Inferis mactabantur, si qua  
lues, aut calamitas ingrueret, quam hu-  
jusmodi hominum interfectione, placatis  
Diis, sedatum iri putabant. Ad cuiusmo-  
di sacrificia alludens Paulus: Usque ad eum  
mihi dolet, inquit, Judæorum abjectio,  
quod si Deo adversus illos iram, vel quo-  
vis meo malo, etiam mei ipsius sacrificio  
placare possem, id plane optarem. Hoc  
& Hebræicum nomen significat, *Cherem*,  
*ocisio, & consecratio.*

Hebr.

Nec minorem zeli expressionem ha-  
bet altera vocis *anathema*, significatio:  
*anathema* enim idem est, quod *separatum*.  
Quem verbi sensum expendens Chryso-  
stomus: Quid ais, inquit, Paule? nonne  
jam dixisti: *Quis nos separabit à charitate  
Christi?* Immo, ait, quia amo Christum,  
cupio separari à fruitione Christi, ut plu-  
res, immo omnes cum ament, & lau-  
dent. Et Origen. eadem sententia: Quid  
mirum, inquit, si cum Dominus pro ser-  
vis *malvictum* sit factus, servus pro fra-  
tribus *anathema* fiat? Pulchre verò, ubi  
suprà Chrysostomus addit: Et quia nos  
longè sumus ab hac dilectione, idcirco  
intelligere hæc ejus dicta non possumus.

Bern. in festo  
Martini.

Hunc Apostoli zelum amulabatur  
Martinus sic ad Deum fatus: Si adhuc  
populo tuo sum necessarius, non recuso

laborem. Quæ verba pendens Bernardus  
in sermone: *O inestimabilem, ait, chari-  
tatem! Bonum certamen certasti, cuiusum  
consummasti, fidem servasti: de reliquo  
superest tibi corona justitiæ, quam red-  
det tibi Dominus hodie iustus Judex, &  
adhuc dicis: Non recuso laborem? Obrul-  
isti plane Isaac: unicum illum, quem di-  
ligis, quod in te est, jugulasti: immolasti  
singulare gaudium tuum pia devotione,  
paratus redire iterum in pericula inno-  
vare certamina, denud subire laborem,  
sustinere tribulationem, prolongare  
tentationem, deinde differri adhuc ab il-  
latante felicitate, & diu desiderata socie-  
tate Spirituum beatorum, atque in hujus  
mortalitatis ærumnas ab ipso introitu  
gloriæ revocari: postremo (quod maxi-  
mum est) à Christo tuo peregrinari diu-  
tius, si modò ipse voluisset. Nec sanè du-  
bium, quin ampliorem gratiam mereatur,  
qui paratum se exhibet etiam ante  
mandatum, quam qui obedire satagit  
post mandatum.*

B

C

D

Magna quidem obedientia vestra, An-  
geli sancti, sed quod dicere audeam pace  
vestra, nescio, an inveniatur in vobis  
quisquam paratus in tale aliquando mi-  
nisterium mitti, in quo necesse habeat  
non videre faciem Patris. Magnum est,  
Petre, quod Dominum secururus omnia  
reliquisti, sed audivi te in monte dicen-  
tem, ubi transfiguratus est coram vobis:  
*Domine, bonum est nos hic esse, faciamus hic  
tria tabernacula.* Non est hoc: Si adhuc po-  
pulo tuo sum necessarius, non recuso la-  
borem. Paratum cor tuum, Martine, pa-  
ratum cor tuum, sive manere in corpore,  
sive dissolvi, & esse cum Christo. Et ma-  
gna quidem in horrenda morte securi-  
tas: magna in visione Christi desideran-  
da, & tam frequenter, ac singulariter  
desideranda perfectio reperitur: sed id  
quidem longe amplius per omnem mo-  
dam, quod qui mori non metuit, immo,  
qui tanto desiderio præsentiam Domini  
concupiscit, vivere quoque non renuit,  
& expectatione molestissima fatigari.

Matth. 17.

E

Noverat planè, quanti fecerat animas  
Dei Filius: noverat paratum, si opus es-  
set, iterum crucifigi. Noverat illud di-

Ccccc 3. Aura

*Dionys. Areop.  
ep. 8. ad Demo-  
philum.*

Etum à Domino Divo Carpo spirituum rigidiores habenti: Extenta jam manu percutite me, quia iterum paratus sum pro peccatoribus pati.

*Bern. lib. 4. de  
confid.*

O nos miseros, quibus nulla est animarum cura, qui pro lucrands animabus minime laboramus, qui totum sumus, in terrenis augendis divitiis, & nullo animarum zelo tangimur, qui patientius ferimus, velut ait Bernardus, Christi iacturam, quam nostram, qui quotidianas expensas quotidiano recipimus scrutinio, & continua Dominici gregis detrimenta nescimus.

*Bern. ep. 27.  
de Eugen.*

Quis, quis mihi det, aut equam moriat (inquit plorans idem Bernard.) quis mihi det, videre Ecclesiam Dei, sicut in diebus antiquis, quando Apostoli laxabant retia in capturam, non in capturam argenti, vel auri, sed in capturam animarum?

*Ingens lucrum  
eorum, qui con-  
vertendis pec-  
catoribus stu-  
dent.*

Au ingens zeli animarum lucrum ignoramus? Au nescimus, quid qui converti fecerit peccatorem ab errore vite sue salvabit animam ejus; aut, juxta alios, ex Græco, salvabit animam suam à morte, & operiet multitudine peccatorum? Et utraque plane lectio tenenda, nam quemadmodum ait Beda: Qui peccatorem ab errore convertit, ejus peccata per conversionem ab aspectu interni Jadsis superpositione melioris abscondit, & sua quoque, in quibus unque offendit, errata ab intuitu ejus, qui omnia videt proximum curando, contegit; idemque Paulus dixit: *Attende tibi, & doctrina, ista in illis, hoc enim faciens, & te ipsum salvatum facies, & eos, qui te audierunt.*

*Iac. 5.  
Græc.  
Beda ibid.*

*1. Tim. 4.*

Nunquam certe sine tuo lucro alterius animæ benefeceris. Exemplo firmat hoc Damascenus. Quemadmodum, ait, qui ægotantem unguento, vel alio pretioso vult iungere, priori se unguendo particeps est unctionis, sic postea iungit laborantem morbo: ita qui pro salute proximi aliquid facit, prius sibi, deinde proximo prodest.

*Dam. ser. de  
defunct.  
Anima sus-  
medetur, qui  
curat alienam.*

O si divinæ motionis instinctum observamus, quo nos Deus ad zelum animarum impellit! *En dilectus meus loquitur mihi, surge, propera, amica mea.* Bernardus;

*Cant. 2.  
Bern. ser. 17.  
in Cant.*

En audit Sponsa, ut surgat, & properet, haud dubium (addit) quia ad animarum salutem.

*Quem mittam (quæritat Deus semper), & quis ibit nobis? Sed pauci sunt, qui syn-  
cero animarum zelo permoti responde-  
ant: Ecce ego, mitte me.*

Plerique nimirum timent in aliorum fordidum ablutione conquinari. *Expoliarvi me, inquiant cum Sponsa, tunicamea, quomodo induar illa? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? Sponsa pedes iterum inquinare metuit, inquit Gregorius quia valde sollicita est, ne si in prælatione ponatur, per terrena ambulans, iterum suscipiat, quod dimisit. Idcirco ab otio invita recedit, quia dum à marinis fluctibus aliena est, quasi in litore posita securius vivit. Sed dilectus non leviter mortem proximorum tolerat, ideoque propius accedens per seipsum eam excitare non dubitat, ubi dicitur: *Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum.**

• Ij pariter verentur, ne suam devotio- nis piguedinem, ac dulcedinem deferrant. Impeditioris lingue se esse causantur: *A, a, a, Domine, (clamant:) ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Videam me, ajuunt, non custodi vi.* Illud Magni Dionysij proloquium in medium afferunt: Non sine periculo divinis in rebus quibusque aliis se ducem præstare præsumit, qui non per omnia evaserit similimus Deo, & ab inspiratione, judicioque divino fuerit gubernator declaratus.

Is enim divinè, ut solet, quærens, cur Pontifex prius ipse communicet, quam aliis communionis consortium tradat, & cur in gratiarum actiones desinat, hæc habet: Sumptis verò, traditisque mysteriis sacris in gratiarum actiones cum omni Ecclesia, sanctaque multitudine desinit. Enim verò participatio communionem præcedit, mysticamque distributionem mysteriorum sancta percipio. Est enim hic divinarum rerum decentissimus ordo, ut prius communique, atque impleatur sanctus Præsul his (quæ per illum distribuenda sunt cæteris) divinis donis, & sic aliis tradat. *Quocirca & hi,*

*Isa. 6.  
Cant. 5.  
Greg. ibid.*

*Iudic. 9.  
Jerem. 1,  
Cant. 1.  
Animarum  
curam sumat,  
nisi Deo similis.  
Dionys. Areop.  
de Eccl. Hier.  
in fine.*

hi, qui divinis magisteriis (priusquam digna illis conversatione capaces effecti sint) abutuntur audacter, impuri, atque à sacra lege extranei omnino censentur. Ut enim in solis radiis tenuiores, limpidiorisque substantiæ primæ influenti luce replentur, sic que exuberantem lucem in subsequentes Solis vice transfundunt: ita non sine periculo divinis in rebus aliis se dicem præstare præsumit, qui non per omnia ævalent simillimus Deo, & ab inspiratione, iudicioque divino fuerit gubernator declaratus.

Sed cum hæc vera sint pro iis, qui suas imperfectiones amant, quique tepidioris vitæ cum sint, ad perfectionem nullatenus aspirant: sic pro illis non faciunt, qui eum Deum ardentem ament, proximorum zelo non accenduntur. H. D. G. ego-riam audiant ita admonentem.

Aliter quoque admonendi sunt, qui eum prædicare dignè valeant, præ nimiam humilitate formidant: atque aliter admonendi sunt, quos à prædicatione imperfectio, vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit. Admonendi namque sunt, qui cum prædicare utiliter possunt, inmoderata tamen humilitate refugiant, ut ex minori consideratione colligant, quantum in maioribus rebus delinquant. Si enim indigentibus proximis, ipsi, quas habent pecunias, abscondissent, adjutores proculdubio calamitatis extirpissent. Quod e go reatu constingantur, aspiciant, quidum peccantibus fratribus verbu prædicationis subtrahunt, morientibus mentibus vitæ remedia abscondunt. Unde & benè quidam Sapiens dixit: *Sapientia abscondita, & thesaurus invisus, qua utilitas in utriusque?* Si populum famem attereret, & occulta frumenta ipsi servarent, authores proculdubio mortis existerent. Qua itaque plectendi sunt poena, considerent, qui cum fame verbi animæ pereant, ipsi panem perrepta gratiæ non ministrant. Unde & benè per Salomonem dicitur: *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populo.* Frumenta quippe abscondere, est prædicationis sanctæ apud se verba retinere. In populis autem

A talis quippe maledicetur: quia in solus culpa silentij, pro multorum, quos corrigere potuit, poena damnatur. Si medicinalis artis minimè ignari secandum vulnus cernerent, & tamen secare recusarent, profectò peccatum fraternalis mortis ex soloto ipote committeret. Quanta ergo culpa involvantur, aspiciant, qui dum cognoscunt vulnera mentium, curare negligunt ea sektione verborum. Unde &

B benè per Prophetam dicitur: *Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine.* Gladium quippe à sanguine prohibere, est prædicationis verbum à carnalis vitæ interfectione retinere. De quo rursus

gladio dicitur: *Et gladius meus devorabit carnes.* Hi autem cum apud se sermonem prædicationis occultant, divinas contra se sententias terribiliter audiant, quatenus ab eorum cordibus timorem timor expellat. Audiant, quòd talentum

C qui erogare noluit, cum sententia damnationis amisit. Audiant, quòd Paulus eò se à proximorum sanguine mundum credidit, quòd feriendis eorum vitiis non pepercit, dicens: *Confessor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium vestrum, non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.* Audiant, quod voce angelica Joannes admonetur, cum dicitur: *Qui audit, dicat: Veni.* Ut nimirum, cui se vox interna insinuat, illuc etiam clamando alios, quòd ipse rapitur, trahat, ne clausas fores etiam

D vocatus inveniat, si vocanti vacuus appropinquat. Audiant, quod Ilias, qui à verbi ministerio tacuit, illustratus superno lumine, magna voce penitentia se metipsum ipse reprehendit dicens: *Va mihi, quia tacui.* Audiant, quòd per Salomonem in illum prædicationis scientia multiplicari promittitur, qui in hoc, quod jam obtinuit, torporis vitio non

E tenetur. Ait namque: *Anima, qua benedicat, impinguabitur, & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.* Qui enim prædicando exterius benedicat, interioris augmenti pinguedinem recipit: & dum vino eloquij auditorum mentem ebriare non desinit: potu multiplicati muneris

debriatus.

D. Greg. C. 17. a. 3. admon. 26.

Ecc. 20.

Prov. 11. 26.

Psal. 99.

Cant. 2.

Exod. 32.

Ibidem.

debetur excessit. Audiat, quod David hoc D. o in munere obtulit, quod prædicationis gratiam, quam acceperat, non abscondit, dicens: *Ecce labia mea non prolibo, Domine, tu cognovisti. Iniquitatem autem tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam, & salutare tuum dixi.* Audiant, quod Sponsi colloquio ad Sponsam dicitur: *Quia habitas in hortis, amici auscultant te, fac me audire vocem tuam.* Ecclesia quippe in hortis habitat, quæ ad viriditatem intimitam exculta plantarum virtutum servat. Cujus vocem amicos auscultare, est electos quousque verbum prædicationis illius desiderare: quam videlicet vocem Sponsus audire desiderat, qui ad prædicationem ejus per Electorum suorum animas anhelat. Audiant, quod Moyses cum irascentem Deum populo cerneret, & assumi ad ulciscendum gladios juberet, illos à parte Dei denunciavit existere, qui delinquentium scelera incunctanter ferirent, dicens: *Si quis Domini est, iungatur mihi, ponat vir gladium super femur suum. Ite, & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suum.* Gladium quippe super femur ponere, est prædicationis studium voluptatibus carnis anteferre: ut cum sancta quis studet dicere, eures, necesse est, illicitas suggestiones edomare. De porta verò usque ad portam ire, est à vicio usque ad vitium, per quod ad mentem mors ingreditur, increpando discutere. Per medium verò castrorum transire, est tanta æqualitate intra Ecclesiam vivere, ut qui delinquentium culpas redarguit, in nullius se debeat favorem declinare. Unde & rectè subjungitur: *Occidat vir fratrem, & amicum, & proximum suum.* Fratrem scilicet, & amicum, & proximum interficit, qui cum punienda invenit, ab increpationis gladio, nec eis, quos per cognationem diligit, parcit. Si ergo ille Dei dicitur qui ad feriendam vitia zelo divini amoris excitatur, profectò esse se Dei denegat, qui in quantum sufficit, increpare vitam carnalium recusat. Hactenus ille, fuscè quidem, sed prorsus appositè.

A D. Gregorio adnecto Chrysostomum. *Chryf. adversus Iudæos, orat. 1. tom. 5.* Restat autem illud necessariò, ut vos, qui adestis, adhortemur, ut multam sollicitudinem habeatis pro membris vestris. Ne dixeritis, quid mea refert? Cur autem ego rerum alienarum curiosus sim, & sollicitus? Dominus propter nos mortuus est: tu verò ne sermonem quidem profers pro illo? Et quam invenies veniam, aut quam reperies exculationem? Quomodo ad Christi tribunal stabis cum fiducia, dic mihi, tot animarum exitium dissimulans? Utinam mihi contingat eò currentes videre, nequaquam vobis opus esset, sed celeritiam adhiberem correctionem. Quoties frater est ad meliora revocandus, etiam vitam oportet impendere, ut serves. Imitare Dominum tuum.

Infrà verò hoc idem suadens, ne pœnas & ipsi demus cum ipsis, quos lucrati non fuerimus, hæc addit. Pròinde quem admittimus non ipsi tantum fore dant pœnas, verum etiam eadem pœna plectuntur ij, quibus cum esset potestas vetandi, non vetuerunt tamen: ita non solum qui impiè aguntis verum etiam illi, qui cum possint ab impietate revocare, tamen vel ob pigritiam, vel ob timiditatem id facere nolunt, simili cum illis pœna plectuntur. Alioqui talentum illud, quod acceperat, ac defoderat servus ille, reddit integrum, attamen dat pœnas, eò quod non auxerat lucrum: Ita tu quidem, etiam si ipse purus, & innocens perseveres, ceterum non augeas talentum, nec fratrem peccantem revoces ad salutem, eadem, quæ ille patitur, patieris.

Quid magni postulo? Unusquisque vestrum unam mihi ex fratribus ad salutem revocat. Hic sollicitus, hic quisque curiosus esto, quò nimirum in crastina communionem multa cum fiducia compareamus, donaria Deo ferentes. Donaria, inquam, omnium pretiosissima, si animas errantium reduxerimus, etiam si contumelia fuerit ferenda, si toleranda verbera: breviter si quid aliud, his etiam molestias, sufferendum. Quandoquidem & ægrotos ferimus calcibus ferientes, contu-

contumeliis, & convitiis incessantes, nec offendimur contumeliis: verum nihil aliud videre cupimus, quam sanitatem hominis per morbum indecora facientis. Quin & Medici vestem sæpè laceravit ægrotans: at non idèd à curâ destitit ille. Qui sit igitur, ut qui corporibus consulunt, tanta utantur diligentia: nos animabus istorum pereuntibus celssemus, perinde quasi existimemus, nihil accedere grave, cum membra nostra putrescunt? At non ita Paulus, sed quomodo? Quis, inquit, infirmatur, & non infirmor? Quis offenditur, & non turor ego?

Hunc ignem tu quoque concipe: & si conspexeris fratrem pereuntem; quamvis convitietur, quamvis vim & contumeliâ inferat, quamvis verberet, quamvis minuetur, se futurum hostem, aut aliud quidlibet intenderit, fac omnia perferas fortiter, ut illius lucrificas salutem. Si ille fiat inimicus, Deus tibi est amicus, magnisque in die illo bonis te remunerabitur. Utinam autem hæc donet Deus Sanctorum votis, ac precibus, ut & qui in errorem abducti sunt, recuperentur ad salutem, & vos in hoc venatu voti compotes evadatis: & illi ipsi blasphemii liberati ab impietate sua, Christum agnoscant ab ipsis crucifixum, ut omnes uno animo, eodemque ore glorificemus Deum, & Patrem Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Consummatum est. Joan. 19.

PUNCTUM XXXV.

Quidam consummatis jam omnibus, quæ dicta sunt per Prophetas de Filio hominis, Filius hominis moriens proclamet: Consummatum est?

Vidit jam ille cuncta, quæ refecerat, meliora esse, quam fecerat, perfectis jam, completisque, & cælis, & terra, requiescit ab universo opere, quod paravit.

Ita Apostolus: Et requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Et de filio in Speranza Scripturæ solentia.

A fia: Consummatum factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Etenim moriendo (velut hic pulchre ait Rupertus) suum omne opus æri cum labore consummavit.

En nunc faber ferrarius, qui totus in calore fornacis concertatus cor suum dedit in consummationem operum.

En qualiter placuit Deo, in dispensatione plenitudinis temporum, insinuvare omnia in Christo, vel Græcè, juxta Hieronymum, recapitulare autem summam redigere omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra. Quam lectionem elucidans: Et Oratores, inquit, in epilogis, vel ante epilogos, in fine causarum, propter memoriam Judicam, & eorum, qui audire negotia, recordationem, id est, ἀναμνηστικὰ, solent facere, ut quæ prius latius disputant, brevi postea sermone comprehendant, & unusquisque recordari eorum incipiat, quæ audivit.

Sensus itaque in præfenti loco iste est. Omnis dispensatio, quæ & ante mundum, & postea esse cepit in mundo, tam invisibilem, quam visibilem creaturarum, adventum Dei Filij pollicebatur. Quod Adam, qui de Paradiso ejectus est, per Salvatorem revocandus erat. Quod in fabricatione turris, linguarum unitas scissa est, in Actibus Apostolorum portendeat dona linguarum. Quod Isaac in typo Domini crucem suam ipse portavit. Quod Samson sanctam comam nutriens, Dalila pauperis dilexit, amplexus, & omnia cordis sui secreta confessus est, Salvatoris, & Ecclesiæ ex gentibus verè pauperis, & egenæ mysterium significabat. In Cruce itaq; Domini, & in passione ejus recapitulata sunt omnia, id est, universa in hac ἀναμνηστικῶν supputata.

Quod ut manifestius fiat, quotidianæ consuetudinis aliquod ponamus exemplum. Verbi causa: Vigniti denarios erogavi, rursùm quinque, & alios quindécim, triginta quoque, & terdecies per diversa tempora dedi. Hæc si in unum voluero supputare centenarij mihi numeri summa succrescit, & in uno numero habeo omnia, quæ antè descripsi. Sic itaque universa mysteria, & omnis dispensatio vetustatis, non solum, quæ in terris,

D d d d sed

2. Cor. II.

Luc. 18.

Gen. 2.

Hebr. 4.

Rupert. de Trinit. c. 30. Eccl. 38.

Ephes. 1. Hieron. ibid.

In cruce Dominus omnia opera sua recapitulavit.

Gen. 3. Gen. 11.

Act. 2. Gen. 22.

Jud. 16.

sed etiam quæ in caelis gesta est in Christi passione completur. Cum enim semel mihi Christus passus fuerit, & sepultus, & resurrexerit, & ad Patrem victor ascenderit, non necesse habet veterem numerum, quia in vino omnia teneo. Diligenter attendite, quod non solum omnes historiae Scripturarum, quas in terra gestas Spiritus Sanctus enumerat, sed etiam in caelestibus, quæ nobis occulta sunt in Christi recapitulata passione teneantur. Hæc Hieronymus sensu planè genuino, ac sublimi.

Theoph. ibidè.

Cui consonat Theophylactas ibidem: Christus enim (ait) est *verbum consummans, & abbrevians in iustitia.*

Arnold. Carnot. tract. de verb. Domini.

Nam quemadmodum egregie ait Arnoldus, jam bene dispositis omnibus, & assignato in novissimis testamento gratiæ, & certæ spei regulis commendatis, ad intimandū, quod nihil omninò deesset ad doctrinam, formamque iustitiæ, Christus intulit: *Consummatum est*; consummans (subdit) omnem legalium rationem hostiarum, & ultimā aenigmatibus antiquis manum imponens.

Gen. 6. Orig. hom. 2. in Gen.

Verus planè *Noë* quod est *requies*, per quem constitutā Arcā, & juxtā Originē, in Crucis cubito consummatā salvum factum est genus humanum, consummataque est odoratissimi illius holocausti plenitudo, ut diceret, *Consummatum est.*

Lev. 8. Isidor. Chald. Pagnin. Septuag. Pier. Val. Glossa.

Verus & Moyses, qui obtulit *arietem secundum in consecrationem*. Isidorus, *arietem scilicet consecrationis*. Chaldæus, *arietem oblationum*. Pagninus, *arietem plenitudinum*. Septuaginta, *arietem expletionis*. Alij, *arietem consummationis*. Glossa ibidè: *Secundus nominatur, quia post agnū in coena immolatum se ipsum obtulit.*

Hebr. 10.

Et nunc maximè *una oblatione consummavit in æternum sanctificatos*. Etenim sacrificio in Crucis ara peracto: *Ita*, inquit, *Missa est*; quod est: *Consummatum est.*

Ioan. 17. Iustin. de agone Christi, c. 20.

*Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam*. Proinde completis omnibus, quæ de adventu, nativitate, prædicatione, passione, & morte sua sanctis Patribus in figuris, & aenigmatibus fuerant præmonstrata, atque à sanctis vaticinia Prophetis, concludit dicens: *Consummatum est*;

**A** hoc est, tam contemptibilis ortus, præsepis reclinato, stabuli diverforium, Ægypti fuga, parentum subjectio, jejuniij prolixitas, tentationum perperessio, peregrinationis decursus, sedula prædicatio, donatio sinitatum, miraculorum ostensio, prodicionis contemptus, irrisionum tolerantia, crucis ignominia, ac mortis acerbitas finem accepit, atque aded humanæ redemptionis opus *consummatum est.*

**B** O verum consummatorem, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta! Hebr. 12.

De te, de te planè nemo dicat: *Iste homo cepit aedificare, & non potuit consummare*; quia & aedificare coepisti, & consummasti. En ut Ecclesiæ, posito fundamento, altitudo confurgit, & aedificium consummatum est. Luc. 14.

**C** Porro in Ecclesiæ typum tulit olim Deus unam *de costis ejus, & aedificavit*, &c. *Ephes. 32.* Sacramentum hoc magnum est, inquit Apostolus: *dico autem in Christo, & Ecclesia.* Audi hic: *Consummatum est.*

*Ferentium fecit sibi Rex Salomon. Thalamum sponsarum fecit sibi Rex Salomon.* Sic ad Hebræicum Pagninus: *Ascendat ergo, ascendat sponsus noster thalami sui lignum, (verba sunt Augustini) ascendit sponsus noster thalami sui lectum, dormiat moriendo, aperiatur ejus latus, & Ecclesia prodeat virgo: ut quomodo Eva facta est ex latere Adæ dormientis; ita & Ecclesia formetur ex latere Christi in Cruce pendentis,*

O Ecclesiæ aedificatorem, & consummatorem! *Salm anasarus subjecit quidem fundamenta domus Domini, quæ est in Ierusalem, & exinde usque nunc aedificatur, & non accepit consummationem*. Nec mirum: quia Ecclesiæ Christi fundamenta fecerat quidem naturæ lex: scripta verò opus coepit evahere, sed nec perfecit, nec consummavit, quia nihil ad perfectum adducit lex. Christus solum dicere potuit: *Omnis consummationis vidi finem; & consummatum est.* 3. Esdr. 6. Hebr. 7. Psal. 118.

Verus scilicet Zorobabel (*alienus à cõfusione, quod non potuerit consummare*) *Hebr. 4.* *ejus manus fundaverunt eam, & consummabunt eam.* Nec

Nec Ecclesie edificium solum perfecit, & consummavit, sed & illius hostem, ne edificatam destrueret, superavit. Nunc plane finitus est pulvis, & consummatus est miser. Nunc Princeps huius mundi ejectus est foras. Nunc consummata est pravariatio, & finem accepit peccatum. Unde Augustinus: Et quis dicere poterat, peccatum consummatum esse, nisi qui, ut peccatum deleteret, consummatus est.

Isa. 16.

Ioan. 12.  
Dan. 9.  
August.

Matth. 5.

Theoph.

Ambros. ser. 22. in Ps. 118.  
Et in Luc. lib. 10. c. 33.  
2. Tim. 4.

Rupert. ibid.

Bern. lib. de Pass. c. 14.  
Perseverantiam cum Christo in bonorum operum studio.

Cant. 5.  
Perseverantiam si perseverantiam retinemus. Caput eius facit nos capiti nostrum optimum, pedes eius super bases nostras similes. Dan. 2.

Nimirum consummatio sermonum ipse est: quod enim promisit, perfecit. Jota unum, aut unius apex non prateribit a lege, donec omnia fiant. Jota (inquit ibi pul. hre Theophylactus) rectum est lignum, & apex transversum: quo feni u dicit, quod ea, quae de Cruce dicta sunt, implebuntur. Nec mysterium vacat, quod apex, & jota Thau litteram componat, quae Latina interpretatione juxta Ambrosium significat, consummavit. Consummata sunt, inquit, omnia, eo quod assumptae mortalitatis impletum est omne mysterium.

Is ergo verè dicere poterat: Cursum consummavi, fidem servavi. Consummatum est enim certamen obedientiae (sic ibidem Rupertus) peractum est, ad summam cursum perventum est: nunc demum gloriae, & honoris corona super est.

Felix, qui cum Christo consummato re cursum consummat. Felix, qui cum Christo, qui est a, & o, principium, & finis, ad finem pervadit. Bernardus: Sicut caput nostrum pro peccatis nostris acerbiter sustinens passionis, usque ad consummationem, id est, usque ad perfectionem omnium Scripturarum, quae de ipso erant, perseveravit patienter: ita & nos, si huius capitis membra esse volumus, in omnibus adversitatibus nostris virtutem perseverantiae conservemus, ut ad finem omnium passionum nostrarum, ipso benigno Jesu duce venientes, cum ipso confidenter possimus dicere: Consummatum est, hoc est, tuo adjutorio, non mea virtute, bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi.

Planè ut membra capiti respondemus, si perseverantiam retinemus. Caput eius facit nos capiti nostrum optimum, pedes eius super bases nostras similes. En ut initium respondes fini, & finis initio. Non sic statua illa, non sic, quae ca-

put habebat aureum, at pedes ex luto. Heu! quot, cum spiritu coepent, carne consumuntur!

Optimè Eusebius Emisenus: Spes nostrae omnes in consummatione, atque in fine consistunt. Vulgatum est illud Hieronymi: Non quae in Christianis initia, sed fines. Et eodem sensu Gregorius: Incaustum bonum agitur, si ante vitae terminum deseratur.

Ut perfectam docuit perseverantiam Saluator! Descendat nunc de Cruce, sicut et credimus illi. Ideo quia sum Christus, dicebat pro Christo Bernardus, non descendam de Cruce, ut homines doceam in fine debere firmiores, & constantiores in sublimi perfectionis, quod ascenderunt, permanere, & in Cruce, quam in toto vitae decursu susceperunt, perseverare.

En verè in Cruce Deus Terminus, non ille qui falsa à Romanis religione colebatur, sed qui à Christianis cultoribus veraciter adoretur, quod & initium humanae salutis dederit, supremamque manum operi, terminumque posterit: nam cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

Puncto coronidem faciat Augustinus, huic in modum Christum alloquens: Dixisti, Domine: Consummatum est. Consummata enim sunt varicina Prophetarum, figurae hostiarum, acerbitas, & diversitas carnalis emendatio culparum, consummetur nequitia peccatorum, & diriges iustum.

Felix (subdit ad mores) cur potest dicere cum Jesu: Consummatum est; cum Jesu, qui est a, & o, & sermonum consummatio. Concludit: Non est praemium in inchoatione, sed in consummatione. Nō datur denarius incipientibus, sed finientibus, & corona non currentibus, sed pervenientibus. Inchoa igitur poenitentiam, & consumma, ut ad crucem, sicut Christus, sicut Latio curras ad poenitentiam, non descendas de cruce, ut salutem consequaris perseverantia.

Neminem audiamus, Fratres (adnectamus Augustino Bernardum) non carnem, & sanguinem, non spiritum quemlibet discendum à cruce suadentem: persistamus in cruce, moriamur in cruce.

Euseb. Emis. homil. 5. ad Monachos. Hieron. Greg. 1. Mor. c. 40.

Matth. 27.

Bern. ser. 1. de Resur.

Aug. lib. 7. de civitate Dei, c. 7.

Aug. serm. de Pass.

Bern. ser. 1. Pasch.

*Pater, in manus tuas commendo  
spiritum meum. Luc. 23. Et in-  
clinato capite, emisit spiritum.  
Joan. 14.*

## PUNCTUM XXXVI.

Quem, Domine, spiritum, cui ve com-  
mendas? Et quæ necessitas, vel causa  
commendandi? Commendare se alteri,  
inferioris est, alteriusque ope indigentis.

Ioan. 4.

Nunquid spiritum illum commendas,  
de quo dixisti: *Spiritus est Deus?* Nullo  
modo: esse namque spiritualis naturæ tibi  
cum Patre, & Spiritu Sancto commune  
est, cum Deus sis.

Si verò tuum illum Patri spiritum  
commendas, qui est altera naturæ huma-  
næ pars à te assumptæ, nempe animam,  
quæ, obsecro, necessitas illum Patri com-  
mendandi? Nonne facis apud te com-  
mendata, & in tuto collocata est?

Ioan. 13.

Evangelista Joannes de te loquens  
ait: *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in ma-  
nus.* Quin & ipse perspicuis verbis affir-  
masti. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.*

Matth. 11.

Dubitāsne, quoddam Dæmon in mortis tuæ  
articulo illum rapiat? Nemo est, qui su-  
spicari id quidem possit: si enim Electo-  
rum animæ nomine ovium à te appella-  
tæ ita securæ apud te sunt, ut ipse dicas:  
*Nec rapiet eas quisquam de manu mea: fieri  
ne poterit, ut tua ipsius anima, & spiritus  
à Dæmone tuis è manibus eripiatur?*

Ioan. 10.

*Cur animam  
suam Christus  
in manus Pa-  
tris commen-  
davit.*

Ephes. 2.

Psal. 50.

Qui si in aliorum animas ( Genitricis  
tuæ animam excipiamus ) aliquod se jus  
aliquando habuisse præsumit, omnes  
enim sumus *natura filii iræ*, & unusquisque  
dicere potest: *In peccatis concepit me mater  
mea: In tuum spiritum, atque animam  
quidnam juris pro se afferre poterit?*  
Fuit enim illa simul creata, & tibi æterno  
Verbo unita, ac proinde incapax ullius  
macule, sive ætalis, sive originalis con-  
trahendæ. Hinc ipse dixisti: *Veni enim  
Princeps mundi huius, & in me non habet  
quidquam.*

Ioan. 14.

A Deinde, quod semel assumpisti, nun-  
quam dimisisti: quomodo ergo animam,  
ac spiritum tuum, quem in conceptionis  
tuæ instanti assumpisti, nunc moriturus  
Patri commendas, nunquam vel in mor-  
te, vel post mortem ipsum dimissurus?

Aperiatur mihi, quæso, Domine, po-  
stremi huius tui in Cruce dicti intelli-  
gentia, nec non causa, cur Patri spiritum  
commendas.

B Venerabilis Beda lib. 6. in Luc. cap. 24. *Beda:*

ait: Patrem invocando, se ipsum Dei Fi-  
lium esse declarat: spiritum verò com-  
mendando, non defectum suæ virtutis,  
sed confidentiam ejusdem cum Patre po-  
testatis insinuat: amat enim gloriam da-  
re Patri, ut nos instruat dare gloriam  
Creatori. Sicut enim *omnia dedit ei Pater  
in manus:* ita nunc spiritum suum deponit  
in manus ejusdem Patris, cum quo ipse  
unum est, & cui æqualis secundum divi-  
nitatem, quo tamen minor est secundum  
humanitatem.

C Quid autem spiritus nomine intelli-  
gendum sit, docet Hieronymus in Mar-  
thæum: *Spiritus,* inquit, hic pro anima  
intelligimus, seu quoddam spirituale, & vita-  
le corpus fiat, seu quoddam animæ ipsius sub-  
stantia sit spiritus, juxta illud: *Auferes spi-  
ritum eorum, & deficiet.* Hæc autem sic

Hieron.

D explicat Cajetanus in Psal. 30. unde ex  
D. Augustini sententia in eundem Psal-  
mum, & aliorum hæc verba à Christo  
prolata desumpta sunt: *Supremum ho-  
minis bonū, inquit Cajetanus, est anima,  
quatenus officio fungitur spiritus: nostra  
siquidem anima, quatenus vivificat cor-  
pus, vocatur anima; quatenus autem su-  
periori bono vacat, vocatur spiritus, di-  
cen e Paulo: Caro concupiscit adversus  
carnem.* Unde cum separatur à corpore  
anima, transit de statu animæ ad statum  
spiritus. Ex hoc itaque, quod David spi-  
ritum suum commendaturus est Deo, si-  
duciam suam in Deo de maximis bonis  
manifestat: unde & more humano, quo  
depositam rem charam manui assigna-  
mus depositarij, non ministro, ait, *In  
manu tua, in immediata cura, & cu-  
stodia tua commendabo* (juxta Hebraicam le-  
ctionem) *pervererabo commendans spiritum  
meum.*

August.

Cajet.



cunq̄ue impendentem malum genium, quom̄ibus animæ admoliri manus audeat. Ut autem verè, & salubriter dicere possimus: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum;* Christum imitando, filios etiam nos Patris exhibeamus, quandoquidem cavillus est, cujus mores ac voluntatem averteris, eum Patrem appellare. Aliter autem nos Patri cælesti animas nostras commendamus, quàm hoc fecit Christus: hic enim animam suam Patri commendavit, tanquam depositum quoddam, quod ultro apud eum posuit mox resumpturus; nos verò Christi merito fidentes Patris nos præsidio committimus, & benignitatis cupientes, ut animam nostram non sinat venire in manus hostis nostri, sed eam in suam tutelam, & gratiam suscipiat. Unde bene Stephanus mortuus dixit: *Domine Iesu, suscipe spiritum meum;* tanquam quod non in sua, sed in illius esset potestate, quodque illius egeret benignitate. Quamquam & nos in simili, quo Christus, seu su dicere possimus ex fiducia resurrectionis: *Pater, in manus tuas, hoc est, apud te, & in tuam custodiam deponam* jam lubens *spiritum meum*, ita ut per ipsum resumendi aliquando, *in pace* cum Christo dormiam, & requiescam. Adhortatur etiam D. Petrus fideles ad commendandum animas suas Deo dicens: *Qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fidei Creatori commendent animas suas in benefactis.* Unde significat, eos, qui male afficiuntur, debere per opera pietatis animas suas commendare, & deponere apud Deum, easque illi committere, qui cum sit fidelis suo tempore sit redditurus expectatam felicitatem.

Admonet nos hæc Christi oratio, non debere quengquam animam suam relinquere in Inferno: Deum Patrem, & nostræ naturæ Opificem agnoscere, cui & corpus, & animam debeamus: omnia ei accepta referre, cum omnia, aut corpus, aut animam spectent. Docemur insuper ad finem usque perseverandum esse, Patrique spiritum nostrum commendandum, interim dum corpus redit in ter-

ram, unde sumptum est; cujus haud magnam curam habendam esse, dum Christus spiritum tantummodò Patri commendat, spiritum enim tandem sequitur corpus: si bene habuerit spiritus noster in cælo, bene habebit corpus; si malè habuerit spiritus, corpus in sua duceat æterna mala. Demum magnæ spei fundamentum statuere, ait Cyrillus, quòd ubi animæ justorum è corpore migraverint, non errent in sepulchris cadaveris, non dormiant, sed ad Patrem evolent.

*Et inclinato capite tradidit spiritum.*

Sacramentum maximum nobis commendatur, inquit B. Laurentius Justinianus in eo, quòd dicitur: *Inclinato capite tradidit spiritum.* Aitenim, quòd cum D. Paulus dixerit: *Caput Christus Deus est;* mori Christum Dominum capite inclinato significat, Deum, qui antea propter peccata faciem, & oculos avertat ab homine, jam per mortem Christi integram satisfactionem ei exhibentis inclinatum esse ad prolequendum, parcendum, & favendum homini. Caput hoc Dei, inquit B. Laur. dum passionum ludibria, & mortis supplicia pro hominibus pertulit Mediator, liquefecit ad misericordiam, flexit ad gratiam, inclinat ad indulgentiam. Hoc etiam significasse videtur Augustinus de Christo dicens: *Caput habet inclinatum ad osculandum.*

Athanasius id factum dixit ante mortem Christi, quod cæteris post mortem contingit: dum enim prius caput inclinat, postea spiritum emittit, se voluntarie mori significat, non coactè. Idem Athanasius aliam quoque addit rationem: *Sola mors (omnibus peractis) restabat adhuc, inquit ille: hæc quidem sibi metuens appropinquare non audebat, idèd Christus inclinato capite eam vocavit.*

Inclinavit caput, inquit Ambrosius, quia homo post peccatum mansit versus terram inclinatus, ut ad Cain dixit Dominus: *Cur concidit facies tuas?* Ut ergo caput homo ad cælum elevare possit, & audite illud: *Levate capita vestra, quoniam appro-*

*Laur. Just. de triumpho Christi agone, c. 20.*

*Cur inclinato capite mortuus Christus. Aug. lib. de Virg.*

*Athan. 9. 75.*

*Ambros. in Psal. 110.*

*Gen. 4.*

*appro-*

*Act. 7.*

*Psal. 4.*

*1. Pet. 4.*

*Psal. 15.*

appropinquavit redemptio vestra, inclinavit ipse caput.

Omnia peccata nostra portabat Christus, inquit Lanspergius, quorum onere gravabatur. Iniquitates meae, quia eas delendas suscepi, inquit Christus, supergressa sunt caput meum, & sicut onus grave, gravata sunt super me. Hinc caput inclinat.

Inclinavit caput, & oculos Christus, ut respiceret Adamum, qui sub ejus Cruce sepultus jacebat, ut testantur Athanasius, Ambrosius, Epiphanius, & alij, ac si diceret illi: Surge, qui dormis, & illuminabit te Christus.

Inclinavit caput, quasi exhibens honorem, & reverentiam Patri, cujus nomen nuper invocaverat, ut valediceret mundo, à quo amplius videndus non erat in carne mortali, ultimum vale dicens, & Matrijuxta Crucem stanti. Inclinat caput, ut ait Bernardus, quò observaret, si quem inveniret, qui sanguinis rivus abstergeret, & de Cruce depositum munda sindone non panni, sed cordis obvolveret.

Disce, ô Christiane, promptam ad extremum usque spiritum obedientiam: spera propitium tibi fore Deum, si modò ad ipsum in fidei plenitudine accesseris: inclinatio enim capitis nutus quidam favoris, seu compassionis est.

Disce humilitatem colere, caputque inclinare usque ad mortem. Vide, quantum capitis, & cordis humiliatione delectetur Dominus. Ambulavit (Achab) demisso capite. Hinc Dominus ad Eliam: Nonne vidisti Achab humilitatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus.

Inclinato capite tradidit, atque emisit spiritum Christus. Emisit à carne ad Patrem, inquit Ambrosius: emisit quasi columbam ex arca Noè, quæ tandem regressa ramum olivæ in signum pacis ore suo gestavit. Arca quidem corpus Christi est; columba, anima ejusdem; diluvium, iræ divinæ comminatio propter peccata; pax reconciliatio: regressa enim anima in corpus per resurrectionem (quæ semper tamen, sicut & corpus, fuit unita Ver-

bo) quam pacem nobis omnibus non attulit?

Dormivit Samson usque ad medium noctis (Sabbati) & inde surgens apprehendit ambas fores porta, &c. (in die resurrectionis.) Greg. hom. 2. in Evangelia.

Collegit pedes suos super lectulum (Crucis) Gen. 49. & obiit.

Varium est vobis, (ô Patres,) ante lucem (Christum) surgere: (post caput membra.)

Surgite, postquam sederitis (cum eo,) qui manucatus panem doloris, (expectatione, & desiderio resurrectionis ejus.)

Nunquid aperta sunt tibi porta mortis (sicut mihi) & ostia tenebrosa vidisti? (ut ego?) Nunquid ingressus es profundum maris, & in novissimis abyssi deambulasti? Greg. Gregor. 29. Ac si dicat: Ut ego, qui non solum mare, Mor. 5. id est, sæculum, per assumptam carnem, atque animam petii, sed etiam per eam

propterea in morte positus, usque ad ultima Inferni, quasi ad maris profunda descendit.

Ad pradam ascendisti (in Crucem) fili mi: accubisti ut leo (apertis divinis oculis) & quasi leona, qui suscitabat eum? (Ipsè se.) Pone in pulvere os suum. Thren. 3.

Erat Ionas in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus. Ion. 2.

Ingradies in abundantia sepulchrum. Sed Caro tua requiescet in spe. Surge, Barach. (fulgur) & apprehende captivos tuos. Portas areas, & vestes ferreos confinge. Ita faciet, unde & dicit: Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Tob. 5. Psal. 15. Judic. 5. Psal. 105.

Expende jam, anima mea, quis est ille, qui pro te moritur, qui que interim, dum suum spiritum Patri, eidem etiam, & te ipsam commendat, considera, quanta sit ejus majestas, ut & intelligas, quanta sit ea humilitas, qua Patri factus est obediens usque ad mortem; mortem autem Crucis: nec te pigeat divinis obedire mandatis, ut tandem in Dei manus tuus spiritus recipiatur, atque in caelis collocetur.

DE

Lansp. hom. 32. de Pass. Psal. 37.

Athanas. de Pass. Ambros. lib. 5. e. 19. Ephes. 5.

Bern. tract. de Pass.

3. Reg. 21.

Ambros.

DE QUINQUE  
Plagis.

*Vnus militum lancea latus ejus  
aperuit, &c. Joan. 19. Pax vo-  
bis. Et ostendit eis manus, &  
latus. Joan. 20. Ostendit eis  
manus, & pedes. Luc. 24.*

PUNCTUM XXXVII.

Sed jam Verbum abbreviatum, quod  
fecit Dominus (in utero Virginis) su-  
per terrā, in cruce modò extensum men-  
tis oculis intueamur, atque librum scriptū  
intus. *Et foris*, non amplius clausum, sed  
modò non quidem clavibus, sed clavis,  
non manu, sed lancea pro nobis referatū  
per ista foramina. Et vivi sunt, ait Ber-  
nardus, char. *Terres Passionis Christi.*

Dicat unusquisque: *Vadam, & videbo  
visionem magnam: pedibus affectuum ac-  
cedite ad eum, & illuminamini, & facies ve-  
stra non confundentur.* Eamus, videamus,  
admiremur, atque rei tam admirandæ  
causam interrogemus. Respondet autem:  
Est enim iste liber istudque verbum  
sermo Dei *virius, & efficax, & penetrabilior  
omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad  
divisionem anime, ac spiritus, compagum  
quoque, ac medullarum, & discretor cogita-  
tionum, & intentionum cordis.*

Dic ergo, ô bone Jesu: *Quid sunt plaga  
ista in medio manuum tuarum? Quin etiam  
lateris, ac pedum? Pedes, inquit Bernar-  
dus, quorum scabellum adoratur, cruce  
clavo affiguntur! manus, quæ formave-  
runt cælos, sunt in cruce extensæ, & cla-  
vis affixæ! latus lancea perforatur! Quid  
sunt, quid sunt, quæso, Domine, plaga istæ?*

*Audiam, quid loquatur in me Dominus  
Deus. His plagatus sum, inquit, in domo eo-  
rum, qui diligebant me.*

O responsum admirandum! *Fidelis ser-*

*mo, & omni acceptione dignus. Excipe illum,  
anima mea, & in penetralibus cordis tui  
reconde, atque ita meditare, ut in medi-  
tatione tua exardescat ignis dilectionis  
in Deum, ac Redemptorem tuum.*

Sed, quid ais, Domine? Nunquid dili-  
gebant te, qui plagas adeo crudeles infli-  
xerunt? aut domi suæ tibi infligi passi  
sunt? Nunquid signa dilectionis sunt ista:  
& non potius odij, ac dilectioni repu-  
gnantia.

*Gen. 49. Quia in furore suo occiderunt vi-  
rum, & in voluntate sua suffoderunt murum  
Principes Sacerdotum, utique de Tribu  
Levi, nec antea desierunt in furore perti-  
naces, donec morte Crucis virum occi-  
derunt, & lancea suffoderunt murum  
templi non manufacti, de quo vir ipse di-  
xit: Solvite templum hoc, &c.*

*Eccl. 12. Et quasi adjuvans suffodiet plan-  
tas tuas.* Scilicet hoc facit amor Dei in  
nos, ut quicquid ad nostram salutem  
pertinet, atque ad amorem suum erga  
nos demonstrandum, quamvis molestū  
sibi, ac laboriosum sit, gratum, acceptum-  
que habeat. *Quibus plagatus sum in domo  
delecti mei.* Legunt Septuaginta: Amore  
vulneratus est, inquit Augustinus, pro-  
pter delicta nostra.

Annis septem servivit Jacob socio  
suo Laban tot laboribus, atque ærumnis,  
quin etiam imposturis oppressus, ut dice-  
ret: *Dio nocteque a su urebar, & gelu, fugie-  
bat quo somnus ab oculis meis.* Et tamen vi-  
debantur ei dies pauci pro amoris magnitudi-  
ne, quo scilicet prosequeretur Rachel. Sa-  
va quidem erant vulnera Christi iniquo  
animo & inflicta, & tamen inquit: *His  
plagatus sum in domo eorum, qui diligebant  
me, in domo delecti mei;* quia nimirum suo  
satisfaciebant desiderio: *Baptismo habeo*

*baptizari, & quomodo convelar, usque dum  
perficiatur? Ardebat quippe desiderio vi-  
scera misericordie suæ patefaciendi, in  
quibus visitavit nos oriens ex alto, indeque  
languinem fundendi in pretium redem-  
ptionis nostræ, sui que immersi in nos  
amoris ostensionem. Hinc etiam, quod  
potuit gutta, fecit unda, inquit Bernar-  
dus. Gutta fuisset satis redemptioni: ac  
non satis suo in nos amoris. Quapropter  
beneficij*

*Apoc. 5.*

*Bern. ep. ad  
Colonien.  
Exod. 3.  
Psal. 33,*

*Hebr. 4.*

*Zach. 13.*

*Psal. 84.*

*Zach. 13.*

*1. Tim. 1.*

beneficij loco duxit missionem reliqui sanguinis per clavos, & lanceam, ut hoc pacto ipsus sitis satisficeret. Unde memos beneficij, & memor injuriæ: *Hic plagatus sum*, inquit, *in domo eorum, qui diligebant me.*

Sic aliquando mulieres, quibus plena sunt lacte mammae, si catuli admoveantur, qui lac sugant, vel dentibus eliciendo aliquid afferant doloris, gratam habent, licet catuli rem gratam facere non intendant. *Circumdolorunt me canes multi. Et circumdederunt me, sicut apes*; quorum alius lancea, alij clavis, alij aliter meum sanguinem depromerent: quod tanquam beneficium duco; siquidem totum meum effundidi sanguinem mihi est in operatis.

Sed pace tua, Domine, non videtur esse ad interrogata responsio. Interrogaris enim de re, atque natura, sive causa plagarum, assignas autem pro responsione locum, ubi inflictæ sunt: *Hic plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me*; cum scilicet non erant increduli, vel *dilecti mei*, nec pe populi Judaici, cujus salutem desidero. Amantis responsio est nihil fere æstimantis à se collata in amicam beneficia.

Suscipit aliquis ingentes pro amico labores, adit multa pericula, quibus ab amico cognitis, & quanta, inquit, pro me pericula suscepisti? me totum, meaque omnia tibi debeo. Respondet ille: *Quid? nihil feci: nihil tui: utinam mihi se se offerat occasio mei erga te amoris patefaciendi!* Alius absens rem multo pretio emit, vel ab amico imperatam, vel ut illi eam dono det: illum deinde adit, atque rem emptam offert: is pretium exquirat, quod amico solvat. Hac de re, respondet alter, non sit nobis sermo: nihil valet beneficij loco duco, si manus ulum hoc accipere non graveris.

Christus euntibus Emauntem, atque acerbitatem passionis ejus commemorantibus respondit: *Quæ? Nunquid, Domine, oblitus es tora rumnarum, pretij sanguinis tui, quo nos redemisti, quem effudisti in nos abundè, ut copiosa esset apud Deum redemptio? Copiosa redemptio data est nobis, inquit Augustinus, in*

*Speranza Scripturae selecta.*

vulnerebus Jesu Christi Salvatoris nostri, & tamen respondes: *Quæ? Ita lanè: parum enim mihi videor fecisse præ amoris magnitudine, quo dilectus animas prosequor.*

Quid igitur mirum, si interrogatus: *Quid sunt plagæ istæ?* declinet responsum, atque aliò videatur ejus rendere oratio? Quasi dicat: Quicquid sit de plagis, mihi gratæ sunt: his oblector. Et sicut transiturus de hoc mundo ad Patrem, ne unquam mei obliviscaris, tibi me ipsum sacramentaliter reliqui: ita ne putes, me tui aliquando oblitum iri: *Eccè in manibus meis descripsi te. Alij, depinxi te.* Pagninus: *Alij. Eccè super volis exaravi te stylo ferreo, mei sanguinis atramento.* Et Zacharias: *Eccè quasi in manibus tuis signatus es coram me,* juxta Chaldæum.

O ardens amor! & ingens amor! & dulcis, & suavis amor! Si passus est pro nobis, inquit Cyrillus Alexandrinus, quomodo nostri oblivisceret? vel quomodo non erimus in oculis ejus, propter quos ligno affixus est?

Sed si præ nimio amore non explicat ille nobis, quid sint plagæ istæ, earumque pretium, nos eò magis inquiramus, ne simus ingrati, atque ut ipsarum fructu percipiamus, & in tantum amatorem amore exardescat, & liquefiat anima nostra. *Empti enim estis pretio magno,* inquit D. Paulus, *glorificate, & portate Deum in corpore vestro.*

Quid igitur sunt plagæ istæ? Sunt luminaria, & Soles, quibus anima illustratur, ignescat, exardescat, vita vivat. Sol, inquit D. Thomas, est fons splendoris, fornax ardoris, & caulis generationis. Et plagæ istæ intellectum illuminant, affectum inflammant, & generant in anima virtutes, & sanctificam.

Intellectum illuminant: sicut enim Sol nibe reclusus parum luminis affert; si verò scindatur nubes, per scissuras illas, atque foramina radios emittit, & eò uberiores, quò major fuerit scissura, ita justitiæ Sol nibe carnis obductus, per carnem lanceæ, & clavis perforatam emittit radios, quibus sua immensa bonitas, ac virtus à nobis videri possit; & præsertim per magnam

Eccè larcis

Psal. 21.  
Psal. 117.

Luc. 24.

Aug. Man.  
1. p. 21.

Aug. in Man-  
isp. 21.

Luc 1.

Ioan 18.

Bernard. in  
Alleg. Fil-  
manni.

Exod. 33.

Jerem. 34.

Bernard.

D. Jo. ferm.  
de Natv.  
Domini.

lateris, prorenti plagam Augustinus: Per foramina corporis, inquit, patent mihi arcana cordis: patet magnum pietatis sacramentum: patet viscera misericordiae Domini, in quibus vixit nos oriens ex alto.

Propterea ad tollendam cecitatem cordis, intellectuque Apostoli Thomae illuminandum, propositae fuerunt ei à Christo plagae, & videndae, & tangendae. Infer digitum tuum huc, & mitte manum tuam in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Vide, quomodo illuminatus. Dicit enim: Dominus meus, & Deus meus in quae verba Bernardus: Unde hoc reportatum est, nisi ex foraminibus petrae? Bona foramina, quae fidem offerunt resurrectionis, & Christi Divinitatem. Idem: Propterea vulneratum est latus tuum, ut per vulnus visibile, vulnus auri invisibile videamus.

Moyfi videre cupienti gloriam, & faciem Dei, dixit Deus: Ostendam tibi omne bonum. Est locus apud me, & stabis supra petram, cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, & protegam: dextera mea, donec transeam, tollamque manum meam, & videbis posteriora mea. Quo transeunte coram eo, ut dicitur Exod. 34. ait: Dominator Domine Deus, misericors, & clemens, patiens, & multa miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia, qui auferis iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullisque apud te peccator innocens est. Vides, ut constitutus in petra cognovit divina, attributa. Petra autem erat Christus. Foramina verò, ipsius plagae, ut ait Bernardus.

Nec solum illuminant, ut cognoscamus divinam bonitatem: verum etiam ut agnoscamus nos ipsos, nostramque dignitatem. Sicut enim radij solis faciunt actu visibiles eas res, ad quas protingunt: ita Divinitatis radij è plagis ad nos protecti efficiunt, ut ex magnitudine dilectionis, & pretij, quo habiti sumus, ut proprio sanguine nos redimeret, Deus ipse conveniens duxerit, ut quali dignitate sumus insigniti, nobis innotescat, q. d. Agnosce, ô Christiane, dignitatem tuam, & divinam eonfons factus naturae, noli in veterem utilitatem degenti conversatione redire. Ex dignitate pretij, ex his

A plagis, quasi oculis, soluti agnoscite, mortales, vestrarum animarum pretium. Nô corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paterna traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontinenti, procogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus propter vos, &c.

Secundò, affectum inflammant. Affectus, sive voluntas inflammatur ex vehementi intellectu apprehensione pulchri, & boni, honesti, utilis, & delectabilis ipsius voluntatis objecti. At quid bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum Electorum, & vinum germanis virginibus? En frumentum ligno subactum, manibus hinc inde versatum in panem redactum. (Mittamus lignum in panem eius) in elibano suae charitatis igne decoctum. En botrus Cypri: unum vas vini preciosissimi clavis, & lancea perforatum, unde ipsius fluente sanguine, quasi vino inebriemur. Venite, comedite, amici, & bibite, & inebriamini, & hauristis.

Sancta ebrietas, quae non ad furorem, vel amara, sed ad amorem, & reverentiam adducit: est enim vinum sponsi lacte mixtum (Bibi vinum meum cum lacte meo) idemque dilectae Sponsae propinatus, quam ad bibendum invitavit. At unde propinavit? Est ubera, en plagae, ut sugatis, & replamini ab ubere consolationis eius. Simus quasi infantes sugentes ubera, & iuxta Salomonis consilium Prov. 5. Ubera eius inebriant te in omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. O quam meliora sunt, Domine, ubera tua vino terrenarum, scilicet consolationum! Augustinus: Vulnera Jesu Christi plena sunt misericordia, plena pietate, plena dulcedine, & charitate. Et Bernardus: Per has rimas licet mihi sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo, id est gustare, & videre, quoniam suavis est Dominus.

Cupis odores? Fragrantia unguentibus optimis ista sunt ubera, sunt enim rosae junctae lilio. En lilia inter sumas, & quinque rubicundas praeter ceteris olentes rosas: gratior quippe rosa est pulchrum suffusa tubore. Rosa, quae post hyemem vernant pro nobis in

1. Pet. 3.

Zach. 9.

Jerem. 23.

Cant. 1.

Cant. 5.

Ibid.

Isa. 66.

Prov. 5.

Cant. 1.

Aug. Man. c. 21.

Bernard.

Cant. 1.

in

in perpetuas aeternitates: pro nobis, in-  
quã, si quando enim malcolens peccato-  
rum nostrorum fumus ab igne concupi-  
scentiã, vel irã, in altum actus ad nates  
aeterni Patris perveniat, unde provoce-  
tur ad iram, admovet Christus has quin-  
que bene olentes rosas: ostendit enim, in-  
quit Bernardus, Patri latus, & vulnera,  
quibus admoris, ô quoties odoratus Do-  
minus odorem suavitatis, placatus est, ne  
faceret malum, quod locutus fueras ad versus  
populum suum!

Bernard.

Exod. 32.

Habet rosa tot linguas suas, quot folia  
necnon ista plagæ tot linguas, quo: emil-  
si sanguinis guttas. Nonne linguæ sunt  
gutta sanguinis Christi? Dicit Apostolus  
ad Hebræos 12. *Accessistis ad sanguinis asper-  
sionem melius loquentem, quam Abel.* Audi  
Dominum loquentem ad Cain: *Vox sangui-  
nis fratris tui clamat ad me de terra.* Et quid  
clamat nisi ultionem? At verò Christi  
sanguis peccatorum nostrorum remissio-  
nem, gratiarum largitionem. *Advocatum  
habemus,* inquit Joannes, *apud Patrem Je-  
sum Christum, & ipse est propitiatio pro pecca-  
tis nostris, qui etiam, ut ait Apostolus, inter-  
pellat pro nobis idque per istas plagas, dum  
ostendit Patri latus, & vulnera, & per san-  
guinem inde fusum, quasi dicat: Ista pla-  
gæ loquantur: hæc vulnera pro peccato-  
ribus intercedant, quæ gratiam & remis-  
sionem meruerunt, quæ superest hæc  
pretium solverunt.* Rupertus: Singulæ  
plagæ grandem vocem habuerunt. Si de  
Lazari plagis, inquit Chrysologus, in ad-  
monendo divite tortuisse pauperis ora,  
quot vulnera, quid dicendum de Christi  
plagis melius loquentibus?

Hebr. 12.

Gen. 4.

Joan. 2.

Rom. 3.

Rup. lib. 13.  
in Joan.  
Chrysolog.  
serm. 121.

Bern. ser. 33.  
in Cant.

In vulneribus  
Christi, inve-  
nire licet omnes  
opes, & oble-  
tationes.

te delectat. In his plagis invenies omnia.  
*Delectationes in dextera tua usque in finem.* Psal. 15.

Cant. 5. *Manus ejus tornatiles aurea plena  
hyacinthis.* Alij ex Hebræo: *Manus ejus  
cauda pavonis.* Cassiodorus: quia in Cruce  
clavis perforata, & rubore sanguinis  
quasi colore putpureo respersa sunt, qua-  
tenus hyacinthus est etiam flos aromati-  
cus coloris purpurei, bonique odoris.

Cant. 5.  
Alij.  
Cassiod.

Quæris thesauros? Ecce loculi clavis  
aperit: ecce arca lancea referata: accede,  
sume, ditare.

*Foderunt manus meas, & pedes meos. Qua-  
te foderunt, & non potius fixerunt? The-  
saurus in ista fossa: ne invenitur.* Psal. 21.

*Simile est regnum celorum thesauro ab-  
scodito in agro. Fode agrum, & thesaurum  
invenies.* Matth. 13.

D. Chrysof. Pretiosum tuum. Domine  
Jesu, dedisti sanguinem, & aperto latere,  
quod est theca, in qua est reconditum mar-  
supium Divinitatis, & arca sanctificationis,  
& lancea tanquam clave in arcam inje-  
ctâ, dedisti pretium ex paterno thesauro.

Chrysof.

Thesaurus ad omnia, quæ nobis de-  
sunt, comparanda utilis est Augustinus:  
*Quicquid ex me mihi deest, usurpo mihi  
ex visceribus Domini mei, quoniam mi-  
sericordia affluunt, nec desunt foramina,  
per quæ fluant.* Aug. Man.  
c. 21.

Aug. Man.  
c. 21.

Ex his sumi-  
mus, quicquid  
nobis deest.

Ipsæ Christus hos aureos nutros ex-  
pendit ad emendum terrarum Orbem.  
Idem August. expendens illa verba Psal-  
mi: *Rex magnus super omnem terram.* Non  
enim illi, aut sufficit unam gentem ha-  
bere sub se: ideo pretium ex latere dedit,  
ut emeret Orbem terrarum.

Psal. 26.  
August.

D. Bernard. Bonus thesaurus, bona mar-  
garita, cor tuum, bone Jesu, quam fosso  
agro tui corporis inveniemus. Quis hæc  
margaritam abjiciat? Quin potius dabo  
omnia, omnes cogitationes, & affectus  
mentis commutabo, & comparabo illam  
mihi, jactans omnem cogitatum meum in  
cor Domini Jesu, & sine fallacia illud me  
enutriet: ad hoc enim perforatum est la-  
tus tuum, ut nobis pateat interior; ob  
hoc vulneratum est cor tuum, ut in illo,  
& in te ab exterioribus perturbationibus  
absoluti habitare possimus.

Bern. ser. 2. de  
pass. c. 3.

Eccc 2. Tertid,

- F**eritid. generant Christi plagæ in anima virtutes, & sanctitatem: sunt enim in primis medicinæ cælestes contra omnia vitia. Augustinus: Fusus est sanguis Medici, & factum est medicamentum phrenerici. S. Bern. Filius Dei Altissimi jubetur occidi, ut vulneribus meis pretioso sui sanguinis balsamo mederetur.
- P**onam in saluari. Alii legunt: Ordinaro saluare apertum. Scilicet Apothecæ aromataria contra omnes morbos. Unde Bernardus ser. 62. in Cantica: Quid tam efficax ad curandum conscientie vulnera, nec non ad purgandam aciem mentis, quam Christi vulnerum sedula meditatio?
- H**æc est probatica piscina quinque porticus habens: hæc non unus, sed quot quot viva fide acceperint, sanabuntur, à quocumque detineantur infirmitate.
- H**inc dicitur etiam fons patens Zachariae 13. In illa die erit fons patens, &c. in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Imò fontes, Isa. 2. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris: ad Hebraicum, de visceribus Salvatoris. D. Bernard ser. de Nativ. Domini: Per hos fontes, plagas intelligit, id est, vulnera Salvatoris. Vel de fontibus Salvatoris, id est de Sacramentis, quæ fluxerunt ex fonte patens. Interis Christi in remedium nostrorum spiritualium morborum, ac spiritualis vitæ sustentamentum, &c.
- V**ado, & lavate in natatoria Siloë, id est, missi, Christi scilicet, missi à Patre pro salute mundi. Ita Lyranus. Ibi mundaberis à lepra peccatorum, & restituetur anima tua munda ab omni sordē melius, quam Naaman, cui Jordanis aquas ingresso restituta fuit caro, sicut caro pueri.
- Z**acharia 3. Ecce ego celo sculpserunt ejus. Aquila: Sculpam aperturam ejus. Ubi Hieronymus: Hunc lapidem clavis, & lancea militis faciam vulnerari, & in illius passione auferam iniquitatem terra in die una.
- P**ercussit petram, & fluxerunt aquæ, abierunt in seco flumina. Percussit Pater æternus mysticam petram, scilicet Christum. Propter scelus populi mei percussit eum. Et fluxerunt non solum aquæ, verum etiam
- A** sanguis, ac flumina gratiarum abierunt in seco. O quam sicca est anima peccatoris. Percussit sum ut sonum, & aruit cor meum. Aruit, tanquàm testa virtus mea. O quam sordida! Sordes ejus in pedibus ejus. Thron. 2. En sanguis, en aqua ad lavandum sordes, ad irrigandam siccitatem: siquidem fons iste est patens in ablutione peccatoris, & menstruatæ. Sept. in transmutationem, & asperersionem peccatoris.
- B** Ad hunc fontem, immò ad hos fontes accede peccato, incedere, lava sordes tuas, aspergere hyssopo, & super nivem dealbare, dicat unusquisque: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus: sitivit anima mea ad Deum fontem vivum; nec timeamus: est enim fons patens in ablutionem, &c. quia, inquit Gregorius, apertus est jam nobis fons misericordie. Redemptor noster, ut peccatorem lavet à perverso opere, & menstruatam mentem diluat ab immunda cogitatione. Patet igitur fons, contramur cum lachrymis, lavemur hoc fonte pietatis. In hoc fonte, ut quoque David lotus est, cum redit ad lamenta poenitentiae, post maculas gravis culpæ, ipsum quippe invenire fontē quærebatur, cum diceret: Redde mihi latitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.
- D** Jesus enim Hebraicè, Latine, salutaris dicitur. Et quid est, quod sibi latitiam Jesu reddi postulat, nisi quod hunc ante culpam contemplari consueverat, ejusque contemplationis gaudia in culpa perdidit? Unde rectè post poenitentiam, visionis ejus latitiam reddi quærebatur. In hoc fonte misericordie lota est Magdalene, quæ prius famosa meretrix, postmodum lavit maculas corrigendo mores. In hoc fonte misericordie omnibus aperto lavit Petrus, quod negaverat: quia flevit amarè. In hoc fonte misericordie in sine suo lotus est Latho, qui semetipsum in morte reprehendens à culpa sua, abluitur est confessione veritatis. Cur igitur pigri sumus? Cur torpentes, & frigidi remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantos jam se lavisse cognovimus? Irigone in mundatione nostra desperabimus, qui tot exempla misericordie in pigrore tenemus?
- Et

August. in l. cont. quinque hares.

Bern. ser. 3. de Nativ.

Psal. 11.

Chryf.

Bern. ser. 62. in Cant.

Ioan. 5.

Zach. 13.

Isa. 12.

Bernard.

Ioan. 3.

Lyran.

Zach. 3.

Psal. 77.

Isa. 53.

Psal. 107.

Psal. 21.

Zach. 13. Septuag.

Gregor.

Psal. 50.

Hebr.

Et cessamus veniam querere, atque cum lachrymis fiduciam habere, qui tantorū jam emendationem spei nostrę pignus accepimus? Querere enim misericordię fontem debuimus, etiamsi clausus esset: pater & negligimus: Hęc S. Gregorius.

Aug. in Man. cap. 22. In vulneribus Christi aduersus omnes tentationes remedium.

Nec solum purgant a vitiis vulnera Christi, verum etiam preseruant. Augustinus in Manuali. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi: cum me premit caro mea, recordatione vulnerum Domini resurgo: cum Diabolus mihi parat inuidias, fugio ad viscera misericordię Domini mei, & recedit a me. Si ardor libidinis moveat membra mea, recordatione vulnerum Domini nostri Filij Dei extinguatur.

Purgant igitur a vitiis isti fontes, ac proinde tribuunt virtutes. De fide iam dictum est, ex his cicatricibus fidem ab Apostolo Thoma comparatam.

Cupis in spem erigere, ac firmare cor tuū, quod sæpè deprimunt, ac fluctuans reddunt peccata tua, & diabolicę tentationes? Jam audisti Gregorium loquentem. Audi insuper Augustinum: Non possum terri multitudine peccatorum, si mors Domini in mentem meam venerit: quoniam peccata mea illum vincere non possunt. Clavi, & lancea clamant mihi, quod reconciliatus sum Christo, si enim amavero. Longinus aperuit mihi latus Christi lancea, & intravi: & ibi requiesco securus. Item in Meditationibus, cap. 13. Omnis spes, & totius fiducia certitudo mihi est in pretioso sanguine ejus, qui effusus est propter nos, & propter nostram salutem. Unde in libro de

Aug. in Man. cap. 23.

Idem Med. cap. 13.

Idem lib. de Virgin.

Mosis in 2. Nil, 6. 1.

Virginitate, ad erigendum spem nostram ira hortatur: Inspice vulnera pendentis, sanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices resurgentis. Caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplectendum, totum corpus expositum ad redimendum. Fixe, quanta fac cogitate: hæc in sacra vultu cordis appendite, ut non vobis ignota, in corde, qui totus

in corde fixus est in Cruce.

Quædam Senensis cum eam

de desperationem adducere

**A** niteretur: Ego inquit, apertè Creatori meo confiteor, me quotidie in tenebris fuisse, maleque vixisse, veruntamen fiducialiter latitabo in plagis Domini mei Jesu Christi, & omnium iniquitatum mearum maculas pretioso sanguine ejus abluam, atque cum sancto de deo jugiter gaudebo in ipso Creatore, & Redemptore meo. Post quę verba mox Diabolus in fugam conuersus est.

**B** Quomodo igitur non sperabimus, dum adeo vehementia dantur nobis ad sperandum incitamenta? Jacta anchoram spei, ut monet Apollolus dicens: *Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus tutam, ac firmam, & incedentem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introiit Iesus secundum Ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum.* Alij legunt: *Validam consolationē,* Alij.

Hebr. 6.

**C** vel validam exhortationem habeamus, &c.

Augustinus ad illud: *Volo, Pater, ut ubi ego sum, & ipsi sint meum.* Non credis inquit, crede, crede: plus fecit, quam promisit: plus est, quod mortuus sit æternus, quam quod mortalis vivat in æternum. Se erigat ergo humana fragilitas, nec desperet, nec dicat: Ibi non ero.

August. in Ioan. 17.

Arnold. de verb. Donn.

**D** Vis fidei iustorem? Audi Arnoldum de verbis Domini in Cruce: Pro captivo suo vadem fidelem liberator se posuit, tantaque autoritate firmatum est hujus indulgentię privilegium, ut in ipsius Christi crucifixi membrana, proprio sanguine conscriptę sint hujus absolutionis literę, maneatque infixum usque hodie sigillum plaga lateris, quam semper oculis Patris exhibet præsentia Salvatoris,

Unde Augustinus in illud Joannis: *Latus ejus aperuit.* Vigilanti verbo, ait, usus est Evangelista, ut non diceret, latus ejus percussus, aut vulneravit, seu quid aliud: sed, *aperuit*, ut illic quodammodo vitę ostium panderetur. Hęc prænuñciabat, quod Noë in latere arcę ostium facere iustus est, per quod intrarent animalia, quę non erant diluuii peritura.

August. in Ioan. 19.

De charitate quid dicam? Nunquid non generant in nobis ista vulnera charitatem; si, ut probavimus, voluntatem

Essee 3 infla-

Matth. 18.  
Psal. 54.

inflammari? Sicut certe nidus divini amoris plaga Christi in Cruce extensis, ita ut volucres cali veniant, & habitent in ramis ejus. Quis dabit mihi pennas sicut columba (amore flagrantis) & volabo, & requiescat? Utinam anima nostra, ceu salamandra caelestis, in his ignitis charitate fornacibus ardeat, & vivat, siquidem cibus ei ignis.

Isa. 2.

Quæris fortitudinem, atque tutum reddere te ab hostium incurSIONIBUS? Abscondere in fossa humo. Hic fortis, & totus eris contra diabolica jacula, Augustinus: Nunquam te ad illam turrim diabolica jacula secutura sunt, ubi Itabis munitus, & fixus.

August.

1. Par. 6.

En civitates refugij, ad quas si quis fugiet, vivet. Augustinus: Tutum refugium contra hostes vulnera Salvatoris.

Jos. 20.

Josue 20. Recessus ad refugij loca ad tempus erat, quousque ad Summi Sacerdotis mortem inimici placabantur: sed confugium ad Christi vulnera perpetuum; quia hostes habemus impiacabiles. Augustinus: In omnibus adversitatibus non inveni tam efficax remedium, quam vulnera Christi, in quibus dormio securus, & requiesco intrepidus. In his passer invenit sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos. In his columba se tutatur, & circumvolitantem intrepida intuetur accipitrem.

August.

Psal. 81.  
Bern. ser. 61.  
in Cant.

Cyillus Alexandrinus in illud Isaia: Ecce in manibus meis descripsi tibi septuaginta legunt: Ecce super manus meas depinxi muros tuos; inquit: Christi passio: & pretiosa Crux, manuum ipsius affixio, securitas fuit, & murus inaccessus, & infractus his, qui in ipsum crediderunt. Qui sunt arma, quibus Dæmon fugatur, ejusque virtus conteritur. Quinque lapides David, quinque plagæ, inquit Lyranus, quibus Goliath occisus est.

Isa. 49.  
Septuag.  
Cyril. Alex.  
ibid.

Lyran.  
Vinc. Belu.

S. Edmundus Cantuariensis apud Vincencium Belvacensem in speculo historiali, Dæmonem adjarans: Adjuro te, inquit, per asperionem sanguinis Jesu Christi, in quo facilius te vincere possumus. In eo respondit, quod nominasti.

Laurent. de  
cast. conub.

Hinc adversarum rerum tolerantia, & confortatio, B. Laurentius Justin. Quis

A pati reuatur, patiente Domino? & alibi: Verbi, & animæ Passio passione vincitur, & cruciatus cruciatibus superatur: dolorem servi dolor lenit Domini.

Vox ad animam morientem: Surge, & cogita vulnera mea. Item: Omne asperum intinge in latus meum, & erit tibi dulce.

Scribe, Domine, vulnera tua in corde meo pretioso sanguine tuo, ut legam in eis amorem tuum, ad contemnendum pro te omnem amorem; dolorem tuum, ad sustinendum pro te omnem dolorem.

Quid plura? Non solum intellectum illuminant, affectum inflammant, & generant in nobis virtutes, & sanctitatem, verum etiam vitam largiuntur æternam.

Vita, & gloria tres habet actus, visionem, fruitionem, ac tenationem. D. Bonaventura in Stimulo: Per apertionem lateris meruit Sanctis visionem apertam.

Fruitionem est ex vulneribus manuum. Delectationes in dextera tua usque in finem. Tentio ex sacratissimis pedibus, Cant. 1.

Tenui eum, nec dimittam. Blosius. Hæc quinq; vulnera beatissima plus pulchritudinis, lætitiæ, & claritatis toti caelesti Curia conferunt, quam omnia alia, quæ in vita perenni (excepta Divinitate) habentur.

D. Franciscus Osunnen. Beatur anima, dum mentis intelligentia Deum videt, sicuti est: beabitur & corpus Electorum ab humanitate Christi, quæ omnes eorum sensus recreabit, visum præsertim admirabili quinque vulnerum pulchritudine. Merito itaque de iisdem scriptum est: Ingredietur, & egredietur, & pascuam inveniet. Ingredietur per animæ facultates ad Divinitatem: egredietur per quinque sensus ad quinque vulnera sacrosanctæ humanitatis exploranda, & pascuam inveniet.

Convertete igitur, anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Dicas audacter: Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam. In nidulo meo moriar: & sicut palma multiplicabo dies. En clamat, en vocat: Veni, columba mea, in foraminibus petrae, in caverna mæceria.

Simon de Cassia: Sibi ad negligentiam

impu-

Psalm. 131.  
Iob. 29.  
Cant. 2.

Sim. de Cass.

Sim. de Cass.

Sim. de Cass.

impute, qui non ingreditur, si apertum novit introitum.

*Sarius in Vita  
Ipsius, 2.7.  
Septemb.*

Huc se recepit B. Eleazarus, Ariani Comes, ad quem diutius absentem cum famulum uxor misisset, respondit per literas: Sanctus sum corpore, & sospes: quod si videre me cupis, quare in vulnere lateris Christi: ibi habito, ibi poteris me invenire, frustra alibi quaesitura

*Matth. 17.  
D. Bonav. in  
Sim. p. 1. c. 1.*

*Bonum est nos hic esse.* D. Bonaventura: *Faciamus hic tria tabernacula*, unum in pedibus, unum in manibus, aliud continentium in latere: ibi volo quiescere, & vigilare; bibere, comedere, legere, adorare, & omnia mea negotia pertractare: ubi loquar ad cor eius, & ab ipso, quod voluero, impetrabo; & hic erit requies mea in sempiternum.

*1. Pet. 4.*

Nos quoque idem faciamus: *Christo passo in carne eadem cogitatione armamini.* Christum pro nobis crucifixum, ac vulneratum mentis oculis inspicimus, & meditemur.

Stephanus Abbas: Die noctuque nihil aliud, inquit, aspicio, nisi Domini Jesum Christum in Cruce pendentem.

Stylita ille hac memoria immoto corpore, & animo continue caeli spectabat.

*Gal. 6.*

Paulus ad Galatas 6. *Ego stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.* Ita Franciscus, ita Catharina Senensis. Et nos sumus *Mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes*,

*2. Cor. 4.*

& ipsius passionem, & vulnera semper in corde. Quod quam gratum illi sit, testes erunt Sanctus Franciscus, & Catharina Senensis, quibus impressa sunt in carne vulnera Christi vestigia. Testis erit B. Clara de Monte Falco, in cujus corde formata ex ipsius carne instrumenta passionis Christi, non sine magna omnium admiratione, ac devotione cernuntur.

*Ecl. 38.*

Sicut ergo Christus cor suum dedit in contuminatione operum, & aperiri lancea voluit, ut corda nostra ibi collocentur ac morentur, praebemus & nos illi cor nostrum ipso postulante: *Præbe, fili mi, cor tuum mihi.* Volemus, tanquam columbae,

*Pro. 23.*

pennis bonarum cogitationum. Figamus pedes affectuum in foraminibus petre, in caverna maceria: ibi sonet vox tua: en ipse invitat. *Fac me audire vocem tuam.* Loquere ad petram constitutus in petra, & illa dabit tibi aquas tuas lachrymarum tuarum etiam

*Cant. 8.*

A dulcissima dilectionis. Dic cum Augustino: Quid comisti, amantissime juvenis: ut adeo male tractareris: Quod scelus tuum? Quae noxa tua? Quae causa mortis? Quae occasio tuæ damnationis? Ego enim sum tui causa doloris, tuæ culpa occisionis, ego tuæ mortis meritum, ego tuæ passionis livor, tui cruciatus labor. O mirabilis causaturæ conditio, & ineffabilis mysterii dispositio! Peccat iniquus, & punitur iustus: delinquit reus, & vapulat innocens: offendit impius, & damnatur pius, quod meretur malus, patitur bonus: quod perpetrat servus, exolvit Dominus: quod committit homo, sustinet Deus. Quod, Nate Dei, tua descendit humilitas: Quod tua flagravir charitas? Quod profudit pietas? Quod exerevit benignitas? Quod tuus attingit amor? Quod pervexit compassio? Ego enim inique egi, tu poenâ multaris: ego fruor deliciis, tu laniaris clavis. Ecce, Rex gloriae, ecce mea impietas, & tua claret pietas. Quid, Rex meus, & Deus meus, quid retribuam tibi pro omnibus, quae retribuisti mihi?

*Aug. in Med.  
c. 7.*

B Offeras deinde vulnera Christi, ut Christus ipse fuerit, eterno Patri aspicienda. Dic cum eodem Augustino: Reduc, Domine Deus meus, oculos tuæ majestatis super opus ineffabile pietatis. Inquire dulcem natum toto corpore extensum: cerne manus innoxias pio manantes sanguine, & remitte placatus scelera, quae paraverunt manus meae: considera inerte latus crudeli perforsum cuspidis: & renova me facto fonte, quem inde credo fluxisse: vide immaculata vestigia, quae non steterunt in via peccatorum, sed semper ambulaverunt in lege tuo, duris confixa clavis: & perforce gressus meos in semitis tuis. Oro te, Rex Sanctorum, per hunc Sanctum Sanctorum, per hunc Redemptorem meum, fac me currere viam mandatorum tuorum, ut evaleam spiritu uniri, qui mea non horruit carne vestiri.

C

D Cupiamus taliter uniri, ut nunquam inde liceat divelli, quod contigit Apostolo, unde gloriabatur: *Christo confixus sum Crucis: unde autem jam non ego, vivit verò in me Christus.* Hanc unionem ut assequeretur Seraphicus Bonaventura, cupiebat

*Aug. in Med.  
c. 6.*

*Gal. 2.*

*D. Bonav. in  
Sim. p. 1. c. 13.*

cupiebat esse Christo unitus loco Crucis, unde dicebat: O cur Crucis illius loco non fui, ut Christus fuisset manibus meis, & pedibus conclavatus: Certe illi Joseph ab Arimathæa dixissem: Non auferas Jesum à me: sed me secum sepelias in sepulchro: non enim volo amplius ab ipso separari: sed si hoc modo facere non possum corpore, saltem hoc volo mente. Hæc Bonaventura. Quod ut assequare, id ipsum cum D. Bernardo ab ipso Christo efflagita, qui ita rogabat: Conlige illi (scilicet Crucis) manus meas, & pedes meos, & totum passioni tuæ conforma servum tuum, Domine: da, obsecro, mihi continere ab operibus carnis, que odisti: & facere justitiam, quam dilexisti: & in utroque tuam querere gloriam: & sinistram quidem meam clavo temperantia: dexteram vero clavo justitiae in illa sublimi Cruce fixas arbitror. Da menti meæ jugiter meditari in lego tua, & omnem cogitatum jactare in te: & dextrum pedem meum eidem ligno vitæ clavo prudentia affige. Da, ut sinistram spiritus mei sensualitatem non enervet labentis vitæ infelix felicitas. Felix & sinister quoque meus fortitudinis clavo in Cruce tenebitur. Illud quoque, quod post mortem tuam insatiabilis malitia impiorum in te exercuit, hanc in me similitudinem exprime. Vulneret cor meum vivus, & efficax sermo tuus, penetrabilior omni lancea acutissima pertingens usque ad divisionem animæ meæ, & producens ex ea tanquam de dextero latere meo, vice sanguinis, & aquæ, amorem tuum, Domine, & fratrum meorum. Postremo, & munda sudore primæ solæ spiritum meum involve, in qua requiescam egrediens, & ingrediens in locum tabernaculi admirabilis

*Per vulnera Christi rogatus Deus facilem seprabet animabus Purgatorij.*

Nec verò te pigeat per has plagas pro animabus in Purgatorio existentibus Deum exorare: siquidem gratissimum ipsi futurum erit, & primum invenies ad audiendum, & exaudiendum. D. Thomas.

Ex Chronica Minorum habetur, quod B. Joannes de Alvernia exorans in hac memoria pro animabus, vidit ut multi-

rudiuem scintillarum à magna, & ardenti fornace procedentium, quasi infinitas animas de Purgatorio egredi.

Beate Gertrudis lib. 5. cap. 17. habetur, orationem Dominicam in memoriam quinque plagarum pro animabus in Purgatorio existentibus quinquies recitatam, maximo eisdem animabus adjuvamento esse.

His omnibus, quæ hæcenus dicta sunt, accuratè perpenis, excita, Christiane, animam tuam in Dei tui ardentissimam dilectionem. Dic ergo cum Augustino: *Aug. in Ma. c. 24.*

O anima mea insignita Dei imagine, redempta Christi sanguine, desponsata fide, dotata spiritu, ornata virtutibus, deputata cum Angelis, dilige illum, à quo tantum dilectas: intende illi, qui intendit tibi: quare quærentem te: ama amorem tuum, à quo amaris, cuius amore præventa es, qui est causa amoris tui. Ipse est meritum, ipse præmium, ipse fructus, ipse usus, ipse finis. Ama illum, qui eduxit te de lacu miserie, & de luto fecit. Elige illum amicum tuum præ omnibus amicis tuis, qui cum omnia subtrahata fuerint, solus tibi fidem servabit: in die sepulture tuæ, cum omnes amici tui recedent à te, ille te non derelinquet, sed tuebitur à rugientibus præ paratis ad escam, & conduceret te per ignotam regionem, atque perducet ad plateas superæ Sion, & ibi collocabit te cum Angelis ante faciem maiestatis sue, ubi audies illud angelicum melos, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Ibi est canticum lætitiæ, vox exultationis & salutis gratiarum actio, & vox laudis, atque Alleluja perpetuum. Ibi est cumulus felicitatis, supereminens gloria, superabundans læticia, & omnia bona. O anima mea,

suspira ardentè, desideria vehementer, ut possis pervenire in illam supernam civitatem, de qua tam gloriosa dicta sunt, in qua sicut lætantium omnium habitatio est. Quod præstet is, qui pro nobis vulneratus, ac mortuus est, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in secula sæculorum. Amen.

LAVS DEO IN ÆTERNVM.

INDEX